

DECEM

TRAGOEDIÆ,

QVÆ

L. ANNÆO SENECAE

TRIBVNTVR:


Operâ FRANC. RAPHELENGII.

FR. I. PLANTINIANI,

GD. IV. LI PSI

emendatores:

*Cum circumspectè ad easdem Animaduersionibus
& Notis.*



Quas mactabo deminorabo.

ANTVERPIÆ,

apud Hæredes MARTINI NVTI,
& IOANNEM MEVRSIVM.

M. DC. XV

THE GARDEN

J. ANN B. BENTON

THE GARDEN

THE GARDEN

THE GARDEN

OF

THE GARDEN

THE GARDEN



THE GARDEN

THE GARDEN

THE GARDEN

I V S T O L I P S I O ³

V I R O C L A R I S S I M O ;
F R . R A P H E L E N G I V S
F R . F . P L A N T I N I A N V S

D . C . Q .



V I V M C a s a r e m , V . C L . s o l u m
s a p e i n c l i n a t a m a c i e m r e s t i t u i s s e
a i u n t , f u g i e n t i b u s o b s t i t i s s e , n e
t a n t e s r e t i n u i s s e : t a n t u m a d f e r t
a d r e m n a u i t e r a g e n d a m m o
m e n t i p r a e u i a v i r t u t i s e x e m p l u m .

Idem ego de te fideuter adfirmo; in certamine quidem non tam periculoso, non minus glorioso tamen: nota illa scilicet literarum cum armis conlatio; imò verò istarum praelatio. Non semel, inquam, solus tu partam panem de priscis Scriptoribus victoriam mendis eripuisti; quam iis ceu tacito consensu cesserant alij. aded vt, absque te esset, de eorum pluribus Triumphum iam cõclamasset Barbaries. Verùm enim verò literaria cohortis fuit fatum, tam turpiter & diu premi, vt fortiorem nacta assertorem, felicius resurgeret. Expertus loquor. Tragœdias istas ynas decem de Latinis superstites vindicem aliquem

flagitare videbam; indolebam. Et iam, misericordiã
 potiùs motus, quàm alicui meæ confisus virtuti, ten-
 tare quid ceperam. Vix pugna me ingessi, labasco, &
 tantum-non Criticum omnem laborem mente de-
 iectus fugio. Sustinuisti tu V. C. L. & viam non
 præiuristi tantùm, etiam præmunisti. Ego abiecti sanè
 animi fuissẽ, si spectante ipso ac pugnante duce,
 arma ignauus detrectassẽ. Feci itaque aliquid.
 Quidquid id est, non alium illi præsidem deligere vo-
 lui, quàm cuius in eo, vt in omnibus studiis, ductum,
 imperium, auspiciũ secutus sum. Atque eo minùs
 timebo, quum à parte meã CRITICORVM
 ipse CÆSAR. Vale.

A D

A D L E C T O R E M.

BENIVOLE Lector, ne alicubi in hac Tragediarum editione offendaris, hac pauca de instituti mei ratione præliba.

In Auctoribus singulis Tragediis tribuendis, & ordine ipsarum, sequor *ῥητορικῶν* LIPSIVM, præceptorem & præsidem meum: cuius etiam Animaduersiones iis annexæ; & correctiones in plerisque obseruatæ à me studiose: ex enim adeò certæ, adeò claræ, vt minimam earum instar oraculi habeam. Si quid præterea immutatum est, factum id aut ab ingenio meo, atq; hoc rarissimè, vt qui minimum mihi licere in adolescente hac ætate arbitrer; aut, quod sæpius auctoribus libris. Quos habui, vt etiam hoc scias; Manuscriptos duos: alterum optimi & doctissimi viri ABRAHAMI ORTELII, probæ notæ, & in quo interpuncta adcuratissimè obseruata, quod in chirographis alioqui perrarum; alterum meum, sed vnus tantum sæculi librum; ineptè etiam descriptum. Excusos: Venetiis apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, sic satis bonos; tres alios haud ita sedulo emendatos. Parisiis vnum, Basileæ alterum tertium Lipsiæ, editos. Ad calcem corollarium adieci, Notas meas; breues illas quidem & leues tamen. Iis ista solum à me adnotata, quæ meliora sperem potius quàm adfirmem, quæque nec temeriter nouanda, nec negligenter silentio prætereunda videbuntur. Neque earum vnquam transgressus leges, Commentatoris vicem subij: quum enim cursum illum strenuè cucurrerit Reuendus Del-Rio, palmam ego nullus inuideo. Nec sanè quotquot repereri varias lectiones, adscripsi. vastus iste & vanus, vt puto, in tantâ librorum discrepantiâ labor. Et, fodes, quotus istas leget? Res capitalis agitur scilicet, si ego in tali loco, Et, in alio, Aut, legam; tu Ac, &, Vel, malis. Euphonia interdum spectatur, inquit, & latens quædam energia. Non nego. Sed age, aliquis ista omnia mihi conlegat, breui supra Auctorum ipsorum scripta excreuerit huiuscemodi nugamentorum moles. At princeps mihi cura fuit, curare vti ab erratis purus prodiret textus: ad hanc rem non indiligens fui. codicum perscrutator: opti-

num quodque selegi, elegi, suo loco dedi; etiam nullâ
 in Notis reddita ratione. Cur id fecerim? certus sum ego
 ita scriptum aut excusum in isto & isto exemplari, atque
 id bene, vix dubito; quid dubitem sequi? Faciam, sed mo-
 neam. Umbram aucupantium ista vox, non rem. Ridiculè
 me extollam, si fecerim: quod ni fecissem, peccassem. Lo-
 cum manifestariè mendosum emendavi auctoribus pluri-
 mis librorum; claram rem si probare velim, dubiam fa-
 ciam. Gloriam aliquam & famam non contemno, mini-
 mè. Sed promerenda ista, non emendicanda. Volo, in-
 quam, res ipsa Criticos moueat, non ostentatio sui. Si au-
 diatur huic legi, quanta sparsim in eorum libris κρωγυῶν
 necessaria resermina! Video enim, iuuenis alioqui & ru-
 dis, in hoc studio facere plerosque quod Medici improbi,
 quibus volupe si multi agri, desiderant, malè adfecti sint
 auctores, ut ipsi sanent; nihil occurrat, pura inpurati fœ-
 dare non verentur: quum eo magis latandum sit, quo mi-
 nus opus utrorumque operâ. Utinam verò in hac re mens
 LIPSIANA! in hac re? quin Felix ille cui in cunctis dux
 LIPSIVS, ut cui in simul dux ipsa Virtus. Vale.

L. AN-

L. ANNÆI SENECAE
PHILOSOPHI
Medea.

Personæ.

MEDEA. CREON. CHORVS.
IASON. NVTRIX. NVNCIVS.

ACTVS PRIMVS.

MEDEA.

DI coniugales; tuq; genialis tori
Lucina custos, quaq; domitorem freti
Tiphyn nouam frenare docuisti ratem;
Et tu profundi saue dominator maris;
Clarumq; Titan diuidens orbi diem;
5 Tacitisq; præbens conscium sacris iubar
Hecate triformis; quosq; iurauit mihi
Deos Iason: quosq; Medea magis
Fas est precari; noctis æterna chaos,
10 Aduersa superis regna, manesq; inpios,
Dominamq; regni tristis, & dominam fide
Meliore raptam, voce non fausta precor:
Adeste, adeste sceleris ultrices dea,
Crinem solutis squallida serpentibus,
15 Atram cruentis manibus amplexa facem:
Adeste, thalamis horrida quondam meis
Quales stetistis; coniugi letum noua,
Letumq; socero & regia stirpi date;
Mihipeius aliquod quod precer sponso malum;
20 Viuat, per urbes erret ignotas, egens,
Exsul, pauens, inuisus, incerti laris;

- Me coniugem optet, limen alienum expetat
 Iam notus hospes; quodq; non aliud queam
 Peius precari, liberos similes patri,
 25 Similesq; matri. parta iam parta ultio est.
 Peperi. querelas verbaq; incassum fero.
 Non ibo in hostes? manibus excutiam faces,
 Caloq; lucem? spectat hoc nostri sator
 Sol generis, & spectatur, & curru insidens
 30 Per solita puri spacia decurrit poli?
 Non redit in ortus, & remetitur diem?
 Da, da per auras curribus patriis vehi;
 Conmitte habenas genitor, & flagrantibus
 Ignifera loris tribue moderari iuga:
 35 Gemino Corinthus littori opponens moras,
 Cremata flammis maria committet duo.
 Hoc restat unum, pronubum thalamo feram
 Ut ipsa pinum: postq; sacrificas preces
 Cadam dicatis victimas altaribus.
 40 Per viscera ipsa quare supplicio viam,
 Si viuus anime: si quid antiqui tibi
 Remanet vigoris, pelle femineos metus,
 Et inhospitalem Caucasum mente indue.
 Quodcunque vidit Phasis aut Pontus nefas,
 45 Videbit Isthmos. effera, ignota, horrida,
 Tremenda celo pariter ac terris mala
 Mens intus agitat. vulnera, & cadem, & vagum
 Funus per artus: leuia memoravi nimis:
 Hac virgo feci. grauior exsurgat dolor.
 50 Maiora iam me scelera post partus decent.
 Adcingere ira, teq; in exitium para
 Furore toto: paria narrentur tua
 Repudia thalamis. quo virum lingues modo?

Hoc quo secuta es. rumpe iam segnes moras.

55 Qua scelere parta est, scelere linquetur domus.

C H O R V S.

Asclepiadei, Glyconici, & Hexametri.

AD regum thalamos numine prospero

Qui calum superi quidq; regunt fretum

Adsint cum populis ritè fauentibus.

Primus sceptriferis colla Tonantibus

60 Taurus celsa ferat tergore candido.

Lucinam niuei femina corporis

Intentata iugo placet. & asperi

Martis sanguineas quæ cohibet manus.

Quæ dat belligeris fœdera gentibus.

65 Et cornu retinet diuite copiam,

Donetur tenerâ mitior hostiâ.

Et tu qui facibus legitimis ades,

Noctem discutiens auspice dexterâ,

Huc incede gradu marcidus ebrio,

70 Præcingens roseo tempora vinculo.

Et tu quæ gemini præuia temporis

Tardè stella redis semper amantibus,

Te matres auida, te cupiunt nurus,

Quàm primùm radios spargere lucidas.

75 Vincit virgineus decor

Longè Cecropias nurus:

Et quæ Taygeti iugis

Exercent iuuenum modo,

Muris quod caret oppidum:

80 Et quas Aonius latex,

Alpheúsq; sacer lauat,

Cedent Æsonio duci,

Si formâ velit aspici.

Proles fulminis improbi,

85 Aptat qui iuga tigribus;
Nec non qui tripodas mouet,

Frater virginis aspera;

Cedet Castore cum suo

Pollux castibus aptior.

90 Sic sic calicola, precor,

Vincat femina coniuges,

Vir longè superet viros.

Hæc cum virgineo constitit in choro,

Vnius facies præminet omnibus.

95 Sic cum sole perit sideribus decor;

Et densi latitant Pleiadam greges,

Cum Phæbe solitum lumine non suo

Orbem circuitis cornibus adligat.

Ostro sic niueus Phœniceo color

100 Perfusus rubuit. sic nitidum iubar

Pastor lucenonâ roscidus adspicit.

Ereptus thalamis Phasidos horridis,

Effrena solitus pectora coniugis

Inuitâ trepidus prendere dexterâ,

105 Felix Aoniam prendito virginem,

Nunc primùm soceris sponte volentibus.

Concesso iuuenes ludite iurgio.

Hinc illinc iuuenes mittite carmina.

+ Rara est in dominos iusta licentia.

110 Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi,

Multifidam iam tempus erat succendere pinum.

Excute solennem digitis marcentibus ignem.

Festa dicax fundat conuicia Fescenninus.

Soluat turba iocos. tacitis eat illa tenebris,

115 Si quæ peregrino nubit fugitiua marito.

A C T V S S E C V N D V S.

MEDEA, NVTRIX.

- O Ccidimus, aures pepulit Hymenæus meas.
 Vix ipsa tantum, vix adhuc, credo malum.
 Hac facere Iason potuit: erepto patre,
 Patriâ, atque regno, sedibus solam ex teris
 120 Deserere: durus merita contempsit mea;
 Qui scelere flammâ viderat vinci & mare.
 Adeone credit omne consumptum nefas?
 Incerta, vecors, mente non sanâ feror
 Partes in omnes, vnde me vlcisci queam?
 125 Vtinam esset illi frater! est coniux; in hanc
 Ferrum exigatur; hæc meis satis est malis.
 Si quod Pelasgæ, si quod vrbes Barbaræ
 Nouere facinus, quod tua ignorant manus,
 Nunc est parandum. scelera te hortentur tua.
 130 Et cuncta redeant; inclytum regni decus
 Raptum; & nefanda virginis paruus comes
 Diuisus ense, funus incertum patri,
 Sparsumq; ponto corpus; & Pelia senis
 Decocta ahenis membra. funestum impie
 135 Quàm saepe fudi sanguinem? at nullum scelus
 Irata feci. seruit infelix amor.
 Quid tamen Iason potuit alieni arbitri
 Iurisq; factus? debuit ferro obuium
 Obferre pectus. melius, ah melius, dolor
 140 Furiose loquere; si potest, viuat meus,
 Vt fuit, Iason; sin minus, viuat tamen,
 Memorq; nostri muneri parcat meo.
 Culpa est Creontis tota: qui sceptro inpotens
 Coniugia soluit; quiq; genitricem abstrahit
 145 Natis; & arcto pignore adstrictam fidem

M E D E A.

- Dirimit: petatur solus hic, pœnas luat
 Quas debet. alto cinere cumulabo domum.
 Videbit atrum verticem flammis agi
 Malea longas nauibus flectens moras.
- 150 NV. Sile obsecro, questusq; secreto abditos
 Manda dolori, grauia quisquis vulnere
 Patiente & a quo inmotus animo pertulit,
 Referre potuit. ira qua tegitur nocet:
 Professa perdunt odia vindictæ locum.
- X 155 ME. Leuis est dolor qui capere consilium potest.
 Et clepere sese: magna non latitant mala.
 Libet ire contra. NV. siste furialem impetum
 Alumna: vix te tacita defendit quies.
- X ME. Fortuna fortes metuit, ignauos premit.
- 160 NV. Tunc est probanda, si locum virtus habet.
 ME. Nunquam potest non esse virtuti locus.
 NV. Spes nulla monstrat rebus adstrictis viam.
- X ME. Qui nil potest sperare, desperet nihil.
 NV. Abiere Colchi, coniugis nulla est fides,
- 165 Nihilq; superest opibus è tantis tibi.
 ME. Medea superest: hic mare & terras vides,
 Ferrumq;, & ignes, & deos, & fulmina.
 NV. Rex est timendus. ME. rex meus fuerat pater.
 NV. Non metuis arma? ME. sint licet terrâ edita.
- 170 NV. Moriere. M. cupio. N. profuge. M. pœnituit fuga:
 Medea fugiam? NV. mater es. ME. cui sim, vides.
 NV. Profugere dubitas? M. fugiã; at vlciscar prius.
 NV. Vindex sequetur. M. forsan inueniam moras.
 NV. Conpesce verba; parce iam demens minis,
- 175 Animosq; minue; tempori aptari decet.
 ME. Fortuna opes auferre, n̄m animum potest.
 Sed cuius ic̄tu regius cardo strepit?
 Ipse est Pelasgo tumidus imperio Creo. CREO.

M E D E A.
CREO. MEDEA.

13

- 180 **M** Edea, Colchi noxium Ætæa genus,
Nondum meis exportat è regnis pedem?
Molitur aliquid; nota fraus, nota est manus.
Cui parceret illa? quemve securum sinet?
Abolere properè pessimam ferro luem
Equidem parabam; precibus euicit gener.
- 185 Concessa vita est; liberet fines metu,
Abeatq; tuta. fert gradum contra ferox,
Minaxq; nostros propius adsatus petit.
Arcete famuli tactu & adcessu procul;
Iubete sileat; regium imperium pati
- 190 Aliquando discat. vade veloci viâ,
Monstrumq; sauum, horribile iam dudum auhe.
ME. Quod crimen aut quæ culpa multatur fugâ?
CR. Quæ causa pellat, innocens mulier rogat.
ME. Si iudicas, cognosce; si regnas, iube.
- 195 CR. Æquum atque iniquum regis imperium feras.
ME. Iniqua nunquam regna perpetuò manent.
CR. I, quare Colchos. ME. redeo; qui aduexit, ferat.
CR. Vox constituto sera decreto venit.
ME. Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ,
- 200 Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.
CR. Auditus à te Pelia supplicium tulit.
Sed fare, causa detur egregiè locus.
ME. Difficile quàm sit animum ab ira flectere
Iam concitatum, quamq; regale hoc putet
- 205 Sceptus superbas quisquis admouit manus,
Quâ cepit ire, regiâ didici meâ.
Quamuis enim sim clade miseranda obruta,
Expulsa, supplex, sola, deserta; undique
Adflicta; quondam nobili sulsi patre,

- 210 *Auorq̄ clarum Sole deduxi genus:*
Quodcunque placidis flexibus Phasis rigat;
Pontusq̄, quidquid Scythicus à tergo uidet,
Palustribus quâ maria dulcescunt aquis;
Armata peltis quidquid exercet cohors
- 215 *Inclusa ripis uidua Thermodontiis:*
Hoc omne noster genitor imperio regit.
Generosa, felix, decore regali potens
Fulsi: petebant tunc meos thalamos viri,
Qui nunc petuntur. rapida fortuna ac leuis
- 220 *Præceptsq̄ regno eripuit, exsilio dedit.*
Confide regnis, cum leuis magnas opes
Huc ferat & illuc casus. hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies.
Prodesse miseris, supplices fido lare
- 225 *Protegere. solum hoc Colchico regno extuli,*
Decus illud ingens, Græcia florem inclytum,
Præsidia Achivæ gentis, & prolem Deum
Seruasse memet. munus est Orpheus meum,
Qui saxa cantu mulcet, & silvas trahit;
- 230 *Geminumq̄ munus Castor & Pollux meum est;*
Satiq̄ Borea; quiq̄ trans Pontum quoque.
Submota Lynceus lumine inmisso uidet;
Omnesq̄ Minye: nam ducum taceo ducem.
Pro quo nihil debetur; hunc nulli inputo.
- 235 *Vobis reuexi ceteros, unum mihi.*
Incesse nunc, & cuncta flagitiaingere.
Fatebor; obici crimen hoc solum potest,
Argo reuersâ. virgini placeat pudor,
Paterq̄ placeat; tota cum ducibus ruct
- 240 *Pelæga tellus: hic tuus primus gener.*
Tauriferocis ore flagranti occidet.

- Fortuna caussam, quâ volet, nostram premat;
 Non pœnitet seruasse tot regum decus.
 Quodcumque culpâ pramium ex omni tuli,
 245 Hoc est penes te. si placet, damna ream:
 Sed redde crimen. sum nocens, fateor, Creo:
 Talem sciebas esse, cum genua adtigi,
 Fidemq; supplex praesidis dextra peti:
 Terrâ hac miseris angulum & sedem rogo,
 250 Latebraq; viles, vrbe si pelle placet,
 Detur remotus aliquis in regnis locus.
 CR. Non esse me qui sceptrâ violenter geram,
 Nec qui superbo miseras calcem pede,
 Testatus equidem videor haud clarè parum,
 255 Generum exsulem legendo, & adflictum, & graui
 Terrore pauidum. quippe te pœna expetit,
 Letoq; Acastus, regna Thessalica obtinens;
 Senio trementem debili atque auo grauem,
 Patrem peremptum queritur, & casi senis
 260 Discissa membra; cum dolo capta tuo
 Pia sorores inpium auderent nefas.
 Potest Iason, si tuam causam amoues,
 Suam tueri, nullus innocuum cruor
 Contaminauit: absfuit ferro manus;
 265 Prorsusq; vestro purus à coetu stetit.
 Sed tu malorum machinatrix facinorum,
 Cui feminea nequitia ad audendum omnia
 Virile robur; nulla fama memoria est,
 Egredere, purga regna; letales simul
 270 Tecum aufer herbas; libera ciues metui.
 Aliâ sedens tellure sollicita deos.
 ME. Profugere cogis: redde fugienti ratem,
 Vel redde comitem; fugere cur solam iubes?

- Non sola veni. bella si metuis pati,
 275 Vtrumque regno pelle. cur fontes duos
 Distinguis? illi Pelia, non nobis iacet.
 Fugam, rapinas, adice desertum patrem,
 Lacerumq; fratrem, quidquid etiamnum novam
 Docet maritus coniugem, non est meum.
- 280 Toties nocens sum facta, sed nunquam mihi.
 CR. Iam exisse decuit: quid seris fando moras?
 ME. Supplex recedens illud extremum precor,
 Ne culpa natos matris infantes trahat.
 CR. Vale, hos paterno, ut genitor, excipiam sinu.
- 285 ME. Per ego auspicatos regij thalami toros,
 Per spes futuras, perq; regnorum status,
 Fortuna variâ dubia quos agitat vice,
 Precor, breuem largire fugienti moram
 Dum extrema natis mater infigo oscula,
- 290 Fortasse moriens. CR. fraudibus tempus petis.
 ME. Quæ fraus timeri tempore exiguo potest?
 CR. Nullum ad nocendû tempus angustû est malis.
 ME. Parûmne misera temporis lacrymis negas?
 CR. Etsi repugnat precibus infelix timor,
- 295 Vnus parando dabitur exsilio dies.
 ME. Nimis est, & ex hoc aliquid abscindas licet.
 CR. Et ipsa propera, capite supplicium lues;
 Clarus priusquam Phœbus attollat diem,
 Nisi cedis Isthmo, sacra me thalami vocant:
- 300 Vocat precari festus Hymenæo dies.

C H O R V S. Anapestici.

A Vdax nimium qui freta primus
 Rate tam fragili persida rupit;
 Terrasque suas post terga videns,
 Animam leuibus credidit auris;

- 305 *Dubioq³ secans æquora cursu*
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ mortisq³ vias
Nimum gracili limite ducto.
- 310 *Stellisq³ quibus pingitur æther,*
Non erat vsus: nondum Pleiadas,
Hyadas poterant vitare rates;
Non Olenis sidera capra;
Non quæ sequitur, flectitq³ senex
- 315 *Arctica tardus plaustra Bootes:*
Nondum Boreas, nondum Zephyrus
Nomen habebant.
Ausus Tiphys pandere vasto
Carbasa ponto, legesq³ nouas
- 320 *Scribere ventis. nunc lina sinu*
Tendere toto: nunc prolato
Pede transversos captare notos:
Nunc antennas medio tutas
Ponere malo: nunc in summo
- 325 *Religare loco, cum iam totos*
Auidus nimium nauita flatus
Optat, & alto rubicunda tremunt
Suppara velo.
Candida nostri secula patres
- 330 *Videre, procul fraude remotâ.*
Sua quisque piger littora tangens,
Patrioque senex factus in aruo,
Paruo diues, nisi quas tulerat
Natale solum non norat opes.
- 335 *Bene dissecti fœdera mundi*
Traxit in vnum Thessala pinus.

- Iussitq; pati verbera pontum;
 Partemq; metus fieri nostri
 Mare sepositum. dedit illa graues
 340 Inproba pœnas, per tam longos
 Ducta timores. cum duo montes,
 Claustra profundi, hinc atque illinc
 Subito impulsu, velut ætherio
 Gemerent sonitu; pergeret astra
 345 Nubesq; ipsas mare depressum;
 Palluit audax Tiphys, & omnes
 Labente manu misit habenas;
 Orpheus tacuit torpente lyrâ;
 Ipsaq; vocem perdidit Argo.
 350 Quid? cum Siculi virgo Pelori,
 Rabidos utero subcinctâ canes.
 Omnes pariter soluit hiatus;
 Quis non totos horruit artus,
 Toties uno latrante male?
 355 Quid? cum Ausonium dira pestes
 Voce canorâ mare mulcerent?
 Cum Pieria resonans citharâ
 Thracius Orpheus, solitam cantu
 Retinere rates, pene coegit
 360 Sirena sequi? quod fuit huius
 Precium cursus? aurea pellis?
 Manusq; mari Medea malum,
 Merces primâ digna carinâ.
 Nunc iam cessit pontus, & omnes
 365 Patitur leges. non Palladia
 Conpacta manu regum referens
 Incluta remos quaritur Argo.
 Qualibet altam cymba pererrat:

Terminus omnis notus, & urbes
 370 Muros terrâ posuere novos:
 Nil quâ fuerat sede reliquit
 Peruius orbis.

Indus gelidum potat Araxem:
 Albim Persa Rhenumq; bibunt.

375 Venient annis secula seris,
 Quibus Oceanus vincula rerum
 Laxet, & ingens pateat tellus,
 Tiphysq; novos detegat orbis,
 Neque sit terris ultima Thule.

ofang Coxe

A C T V S T E R T I V S.
 NVTRIX. MEDEA.

380 **A**lumna celerem quo rapis tectis pedem?
 Resiste, & iras conprime ac retine impetum.

Incerta qualis entheos cursus tulit,
 Cum iam recepto Menas insanit deo,
 Pindi niualis vertice, aut Nisa iugis,

385 Talis recursat huc & huc motu effero,
 Furoris ore signa lymphati gerens.
 Flammata facies spiritum ex alto citat.

Proclamat: oculos vberi fletu rigat.
 Renidet. omnis specimen adfectus capit;
 390 Haret, minatur, aestuat, queritur, gemit.
 Quo pondus istud verget? ubi ponet minas?
 Vbi se iste fluctus franget? exundat furor:
 Non facile secum versat, aut medium scelus:
 Sè vincet; ira nouimus veteres notas.

395 Magnum aliquid instat, efferum, inmane, impium.
 Vultum furoris cerno. di fallant metum.
 ME. Si quaris odio misera quem statuas modum,
 Imitare amorem, regias egon' vt faces

- Inulta patiar? segnis hic ibit dies,*
- 400 *Tanto petitus ambitu, tanto datus?*
Dum terra cœlum media libratur feret,
Nitidusque certas mundus euoluet vices,
Numerusque arenis deerit, & solem dies,
Noctem sequentur astra, dum siccas polus
- 405 *Versabit Arctos, flumina in pontum cadent;*
Nunquam meus cessabit in pœnas furor,
Crescetque semper, quæ ferarum immanitas,
Quæ Scylla, quæ Charybdis Ionium mare
Siculumque sorbens, quæq; anhelantem premens.
- 410 *Titana tantis Ætna feruescet minis?*
Non rapidus amnis, non procellosum mare,
Pontusque coro sauuus, aut vis ignium
Adiuta flatu possit inhibere impetum
Iraque nostras: sternam & euertam omnia.
- 415 *Timuit Creontem, ac bella Thessalici ducis:*
 + *Amor timere neminem verus potest.*
Sed cesserit conuictus, & dederit manus;
Adire certe, & coniugem extremo adloqui
Sermone potuit: hoc quoque extimuit ferox.
- 420 *Laxare certe tempus inmitis fuga*
Genero licebat. liberis vnus dies
Datus duobus. non queror tempus breue.
Multum patebit. faciet, hic faciet dies
Quod nullus vnquam taceat. inuadam deos,
- 425 *Et cuncta quatiã. NV. recipe turbatum malis*
Hera pectus, animum mitiga. ME. sola est quies,
Mecum ruinã cuncta si video obruta,
Mecum omnia abeant. trahere, cum pereas, libet.
NV. Quam multa sint timenda, si perstas, vide.
- 430 *Nemo potentes adgredi tutus potest,*

- O** Durâ fata semper, & sortem asperam;
 Cum seuit, & cum parcit, ex aquo malam?
 Remedia toties inuenit nobis Deus
 Periculis peiora! si vellem fidem,
- 435 Præstare meritis coniugis, leto fuit
 Caput obserendum: si mori nolim, fide
 Misero carendum est. non timor vincit virum,
 Sed trepida pietas: quippe sequeretur necem
 Proles parentum. ô sancta, si calum incolis,
- 440 Iustitia, numen inuoco ac testor tuum:
 Nati patrem vicere, quin ipsam quoque,
 Et si ferox est corde, nec patiens ingi,
 Consulere natis malle quàm thalamis, reor.
 Constituit animus precibus iratam adgredi.
- 445 Atque ecce, viso memet, exsiluit, furit,
 Fert odia præ se, totus in vultu est dolor.
- ME. Fugimus Iason, fugimus. hoc non est nouum
 Mutare sedes: causa fugiendi noua est.
 Pro te solebam fugere. discedo, exeo.
- 450 Penatibus profugere quam cogis tuis,
 Ad quos remittis? Phasin & Colchos petam?
 Patriumq; regnum? quaq; fraternus cruor
 Perfudit arua? quas peti terras iubes?
 Quæ maria monstras? Pontici fauces freti,
- 455 Per quas reuexi nobiles regum manus,
 Adulterum secuta per Symplegadas?
 Paruâ mne Iolcon, Thessala an Tempe petam?
 Quascumque aperui tibi vias, clusi mihi.
 Quò me remittis? exsuli exsilium imperas,
- 460 Nec das. eatur, regius iussit gener:
 Nihil recusò. dira supplicia ingere;

- Merui: cruentis pellicem poenis premat
 Regalis ira, vinculis oneret manus,
 Clusamq; saxo noctis æterna obruat;
 465 Minora meritis patiar, ingratum caput,
 Reuoluat, animis igneos tauri halitus,
 Interq; sauos gentis indomita metus,
 Armifero in aruo flammeum Æta pecus,
 Hostisq; subiti tela: cum iussu meo
 470 Terrigena miles mutuâ cade occidit:
 Adiice expetita spolia Phryxei arietis,
 Somnoq; iussum lumina ignoto dare
 Insomne monstrum; traditum fratrem neci;
 Et scelere in vno non semel factum scelus;
 475 Iussasq; natas fraude deceptas meâ,
 Secare membra non reuicturi senis.
 Aliena sequeris regna? deserui mea.
 Per spes tuorum liberum, & certum lavem,
 Per victa monstra, per manes, pro te quibus
 480 Nunquam peperci, perq; preteritos metus,
 Per calum, & vndas, coniugis testes mei,
 Miserere, redde supplici felix vicem.
 Ex opibus illis quas procul raptas Scythæ
 Vsq; à perustis India populis petunt,
 485 Referta quasq; vix domus gazas capit,
 Ornatus auro nemoras; nil exsul tuli
 Nisi fratris artus: hos quoque impendi tibi.
 Tibi patria cessit, tibi pater, frater, pudor;
 Hac dote nupsi: redde fugienti sua.
 490 IA. Perimere cum te vellet infestus Creo,
 Lacrymis meis euictus exsilium dedit.
 ME. Poenam putabam: munus, ut video, est fuga.
 IA. Dum licet abire, profuge, teq; hinc eripe:

- *Gravis ira regum est semper.* ME. *hoc suades mihi.*
- 495 *Præstas Creusa, pellicem inuisam amoues.*
 IA. *Medea amores obicis? ME. & cadem, & dolos.*
 IA. *Obijcere crimen quod potes tandem mihi?*
 ME. *Quodcumque feci.* IA. *restat hoc unum insuper.*
Tuis ut etiam sceleribus fiam nocens?
- 500 ME. *Tua illa, tua sunt illa. cui prodest scelus,*
Is fecit. omnes coniugem infamem arguant;
Solus tuere, solus infontem voca.
Tibi innocens sit quisquis est pro te nocens
 IA. *Ingrata vita est cuius accepta pudet.*
- 505 ME. *Retinenda non est cuius accepta pudet.*
 IA. *Quin potius irâ concitum pectus doma;*
Placare natis. ME. *abdico, abiuro, abnuo.*
Meis Creusa liberis fratres dabit?
Regina natis exfulum adflictis potens?
- 510 *Non veniat unquam tam malus miseris dies,*
Qui prole fœda misceat prolem inclytam;
Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus.
 IA. *Quid misera meq; teq; in exitium trahis?*
Abscede quaeso. ME. *supplicem audiuit Creo.*
- 515 IA. *Quid facere possim, loquere.* M. *pro me? vel scelus.*
 IA. *Hinc rex, & illinc.* ME. *est & his maior metus*
Medea. neu conflagre: certemus sine;
Sit precium Iason. IA. *cedo defessus malis.*
Et ipsa casus sæpe iam expertos time.
- 520 ME. *Fortuna semper omnis intra me stetit.*
 IA. *Acastus instat, propior est hostis Creo.*
 ME. *Vtrumque profuge; nolo ut in socerum manus*
Armes, nec ut te cade cognata inquines
Medea cogit, innocens mecum fuge.
- 525 IA. *Et quis resistet, gemina si bella ingruant?*

- Creo atque Acastus arma si iungant sua?
 ME. His adice Colchos, adice Æetem ducem,
 Scythas Pelasgis iunge; demersos dabo.
 IA. Alta extimesco sceptrum. ME. ne cupias, vide.
 530 IA. Suspecta ne sint, longa conloquia amputa.
 ME. Nunc summe toto Iuppiter calo tona,
 Intende dextram, vindices flammam para,
 Omnemq; ruptis nubibus mundum quate:
 Nec deligenti tela librentur manu
 535 In me vel istam. quisquis è nobis cadet,
 Nocens peribit: non potest in nos tuum
 Errare fulmen. IA. sana meditari incipe,
 Et placida fare. si quid ex soceri domo
 Potest fugam leuare, solamen pete.
 540 ME. Contemnere animus regias, ut scis, opes
 Potest, soletq;: liberos tantum fuga
 Habere comites liceat, in quorum sinu
 Lacrymas profundam. te noui nati manent.
 IA. Parere precibus cupere me fateor tuis;
 545 Pietas vetat. namque istud haud possum pati:
 Non si ipse memet cogat & rex, & socer.
 Hac causa vita est, hoc perusti pectoris
 Curis leuamen: spiritu citius queam
 Carere, membris; luce. ME. si hic natos amas,
 550 Bene est; tenetur, vulnere patuit locus.
 Suprema certe liceat abeuntem loqui
 Mandata, liceat vltimum amplexum dare.
 Ratum est & illud. voce iam extremam peto,
 Ne si qua noster dubius effudit dolor,
 555 Maneant in animo verba, sed melior tibi
 Memoria nostri subeat; hæc iræ data
 Oblitterentur. IA. omnia ex animo exuli.

- Precorq; & ipse, feruidam ut mentem regas,
 Placideq; tractes. miseras lenit quies.
 560 ME. Discessit, itan' est? Vadis oblitus mei
 Et tot meorum facinorum. excidimus tibi:
 Nunquam excidemus. hoc age, omnes aduoca
 Vires & artes. fructus est scelerum tibi,
 Nullum scelus putare. vix fraudi est locus:
 565 Timemur. hâc aggredere, quâ nemo potest
 Quidquam timere. perge, nunc aude, incipe
 Quidquid potes, Medea, quidquid non potes.
 Tu fida nutrix, socia mœroris mei,
 Varij; casus, misera consilia adiuua.
 570 Est palla nobis, munus æthereæ domus,
 Decusq; regni, pignus Ætæ datum
 A Sole: gemmis est & auro textili
 Monile fulgens; quodq; gemmarum nitor
 Distinguit aurum, quo solent cingi comæ:
 575 Hæc nostra nati dona nubenti ferant:
 Sed ante diris inlita ac tinctâ artibus.
 Vocetur Hecate; sacra luctifica adpara;
 Struantur ara; flamma iam tectis sonet.

C H O R V S. Sapphici.

- 580 N Vlla vis flamma, tumidiq; venti
 Tanta, nec teli metuenda torti;
 Quanta, cum coniux viduata tedis
 Ardet & odit.
 Non ubi hibernos nebulosus imbres
 Auster aduexit; properatque torrens
 585 Ischer, & iunctos vetat esse pontes;
 Ac vagus errat:
 Non ubi impellit Rhodanus profundum;
 Aut ubi in riuos niuibus solutis

- Sole iam forti, medióque vere
 590 Tabuit Hamus.
 Cæcus est ignis stimulatùs ira,
 Nec regi curat, patiturve frenos.
 Haud timet mortem, cupit ire in ipsos
 Obuius enses.
 595 Parcite ò diui, veniam precamur,
 Viuat vt tutus mare qui subegit.
 Sed furit vinci dominus profundi
 Regna secunda
 Ausus aternos agitare currus,
 600 Inmemor meta iuuenis paterna,
 Quos polo sparsit furiosus ignes
 Ipsa recepit,
 Constitit nulli via nota magno.
 Vade, qua tutum populo priori:
 605 Rumpè nec sancti violente mundi
 Fœdera sacra.
 Quisquis audacis tetigit carina
 Nobiles remos, nemoris sacrati
 Pelion densâ spoliauit umbrâ:
 610 Quisquis intrauit scopulos vagantes,
 Et tot emensus pelagi labores,
 Barbara funem religauit ora,
 Raptor externi rediturus auri,
 Exitu diro temerata ponti
 615 Iura piavit.
 Exigit pœnas mare prouocatum.
 Tiphys inprimis domitor profundi
 Liquit indocto regimen magistro,
 Littore externo procul à paternis
 620 Occidens regnis, tumultu hinc vili

Tectus, ignotas iacet inter umbras.

Aulis amissi memor inde regis.

Portubus lentis retinet carinas.

Stare querentes.

625 Ille vocali genitus Camoen a,

Cuius ad chordas modulante plectra

Restitit torrens, siluere venti,

Cui sono cantu volucris relicto,

Adfuit tota comitante silua.

630 Thracios sparsus iacuit per agros;

Ad caput tractus fluuiialis Hebri,

Contigit notam Styga, Tartarumq;

Non rediturus.

Strauit Alcides Aquilone natos;

635 Patre Neptuno genitum necauit,

Sumere innumeras solitum figuras:

Ipse post terra pelagiq; pacem,

Post feri Ditis patefacta regna,

Viuus ardenti recubans in Oeta.

640 Præbuit sauis sua membra flammis,

Tabæ consumptus gemini cruoris

Munere nuptæ

Strauit Ancaum violentus ictu

Setiger. fratres Meleagre matris

645 Impius matras; morerisq; dextra

Matris iratæ. meruere cuncti.

Morte quod crimen tener expiauit

Herculi magno puer inreperitus?

Raptus est tutas puer inter undas.

650 Ite nunc fortes perarate pontum

Sorte timenda.

Idmonem, quamuis bene fata nosset,

Condidit serpens Libycis arenis,

- Omnibus verax, sibi falsus uni,
 655 *Concidit Mopsus, caruitq; Thebis.*
Ille si verè cecinit futura,
Exsul errauit Thetidis maritus.
Ignè fallaci nociturus Argis
Nauplius princeps cadit in profundum.
 660 *Crimini pœnas patrio pependit,*
Fulmine & ponto moriens Oileus,
Coniugis fatum redimens Pheræi
Vxor inpendit animam marito.
Ipse qui pradam spoliūq; iussit
 665 *Aureum primâ reuehi carinâ,*
Vstus accenso Pelias ahenò
Arsit angustas vagus inter undas.
Iam satis diui mare vindicastis;
Parcite iusso.

A C T V S Q V A R T V S.
N V T R I X.

- 670 **P** *Auet animus, horret, magna perniciès adest.*
Immane quantum augefcit, & semet dolor
Accendit ipse, vimq; præteritam integrat.
Vidi furentem sæpe; & adgressam deos
Calum trahentem: maius his, maius parat
 675 *Medea monstrum. namque ut adtonito gradu*
Euasit, & penetræle funestum adtigit;
Totas opes effudit; & quidquid diu
Etiam ipsa timuit, promit; atque omnem explicat
Turbam malorum; arcana, secreta, abdita.
 680 *Et triste lauâ complicans sacrum manu,*
Pestes vocat quascumque feruenti creat,
Arena Libyæ, quasq; perpetuâ niue
Taurus coërcet frigore Arctoo rigens.

- Et omne monstrum. tracta magicis cantibus
 685 Squammea latebris turba desertis adest.
 Hic sera serpens corpus immensum trahit,
 Trifidamq; linguam exertat, & quarens quibus
 Mortifera veniat, carmine audito stupet,
 Tumidumq; nodis corpus adgestis plicat,
 690 Cogitq; in orbem. Parua sunt, inquit, mala,
 Et vile telum est ima quod tellus creat:
 Calopetam venena. iam nunc tempus est
 Aliquid mouere fraude vulgari altius.
 Huc ille vasti more torrentis iacens
 695 Descendat anguis, cuius immensos duos
 Maior minorq; sentiunt nodos fera,
 Maior Pelasgis, apta Sidoniis minor.
 Pressasq; tandem soluat Ophiuchus manus;
 Virusq; fundat. adsit ad cantus meos
 700 Lacescere ausus gemina Python numina.
 Et Hydra, & omnis redeat Herculeâ manis
 Succisa serpens, cæde se reparans sua.
 Tu quoque relictis peruigil Colchis ades
 Sopite primùm cantibus serpens meis.
 705 Postquam euocauit omne serpentum genus,
 Congerit in vnum frugis infausta mala:
 Quacumque generat inuius saxis Eryx;
 Quæ fert opertis hieme perpetuâ iugis
 Sparsus cruore Caucasus Promethei;
 710 Et quis sagittas diuites Arabes linunt,
 Pharetraq; pugnax Medus, aut Parthus leuis,
 Aut quos sub axe frigido succos legunt,
 Lucis Suiui nobiles Hercyniis.
 Quodcumque tellus vere nidifico creat;
 715 Aut rigida cum iam bruma discussit decus

- Nemorum, & niuali cuncta constrinxit gelu;
 Quocumque gramen flore mortifero vires,
 Dirusq; tortis succus in radicibus
 Causas nocendi gignit, adtrectat manu.
- 720 Æmonius illas contulit pestes Athos;
 Has Pindus ingens; illa Pangæi iugis
 Teneram cruenta falce deposuit comam:
 Has aluit altum gurgitem Tigris premens;
 Danubius illas; has per arentes plagas
- 725 Tepidis Hydaspes gemmifer currens aquis,
 Nomenq; terris qui dedit Batis suis,
 Hesperia pulsans maria languenti vado:
 Hæc passa ferrum est dum parat Phœbus diem,
 Illius alta nocte succisus frutex:
- 730 At huius ungue secta cantato seges.
 Mortifera carpit gramina, ac serpentium
 Saniem exprimit, miscetq; & obscœnas aues,
 Mœstiq; cor bubonis, & rauca strigis
 Execta viua viscera. hæc scelerum artifex
- 735 Discreta ponit: his rapax vis ignium,
 His gelida pigri frigoris glacies inest.
 Addit venenis verba, non istis minus
 Metuenda. sonuit ecce vesano gradu
 Canitq;: mundus vocibus primis tremit.

M E D E A.

Trochaici tetrametri, Iambici trimetri
 ac dimetri, & Anapaestici.

- 740 **V** Os precor vulgus silentum vosq; ferales deos,
 Et chaos cœcū, atq; opacā Ditis umbrosi domū,
 Tartari ripis ligatos squallidæ mortis specus
 Supplicis anima remissis currite ad thalamos novos.
 Rotâ resistat membra torquês, tangat Ixion humū,

- 745 *Tantalus securus undas hauriat Pyrenidas:
 Longe grauior pœna sedeat coniugis socero mei.
 Lubricus per saxa retro Sisyphum voluat lapis.
 Vos quoque urnis quas foratis inritus ludit labor,
 Danaides, coite; vestras hic dies querit manus.*
- 750 *Nunc meis vocata sacris, noctium sidus, veni,
 Pessimos induta vultus, fronte non una minax.
 Tibi more gentis vinculo soluens comam
 Secreta nudo nemora lustravi pede.
 Et euocavi nubibus siccis aquas,*
- 755 *Egiq; ad imum maria; & Oceanus graues
 Interius undas astitibus victis dedit.
 Pariterque mundus lege confusâ atheris
 Et solem & astra vidit: & vetitum mare
 Tetigistis vrsa. temporum flexi vices;*
- 760 *Æstiuâ tellus floruit cantu meo;
 Messem coactâ vidit hibernam Ceres,
 Violenta Phasis vertit in fontem vada;
 Et Ister, in tot ora diuisus, truces
 Compressit undas omnibus ripis piger.*
- 765 *Sonuere fluctus, tumuit insanum mare
 Tacente vento. nemoris antiqui domus
 Amisit umbram vocis imperio mea.
 Die relicto Phœbus in medio stetit.
 Hyadesq; nostris cantibus nota labant.*
- 770 *Adesse sacris tempus est Phœbe tuis.
 Tibi hæc cruentâserta texuntur manu,
 Nouena qua serpens ligat;
 Tibi hæc Typhæus, membra qui discors tulit,
 Qui regna concussit Iouis.*
- 775 *Vectoris istic perfidi sanguis inest,
 Quem Nessus exspirans dedit.*

- Oetaus isto cinere defecit rogas,
 Qui virus Herculeum bibit.*
Pia sororis, impia matris facem,
 780 *Ultricis Althea vides.*
*Reliquit istas inuio plumas specu
 Harpyia dum Zetum fugit.*
*Hic adice pinnas saucia Stymphalidos,
 Lernea passa spicula.*
 785 *Sonulistis ara; tripodas agnosco meos,
 Fauente conmotos dea.*
*Video Triuia currus agiles,
 Non quos pleno lucida vultu
 Pernox agitat; sed quos facie*
 790 *Lurida moesta, cum Thessalicis*
*Vexata minis, calum freno
 Propiore legit. sic face, tristem
 Pallida lucem funde per auras;
 Horrore nouo terre populos;*
 795 *Inq; auxilium Dictynna tuum
 Preciosa sonent era Corinthi.*
*Tibi sanguineo cespite sacrum
 Solenne damus; tibi de medio
 Rapta sepulcro fax nocturnos*
 800 *Sustulit ignes? tibi mota caput.*
*Flexâ voces ceruice dedi;
 Tibi funereo de more iacens
 Passos vincit vitta capillos;
 Tibi iactatur tristis Stygiâ*
 805 *Ramus ab vnda; tibi nudato
 Pectore Menas sacro feriam
 Brachia cultro.*
Mânet noster sanguis ad aras.

- Ad sue sce manus stringere ferrum,*
 810 *Carosq; pati posse cruores.*
Sacrum laticem percussa dedi.
Quod si nimium saepe vocari
Quereris, votis ignosce, precor.
Causa vocandi Persei tuos
- 815 *Sæpius arcus, vna atque eadem*
Semper, Iason. Tu nunc vestes
Tingue Creusa, quas cum primum
Sumpserit, imas vrat serpens
Flamma medullas. ignis fuluo
- 820 *Clusus in auro latet obscurus;*
Quem mihi cali qui furta luit
Viscere foeto dedit, & docuit
Condere vires arte Prometheus:
Dedit ac tenui sulphure tectos
- 825 *Mulciber ignes. & viuacis*
Fulgura flamma de cognato
Phætonte tuli.
Habeo mediæ dona Chimara:
Habeo flammæ
- 830 *Vsto Tauri gutture raptas;*
Quas permisto felle Medusa,
Tacitum iussi seruare malum.
Adde venenis stimulos Hecate,
Donisq; meis semina flammæ
- 835 *Condita serua. fallant visus,*
Tactusq; serant: meet in pectus
Venasq; calor: stillent artus,
Ossaq; fument. vincatq; suas
Flagrante comâ noua nupta faces.
- 840 *Vota tenentur: ter latratu*

*Audax Hecate dedit, & sacros
Edidit ignes face lactifera.*

*Peraeta vis est omnis. huc natos voca,
Preciosa per quos dona nubenti seras.*

- 845 *Ite, ite nati, matris infausta genus,
Placate vobis munere & multa prece
Dominam & nouercam. vadite, & celeres domum
Referte gressus, ultimo amplexu ut fruatur.*

C H O R V S.

Iambici dimetri catalecti.

- Q** *Venam cruenta Manas
Præcepit amore sauo*
- 850 *Rapitur? quod inpotenti
Facinus parat furore?
Vultus citatus irâ
Riget; & caput feroci*
- 855 *Quatiens superba motu
Regi minatur ultro.
Quis credat exsulantem?
Flagrant gena rubentes,
Pallor fugat ruborem.*
- 860 *Nullum vagante f. rina
Seruat diu colorem.
Huc fert pedes & illuc.
Ut tigris orba natis,
Cursu furente lustrat*
- 865 *Gangeticum nemus: sic
Frenare nescit iras
Medea, non amores.
Nunc ira amorque causam
Iunxere: quid sequetur?*
- 870 *Quando efferet Pelasgis*

Nefando

*Nefanda Colchis aruis
Gressum? metúque sobuet
Regnum, simulq; reges?
Nunc Phœbe mitte currus.*

375 *Nulla morante loro;
Nox condat alma lucem:
Mergat diem timendum
Dux noctis hesperugo.*

A C T V S Q V I N T V S.
N V N C I V S . C H O R V S . N V T R I X .
M E D E A . I A S O N .

880 **P**eriere cuncta, concidit regni status,
Nata atque genitor cinere permixto iacent.
CH. *Qua fraude capti? NV. qua solent reges capi;
Donis. CHO. in illis esse quis potuit dolus?*
NVN. *Et ipse miror; vixq; iam facto malo,
Potuisse fieri credo. CHO. quis cladis modus?*
885 NVN. *Auidus per omnem regia partem furit
Emissus ignis: iam domus tota occidit,
Urbi timetur. CHO. vnda flammam opprimat.
NVN. Et hoc in ista clade mirandum accidit;
Alit vnda flammam, quodq; prohibetur magis,
890 Magis ardet ignis, ipsa praesidia occupat.*
NVT. *Effer citatum sede Pelopea gradum,
Medea, praeceptis quaslibet terras pete.*
ME. *Egón? ut recedam? si profugissem prius,
Ad hoc redirem: nuptias specto novas.*
895 *Quid anime cessas? sequere felicem impetum,
Pars ultionis ista, quâ gaudes, quota est?
Amas adhuc furiosa? sic satis est tibi
Celebs Iason? quare poenarum genus
Haud vsitatum. tamq; sic temet para.*

- 900 *Fas omne cedat, abeat expulsus pudor:
Vindicta leuis est quam ferunt parua manus.
Incumbe in iras, teq; languentem excita,
Penitusq; veteres pectore ex imo impetus
Violentus hauri. quidquid admissum est adhuc,*
- 905 *Pietas vocetur. hoc age: & faxo, sciant
Quam leuia fuerint, quamq; vulgaris nota
Qua commodauit scelera. praelusit dolor
Per ista noster. quid manus poterant rudes
Audere magnum? quid puellaris furor?*
- 910 *Medea nunc sum: creuit ingenium malis. —
Iuuat, iuuat rapuisse fraternum caput;
Artus iuuat secuisse, & arcano patrem
Spoliasse sacro; iuuat in exitium senis
Armasse natas. quare materiam dolor*
- 915 *Ad omne facinus, non rudem dextram adferens.
Quò te igitur ira mittis? aut qua perfido
Intendis hosti tela? nescio quid ferox
Decreuit animus intus, & nondum sibi
Audet fateri; stulta properaui nimis.*
- 920 *Expellice utinam liberos hostis meus
Al quos haberet! quidquid ex illo tuum est,
Creusa peperit: placuit hoc pœna genus,
Meritoq; placuit: ultimum magno scelus
Animo parandum est. liberi quondam mei,*
- 925 *Vos pro paternis sceleribus pœnas date.
Cor pepulit horror, membra torpescunt gelu,
Pectusq; tremuit, ira discessit loco,
Materq; tota coniuge expulsa redit.
Egón' ut meorum liberum ac prolis mea*
- 930 *Fundam cruorem? melius ah demens furor?
Incoegitum istud facinus ac dirum nefas*

- A me quoque absit. quod scelus miseri luent?
 Scelus est Iason genitor, & maius scelus
 Medea mater. occidant, non sunt mei.*
- 935 *Pereant? mei sunt: crimine & culpa carent,
 Sunt innocentes, fateor: & frater fuit.
 Quid anime titubas? ora quid lacryma rigant?
 Variamq; nunc huc ira nunc illuc amor
 Diducit? anceps & stus incertam rapit.*
- 940 *Vt saua rapidi bella cum venti gerunt,
 Vtrimque fluctus maria discordes agunt,
 Dubiumq; pelagus feruet: haud aliter meum
 Cor fluctuatur. ira pietatem fugat;
 Iramq; pietas. cede pietati dolor.*
- 945 *Huc cara proles, unicum adstricta domus
 Solamen: huc vos ferte, & infusos mihi
 Coniungite artus: habeat incolumes pater,
 Dum & mater habeat. vrget exilium ac fuga:
 Iam iam meo rapiuntur euulsi sinu,*
- 950 *Flentes, gementes. osculis pereant patris;
 Periere matris. rursus increscit dolor,
 Et feruet odium: repetit inuisam manum
 Antiqua mentis ira; qua ducis sequor.
 Vtinam superba turba Tantalidos meo*
- 955 *Exisset utero, bisq; septenos parens
 Natos tulissem! sterilis in poena fui.
 Fratri patriq; quod sat est peperit duos.
 Quonam ista tendit turba furiarum impotens?
 Quem quarit? aut quò flammeos ictus parat?*
- 960 *Aut cui cruentas agmen infernum faces
 Intentat? ingens anguis excusso sonat
 Tortus flagello. quem trabe infesta petit
 Megara? cuius umbra dispersis venit*

Incerta membris? frater est; pœnas petit.

965 *Dabimus, sed omnes fige luminibus faces*

Lania, perure, pectus en furiis patet.

Discedere à me frater ultrices deas,

Manésque ad imos ire securas iube:

Mihi me relinque, & utere hac frater manu,

970 *Qua strinxit ensem: victima manes tuos*

Placamus istâ. quid repens adfert sonus?

Parantur arma, meq; in exitium petunt.

Excelsa nostra tecta conscendam domus

Cæde inchoata. perge tu mecum comes,

975 *Tuum quoque ipse corpus hinc mecum auehe.*

Nunc hoc age anime: non in occulto tibi est

Perdenda virtus, adproba populo manum,

IA. quicumque regum es cladibus fidus, dolens,

Concurre, ut ipsam sceleris auctorem horridi

980 *Capiamus: huc huc fortis armigeri cohors*

Conferte telâ; vertite ex imo domum.

ME. Iam iam recepi sceptrâ, germanum, patrem,

Spoliûmque Colchi pecudis aurata tenent;

Rediere regnâ. rapta virginitas redit.

985 *O placida tandem numina. ô festum diem,*

O nuptialem! vade, perfectum est scelus;

Vindicta nondum: perage, dum faciunt manus.

Quid nunc moraris anime? quid dubitas? potens

Iam cecidit ira: pœnitet, facti pudet.

990 *Quid misera, feci? misera, pœniteat licet;*

Feci. voluptas magna me inuisam subit:

Et ecce crescit: deerat hoc unum mihi,

Spectator ipse: nil adhuc factum reor;

Quidquid sine esto fecimus sceleris, perit.

995 *IA. En ipsa tecti parte præcipiti imminet.*

- Huc rapiat ignes aliquis, ut flammis cadat
 Suis perusta. ME. congere extremum tuis
 Natis Iason funus, ac tumulum strue.
 Coniux, socerque, iusta iam functis habent
- 1000 Ame sepulti: natus hic fatum tulit:
 Hic te vidente dabitur exitio pari.
 IA. Per numen omne, perq; communes fugas,
 Terosq; quos non nostra violauit fides,
 Iam parce nato: si quod est crimen, meum est:
- 1005 Me dede morti. noxium maeta caput.
 ME. Hac qua recusas, qua doles, ferrum exigam.
 I, nunc superbe, virginum thalamos pete,
 Relinque matres. IA. vnus est poena satis.
 ME. Si posset vna cade satiari manus,
- 1010 Nullam petisset: ut duos perimam tamen,
 Nimum est dolori numerus angustus meo.
 In matre si quod pignus etiamnum latet,
 Scrutabor ense viscera, & ferro extraham.
 IA. Iam perage coeptum facinus, haud ultra precor,
- 1015 ME. Perfruere lento scelere, ne propera dolor;
 Moramq; saltem supplicibus dona meis.
 Meus dies est: tempore accepto utimur.
 IA. Infesta memet perime. ME. misereri iubes.
 Bene est, peractum est. plura non habui dolor,
- 1020 Quae tibi litarem. lumina huic tumida adleua
 Ingrate Iason: coniugem agnoscis tuam?
 Sic fugere soleo: patuit in caelum via.
 Squamosa gemini colla serpentes iugo
 Submissa praebent: recipe iam natos parens:
- 1025 Ego inter auras aliti curru vehar.
 IA. Per alta vade spatia sublimi aethere;
 Testare nullos esse, qua veheris, deos,

IGNOTI POETÆ THEBAIS.

Personæ.

OEDIPVS. ANTIGONE.

NVNCIVS. IOCASTA.

POLYNICES.

ACTVS PRIMVS.

OEDIPVS. ANTIGONE.

CÆcipientis regimen, ac fessi unicum
Patris leuamen, nata, quam tanti est mihi
Genuisse vel sic, desere infauustum patrem.

In recta quid deslectis errantem gradum?

5 *Permitte labi, melius inueniam viam*

Quam quæro, solus, quæ me ab hac vita extrahat,

Et hoc nefandi capitis adspectu leuet,

Cælum atque terras, quantulum hac egi manu?

Non video noxa conscium nostra diem:

10 *Sed videor, hinc iam solue inhaerentem manum,*

Et patere cacum, quâ volet, ferri pedem.

Ibo, ibo, quâ prærupta protendit iuga

Meus Cithæron; quâ peragrati celer

Per saxa montis iacuit Actæon suis

15 *Non a præda canibus; quâ per obscurum nemus,*

Silvamq; opacæ vallis instinctas deo

Egit sorores mater, & gaudens malo

Vibrante thyrsopratulit fixum caput;

Vel quâ cucurrit corpus inuisum trahens

20 *Zethi inuentus, quâ per horrentes rubos.*

Tauri ferocis sanguis ostentat fugas,

Vel quâ alta maria vertice immenso premit;

Inoq; præceps, quâ scelus fugiens suum,

Nonumq; faciens, mater insiluit freto

- 25 *Mersura natum seqs. felices, quibus
Fortuna melior tam bonas matres dedit.
Est alius istis noster in siluis locus,
Qui me reposcit; hunc petam cursu incito,
Non hasitabit gressus; huc omni duce*
- 30 *Spoliatus, ibo. quid moror sedes meas?
Montem Citharon redde, & hospitium mihi
Illud meum restitue, ut exspirem senex
Vbi debui infans: recipe supplicium vetus
Semper cruenta, saue, crudelis, ferox,*
- 35 *Cum occidis & cum parcis: olim iam tuum
Est hoc cadauer. perage mandatam patris,
Iam & matris. animus gestit antiqua exsequi
Supplicia. quid me nata pestifero tenes
Amore vinctum? quid tenes? genitor vocat:*
- 40 *Sequor, sequor; iam parce: sanguineum gerens
Insigne regni Laïus rapti furit,
Et ecce inanes manibus infestis petit
Foditq; vultus. nata genitorem vides?
Ego video. tandem spiritum inimicum exue,*
- 45 *Desertor anime, fortis in partem tui:
Omitte pœnas languidas longa mora,
Mortemq; totam recipe. quid segnis traho?
Quid viuo? nullum facere iam possum scelus,
Possum miser. pradico, discede à patre,*
- 50 *Discede virgo. timeo post matrem omnia.
AN. Vis nulla genitor à tuo nostram manu
Corpore resoluet, nemo me comitem tui
Eripiet unquam. Labdaci claram domum,
Opulenta ferro regna germani petant,*
- 55 *Pars magna patris optimo è regno mea est,
Pater ipse: non hunc auferet frater mihi*

- Thebana raptosceptraque regno tenet,*
Non hunc cateruas alter Argolicas agens.
Non si reuulso Iuppiter mundo tenet,
 60 *Mediumq; nostros fulmen in nexus cadat,*
Manum hanc remittam. prohibeas genito cet,
Regam abnuentem, dirigam inuitum gradum.
In plana tendis? vado: prarupta expetis?
Non obsto, sed precedo: quouis vertere
 65 *Duce me, duobus omnis eligitur via.*
Perire sine me non potes: mecum potes,
Hic alta rupes arduo surgit iugo,
Spectatq; longè spatia subiecti maris:
Vis hanc petamus? nudus hic pendet silex,
 70 *Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat,*
Vis hanc petamus? hic rapax torrens cadit.
Partesq; lapsi montis exesas rotat,
In hunc ruamus? dum prior quò vis eo.
Non deprecor, non hortor. extingui cupis,
 75 *Votumq; genitor maximum mors est tibi?*
Si moreris, antecedo: si viuus, sequor,
Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca,
Victasq; magno robore arumnas doma.
Resiste: tantis in malis vinci malum est,
 80 *OED. Vnde in nefanda specimen egregium demo?*
Vnde ista generi virgo dissimilis suo,
Fortunæ: credis. aliquis est ex me pius?
Non esset vnquam, fata bene noui mea,
Nisi ut noceret. ipsa se in leges nouas
 85 *Natura vertet; regeret in fontem citas*
Reuolutus undas amnis, & noctem adferet
Phœbea lampas, hesperus faciet diem:
Vt ad miserias aliquid accedat meas.

- Pij quoque erimus. unica Oedipoda est salus,
 90 Non esse saluum, liceat vlcisci patrem
 Adhuc inultum. dextra quid cessas iners
 Exigere pœnas? quidquid exactum est adhuc,
 Matri dedisti. mitte genitoris manum
 Animosa virgo; funus extendis meum
 95 Longasq; vini ducis exsequias patris;
 Aliquando terrâ corpus inuisum tege.
 Peccas honesta mente; pietatem vocas,
 Patrem insepultum trahere. qui cogit mori
 Nolentem, in æquo est; quidq; properantem impedit.
 100 Occidere est, vetare cupientem mori.
 Nec tamen in æquo est, alterum grauius reor.
 Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.
 Desiste cæpto virgo; ius vita ac necis
 Mea penes me est. regna deserui libens,
 105 Regnum mei retineo. si fida es comes,
 Ensem parenti trade; sed notum nece
 Ensem paterna. tradis? an nati tenent
 Cum regno & illum? faciet, ubicumq; est, scelus.
 Ibi sit. relinquo, natus hunc habeat meus;
 110 Sed vterque flammâs potius & vastum aggerem
 Componere, in altos ipse me immittam rogos.
 Erectam ad ignes funebrem adscendam struem,
 Pectusq; soluam durum, & in cineres dabo
 Hoc quidquid in me viuit. vbi sanum est mare?
 115 Duc, vbi sit altis præritum saccis iugum;
 Vbi torta rapidus ducat Ismenos vada,
 Duc, vbi fera sint, vbi fretum, vbi præceps locus,
 Si duxes. illuc ire morituro placet,
 Vbi sedit alta rupe semifero dolos
 120 Sphinx ore nectens: dirige huc gressu pedem:

- Hic siste patrem: dira ne sedes vacet,
 Monstrum repone maius: hoc saxum insidens
 Obscura nostra verba fortuna loquar,
 Qua nemo soluat. quisquis Assyrio loca
 125 Possessa regi scindis, & Cadmi nemus
 Serpente notum, sacra quo Dirce latet;
 Supplex ad aras quisquis Euroten bibis;
 Spartamq; fratre nobilem gemino colis
 Quicumq; Elim, Parnason, & Bœotios
 130 Colonus agros vberis tondes soli;
 Aduerte mentem: saua Thebarum lues
 Luctifica cæcis verba committes modis,
 Quid simile posuit? quid tam inextricabile?
 Aui gener, patrisq; riuales sui,
 135 Frater suorum liberum, & fratrum parens;
 Vno auia partu liberos peperit viro,
 Ac sibi nepotes. monstra quis tanta explicet?
 Ego ipse, victæ spolia qui Sphingis tuli,
 Harebo, fati tardus interpret mei
 140 Quid perdis ultra verba? quid pectus ferum
 Mollire tentas precibus? hoc animo sedet,
 Effundere hanc cum morte luctantem diu
 Animam, & tenebras petere. nam sceleri hac meo
 Parum alta nox est. Tartaro condi iuuat,
 145 Et si quid ultra Tartarum est. tandem libet
 Quod olim oportet. morte prohiberi haud queo.
 Ferrum negabis? noxias lapsa vias
 Cludes? & arctis colla laqueis inseri
 Prohibebis? herbas, quæ ferunt letum, auferes?
 150 Quid ista tandem cura proficiet tua?
 Vbiq; mors est. optimè hoc cauit Deus:
 Eripere vitam nemo non homini potest;

At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Nil quero: dextrâ noster & nudâ solet

155 *Bene animus uti. dextra nunc toto impetu,*

Toto dolore, viribus totis veni:

Non destino unum vulnere nostro locum,

Totus nocens sum: quâ voles mortem exige.

Effringe corpus, corq; tot scelerum capax

160 *Euelle. totos viscerum nuda sinus;*

Fractum incitatis ictibus guttur sonet;

Laceraue fixis unguibus vena fluant;

Aut dirige iras quo soles: hæc vulnera

Rescissa multo sanguine ac tabe irriga:

165 *Hac extrahe animam duram, inexpugnabilem.*

Et tu parens, ubicumq; pœnarum arbiter

Adstas mearum: non ego hoc tantum scelus

Vlla expiari credidi pœnâ satis

Vnquam, nec ista morte contentus fui,

170 *Nec me redemi parte membratim tibi*

Volui perire: debitum tandem exige.

Nunc soluopœnas, nunc tibi inferias dedi.

Ades, atque inertem dexteram introrsus preme;

Magisq; merge. timida cum paruo caput

175 *Libauit haustu, vixq; cupientes sequi*

Eduxit oculos. hæret etiam nunc mihi

Ille animus, hæret; cum recusantem manus

Pressere vultus. audias verum Oedipe:

Minus eruisti lumina audacter tua,

180 *Quam præstitisti, nunc manum cerebro indue.*

Hæc parte mortem perage, quâ cœpi mori.

AN. *Pauca ô parens magnanime miseranda precor*

Vt verba nata mente placatâ audias.

Non te ut reducam veteris ad specimen domus,

185 *Habitumq;* regni flore pollentem inclyti,
Peto aut ut iras, tempore aut ipsa morâ
Fractas, remisso pectore ac placido feras.
Et hoc decebat roboris tanti virum,

Non esse sub dolore, nec victum malis
 190 *Dare terga: non est, ut putas, virtus pater-*
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retro dare.

Qui fata proculcauit, ac vita bona
Proiecit, atq; abcidit, & casus suos

195 *Oneravit, ipsi, ceu video, nullo est opus,*
Quare ipse mortem fugiat, aut quare petat.
Vtrumq; timidi est velle. contempsit mori,
Qui non cupiscit. cuius haud ultra mala
Exire possunt, in loco tuto est situs.

200 *Quis iam decorum (velle fac) quidquam potest.*
Malis tuis adycere? iam nec tu potes,
Nisi hoc, ut esse te putes dignum nece.
Non es, nec ulla pectus hoc culpa attigit.
Et hoc magis te genitor in sortem voca,

205 *Quod innocens es, diis quoq; inuitis. quid est.*
Quod te esferarit? quod nouos. suffixerit
Stimulos dolori? quid te ad infernas agit
Sedes? quid ex his pellit? ut careas die?
Carc: ut altis nobilem muris domum,

210 *Patriamq; fugias? patria tibi viuo perijt.*
Natos fugis, matremq;? ab adpectu omnium
Fortuna te submouit: & quidquid potest
Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abstulit.
Regni tumultus, turba fortuna prior

215 *Abcessit ante iusta. quem genitor fugis?*

OED. Me fugio: fugio conscium scelerum omnium

*Peñus, manumq; hanc fugio, & hoc cœli, & deos:
Et dira fugio scelera, qua feci innocens.*

Ego hoc solum, frugifera quo surgit Ceres,

220 *Premo? has ego auras ore pestifero traho?*

Ego laticis haustu satior? aut ullo fruor

Almæ parentis munere? ego castam manum

Nefandus, incestificus, execrabilis

Adtrecto? ego ullos aure concipio sonos,

225 *Per quos parentis nomen aut nati audiam?*

Vtinam quidem rescindere has quirem vias,

Manibusq; adaectis omne quo voces meant,

Aditusq; verbis tramite angusto patet,

Eruere possem, nata: iam sensum tui,

230 *Qua pars meorum es criminum, infelix pater*

Fugissem, inhaeret ac recrudescit nefas.

Subinde & aures ingerunt quidquid mihi

Negastis oculi, cur caput tenebris graue

Non mitto ad umbras Ditis aternas? quid hic

235 *Manes meos detineo? quid terram grauo,*

Mistusq; superis erro? quid restat mali?

Regnum, parentes, liberi, virtus quoque,

Et ingenI solertis eximium decus

Periere: cuncta sors mihi infesta abstulit:

240 *Lacryma supererant: has quoque eripui mihi.*

Absiste: nullas animus admittit preces,

Novamq; pœnam sceleribus querit parem.

Et esse par qua poterit? infanti quoque

Decreta mors est. fata quis tam tristia

245 *Sortitus unquam? videram nondum diem,*

Vteridq; nondum solueram clusi moras,

Et iam timebar, protinus quosdam editos

Nox occupavit, & noua luci abstulit:

- Mors me antecessit. aliquis intra viscera
 250 Maternæ letum præcocus fati tulit:
 Sed nunquid & peccauit? abstrusum, abditum,
 Dubiumq; an essem, sceleris infandi reum
 Deus egit: illo teste damnauit parens,
 Calidoq; teneros transtudit ferro pedes,
 255 Et in alta nemora pabulum misit feris,
 Auibus & auidis, quas Cithæron noxius
 Cruore sæpe regio adtractas alit.
 Sed quem deus damnauit, abiicit pater,
 Mors quoque refugit: præstiti Delphiis fidem:
 260 Genitorem adortus impia strauit nece.
 Hoc alia pietas redimet, occidi patrem.
 Sed matrem amari, proloqui hymenæum pudet,
 Tedaq; nostras. has quoque inuitum pati
 Te coge pœnas; facinus ignotum, efferum,
 265 Inusitatum fare, quod populi horreant,
 Quod esse factum nulla non ætas neget,
 Quod patricidam pudeat. in patrios toros
 Tuli paterno sanguine adspersas manus,
 Scelerisq; precium maius accipi scelus:
 270 Leue est paternum facinus; in thalamos meos
 Deducta mater; ne parum scelerum foret,
 Fecunda. nullum crimen hoc maius potest
 Natura ferre. si quod etiamnum est tamen,
 Qui facere possunt, dedimus. abiecti necis
 275 Precium paternæ sceptrum; & hoc iterum manus
 Armauit alias; optime regni mei
 Fatum ipse noui, nemo sine sacro feret
 Illud cruore. magna præsagit mala
 Paternus animus: iacta iam sunt semina
 280 Cladis futura: spernitur pacti fides.

Hic occupato cedere imperio negat;
 Ius ille & icti foederis testes deos
 Innuocat, & Argos exul, atque urbes mouet
 Graias in arma. non lenis fessis venit

285 Ruina Thebis: tela, flamma, vulnera
 Instant: & istis si quod est maius malum;
 Vt esse genitos nemo non ex me sciat.

AN. Si nulla, genitor, causa viuendi tibi est;

Hæc una abunde est, ut pater natos regas

290 Grauiter furentes. tu impij belli minas
 Auertere vnus, tuq; recordes potes

Inhibere iuuenes, ciuibus pacem dare,
 Patria quietem, foederi læso fidem.

Vitam tibi ipse si negas, multis negas. = *2^a Mach.*

295 OED. Illis parentis vllus aut aequi est amor,

Auidis cruoris, imperi, armorum, doli,
 Diris, scelestis, breuiter ut dicam, meis?

Certant in omne facinus, & pensi nihil
 Ducunt, vbi illos ira præcipites agat.

300 Nefasq; nullum, per nefas nati, putant.

Non patris illos tangit adflicti pudor,
 Non patria, regno pectus adtonitum furit.

Scio quò ferantur, quanta moliri parent,
 Ideoq; leti quero maturi viam,

305 Morig; propero, dum in domo nemo est mea

Nocentior me. nata quid genibus meis

Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?

Vnum hoc habet fortuna quo possim capi,

Inuictus aliis sola tu adfectus potes

310 Molire duros, sola pietatem in domo

Docere nostrâ. nil graue aut miserum est mihi,

Quod te sciam voluisse, tu t. ntum impera.

Hic Oedipus, hic Aegea tranabit freta,
 Iubente te; flammaq; quas Siculo vomit
 315 De monte tellus igneos voluens globos,
 Excipiet ore; seq; serpenti offeret
 Qua saua furto nemoris Herculeo furit;
 Iubente te praebebit alitibus iecur;
 Iubente te vel viuet.

ACTVS SECVNDVS.
 NVNCIVS. OEDIPVS. ANTIGONE.

320 **E**xemplum in ingens regia stirpe edite,
 Thebae pauentes arma fraterna inuocant,
 Regantq; tectis arceas patriis faces.
 Non sunt mina, iam propius adcessit malum;
 Nam regna repetens frater & pactas vices,
 325 In bella cunctos Graecia populos agit;
 Septena muros castra Thebanos premunt.
 Succurre; prohibe pariter & bellum & nefas.
 OED. Ego ille sum, qui scelera committi vetem?
 Et abstinerere sanguine à caro manus
 330 Doceam? magister iuris & amoris p̄i
 Ego sum? meorum exempla facinorum adpetunt.
 Me nunc sequuntur: laudo & agnosco libens;
 Exhortor, aliquid vt patre hoc dignum gerant.
 Agite ò propago clara, generosam indolem
 335 Probate factis, gloriam ac laudes meas
 Superate: & aliquid facite propter quod patrem
 Adhuc iuuet vixisse. facietis scio,
 Sic estis orti: scelere defungi haud leui,
 Haud vsitato, tanta nobilitas potest.
 340 Ferte arma, facibus petite penetrales deos,
 Frugemq; flammâ metite natalis soli,
 Miscete cuncta, rapite in exitium omnia,

- Dei cîte passim mœnia, in planum datē,
 Templis deos obruite, maculatos lares
- 345 Conflate: ab imo tota considat domus;
 Vrbs concremetur. primus à thalamis meis
 Incipiat ignis. AN. mitte violentum impetum
 Doloris, ac te publica exorent mala,
 Auctorq; placida liberis pacis veni.
- 350 OED. Vides modesta deditum menti senem?
 Placidaq; amantem pacis ad partes vocas?
 Tumet animus ira, feruet immensum dolor.
 Maiusq; quàm quod casus & iuuenum furor
 Conatur, aliquid cupio. non satis est adhuc
- 355 Ciuile bellum: frater in fratrem ruat.
 Nec hoc sat est: quod debet vt fiat nefas
 De more nostro, quod meos deceat toros,
 Date arma patri: nemo me ex his eruat
 Siluis; latebo rupis exesa cauo.
- 360 Aut sepe densa corpus abstrusum tegam;
 Hinc aucupabor verba rumoris vagi,
 Et sua fratrum bella, quod possum, audiam.

ACTVS TERTIVS.

IOCASTA. ANTIGONE. NVNCIVS.

- Felix Agaue, facinus horrendum manu
 Quâ fecerat gestauit, & spoliū tulit
- 365 Cruenta nati Manas in partes dati.
 Fecit scelus; sed misera non ultra suum
 Scelus hoc cucurrit, hoc leue est quod sum nocens?
 Feci nocentes. hoc quoque etiamnum leue est,
 Peperi nocentes. deerat arumnis meis,
- 370 Vt & hostem amarem. bruma ter posuit niues,
 Et tertia iam falce decubuit Ceres:
 Vt exsul errat natus, & patria caret.

Profugusq; regum auxilia Graiorum rogat;
 Gener est Adraſti, cuius imperio mare,

375 Quod cingit Iſthmon, regitur. hic gentes ſuas,
 Septemq; ſecum regna ad auxilium trahit
 Generi. quid optem, quid ve decernam, haud ſcio.
 Regnum re-poſcit: cauſa repetentis bona eſt;
 Mala ſic petentis. vota qua faciam parens?

380 Vtrumque natum video, nil poſſum piè
 Pietate ſalua facere: quodcunq; alteri
 Optabo nato, fiet alterius malo,
 Sed vtrumque quamuis diligam adfectu pari
 Quò cauſa melior, forſq; deterior trahit,

385 Inclinat animus, ſemper inſirmo fauens.
 Miſeros magis fortuna conciliat ſuis.
 NVN. Regina, dum tu flebiles queſtus cies,
 Teriſq; tempus, tota nudatis ſtetit
 Acies in armis: era iam bellum ciuit,

390 Aquilaq; pugnam ſignifer mota vocat;
 Septena reges bella diſpoſiti parant;
 Animo pari Cadmea progenies ſubit;
 Curſu citato miles hinc atque hinc ruit.

395 Vide vt atra nubes puluere abſcondat diem,
 Fumodq; ſimiles campus in calum erigat
 Nebulas, equeſtri fracta quas tellus pede
 Submittit; & ſi vera metuentes vident,
 Inſeſta fulgent ſigna, ſurrectis adeſt
 Frons prima telis, aurea clarum nota

400 Nomen ducum vexilla præſcriptum ferunt.
 I, redde amorem ſatribus, pacem omnibus,
 Et impia arma mater oppoſita impedi.

AN. Perge, i parens, & concita celerem gradum,
 Compeſce tela, ſatribus ferrum excute,

- 405 Nudum inter enses pectus infestus tene,
 Aut solue bellum mater, aut prima excipe.
 IO. Ibo, ibo, & armis obuium opponam caput,
 Stabo inter arma. petere qui fratrem uolet,
 Petat ante matrem. tela, qui fuerit pius.
- 410 Rogante ponat matre; qui non est pius,
 Incipiat à me, feruidos iuuenes anuo
 Tenebo. nullum teste me fiet nefas.
 Aut si quod & me teste committi potest,
 Non fiet unum. AN. signa conlatis micant,
- 415 Vicina signis, clamor hostilis fremit,
 Scelus in propinquo est, occupa mater preces.
 Et ecce motos fletibus credas meis,
 Sic agmen armis segne compositis uenit;
 Procedit acies tarda, sed properant duces.
- 420 IO. Quis me procella turbine insana uehens
 Volucer per auras uentus aetherias aget?
 Qua Sphinx, uel atra nube subtexens diem *conspicere*
 Stymphalis auidis præpotem pennis feret? *cig*
 Aut qua per altas aëris rapiet uias
- 425 Harpyia, saui regis obseruans famem,
 Et inter acies proiecit raptam duas?
 NVN. Vadit furenti similis; atque etiam furit.
 Sagitta qualis Parthica uelox manu
 Excussa fertur, qualis insano ratis
- 430 Premente uento rapitur; aut qualis cadit
 Delapsa calo stella, cum stringens polum
 Rectam citatis ignibus rumpit uiam;
 Adtonita cursu fugit, & binas statim
 Diduxit acies. uicta maternâ prece
- 435 Hasere bella. iamq; in alternam necem
 Illinc & hinc miscere cupientes manum,

- Vibrata tela continent dextra sua,
 Paci fauetur, omnium ferrum latet
 Cessatq; telum vibrat in fratrum manu;
 440 Laniata canas mater ostendit comas,
 Rogat abnuentes, inrigat fletu genas,
 Negare matri qui diu dubitat, potest.

ACTVS QVARTVS.
 IOCASTA. POLYNICES.

- IN me arma & ignes vertite, in me omnis ruat
 Vnam inuentus, quaq; ab Inachio venit
 445 Animosamuro, quaq; Thebanâ ferocem
 Descendit arce; ciuis atque hostis simul
 Hunc petite ventrem, qui dedit fratres viro.
 Mea membra passim spargite, ac diuellite;
 Ego vtrumque peperit. ponitis ferrum ocyus
 450 Ac dico & ex aquo mihi dextras datis?
 Date, dum pia sunt. error inuitos adhuc
 Fecit nocentes? omne fortuna fuit
 Peccantis in nos crimen? hoc primum neq;
 Inter scientes geritur. in vestra manu est,
 455 Vtrum velitis. sancta si pietas placet,
 Donate matrem pace; si placuit scelus,
 Maius paratum est. media se opponit parens;
 Proinde bellum tollite, aut belli moram.
 Sollicita cui nunc mater alterna prece
 460 Verba admouebo? misera quem amplectar prius?
 In vtramque partem ducor adfectu pari.
 Hic absuit? sed pacta si fratrum valent,
 Nunc alter aberit; ergo non unquam duos,
 Nisi sic, videbo? iunge complexus prior
 465 Tu, tot labores totq; perpeffus mala;
 L. ngoparentem fessus exsilio vides;

- Accede propius, clude vaginâ impium
 Ensem; & trementem iamq; cupientem excuti
 Hastam solo desige. maternum tuo*
- 470 *Coire pectus pectori clypeus vetat,
 Hunc quoque repones vinculo frontem exue,
 Tegmenq; capitis triste belligeri leua,
 Et ora matri redde. quo vultus refers,
 Acieq; pauida fratris obseruas manum?*
- 475 *Adfusa totum corpus amplexu tegam?
 Tuo cruori per meum fiet via.
 Quid dubius haeres? an times matris fidem?*
- PO. *Timeo. nihil iam iura natura valent,
 Post ista fratrum exempla, ne matri quidem*
- 480 *Fides habenda est. IO. redde iam capulo manum,
 Adstringe galeam, laua se clypeo ingerat;
 Dum frater exarmatur, armatus mane.
 Tu pone ferrum, causa qui es ferri prior,
 Si pacis odium est, furere si bello placet,*
- 485 *Inducias te mater exiguas rogat,
 Ferat ut reuerso post fugam nato oscula,
 Vel prima, vel suprema. dum pacem peto,
 Audite inermes? ille te, tu illum times;
 Ego utrumque, sed pro utroque. quid strictû abnuis*
- 490 *Recondere enses? qualibet gaude mora.
 Id gerere bellum cupitis, in quo est optimum
 Vinci. vereris fratris infesti dolos?
 Quoties necesse est fallere, aut falli à suis,
 Patiare potius ipse, quàm facias, scelus.*
- 495 *Sed ne verere: mater insidias, & hinc
 Et rursus illinc abiget. exoro, an patri
 Inuideo vestro? veni, ut arcerem nefas,
 An ut viderem: propius hic ferrum abdidit,*

- Reclinis hasta: & arma defixa incubant:
 500 Ad te preces nunc nate maternas feram,
 Sed antè lachrymas. teneo longo tempore
 Petita votis ora. te profugum solo
 Patrio penates regis externi tegunt:
 Te maria tot diuersa, tot casus vagum
 505 Egere: non te duxit in thalamos parens
 Comitata primos, nec sua festas manu
 Ornauit ades, nec suâ letus faces
 Vittâ reuinxit. dona non auro & graues
 Gazas socer, non arua, non vrbes dedit:
 510 Dotale bellum est. hostium es factus gener,
 Patriâ remotus, hospes alieni laris,
 Externa consecutus, expulsus tuis,
 Sine crimine exsul, ne quid è fatis tibi
 Deesset paternis; hoc quoque ex illis habes,
 515 Errasse thalamis. nate post multos mihi
 Remisse soles, nate sollicita metus
 Et spes parentis, cuius ad spectum deos
 Semper rogavi, cum tuus reditus mihi
 Tantum esset erepturus aduentu tuo,
 520 Quantum daturus; quando pro te desinam
 Dixi, timere? dixit irridens Deus,
 Ipsum timebis. nempe, nisi bellum foret,
 Ego te carerem: nempe, si tu non fores,
 Bello carerem; triste conspectus datur
 525 Precium tui, durumq; sed matri placet;
 Hinc modo recedant arma, dum nullum nefas
 Mars sauus audet. hoc quoque est magnum nefas,
 Tam propè fuisse. stupeo, & ex sanguis tremo;
 Cum stare fratres hinc & hinc video duos
 530 Sceleris sub ictu; membra quassantur metu.

- Quàm penè mater maius adspexi nefas,
 Quàm quod miser videre non potuit pater.
 Licet timore facinoris tanti vacem,
 Videamq; iam nil tale, sum infelix tamen,
 535 Quòd penè vidi. per decem mensum graues
 Vteri labores, perq; pietate inclytas
 Precor sorores, & per irati sibi
 Genas parentis, scelere quas nullo nocens,
 Erroris à se dira supplicia exigens,
 540 Hausit; nefandas mœnibus patris faces
 Auerte, signa bellici retro agminis
 Flecte. ut recedas, magna pars sceleris tamen
 Vestri peracta est. vidit hostili grege
 Campos repleri patria, fulgentes procul
 545 Armis cateruas; vidit equitatu leui
 Cadmea frangi prata, & excelsos rotis
 Volitare proceres, igne flagrantes trabes
 Fumare, cineri quæ petunt nostras domos;
 Fratresq; (facinus quod nouum & Thebis fuit)
 550 In se ruentes; totus hic exercitus,
 Et populus omnis, & utraque hoc vidit soror,
 Genitrixq; vidit; nam pater debet sibi
 Quòd ista non spectauit. occurrat tibi
 Nunc Oedipus: quo iudice, erroris quoque
 555 Pœna petuntur. ne, precor, ferro erue
 Patriam, ac penates; nè ve, quas regere expetis,
 Euerte Thebas. quis tenet mentem furor?
 Petendo patriam perdis. ut fiat tua,
 Vis esse nullam? quin tuæ causæ nocet
 560 Ipsum hoc quod armis vertis infestis solum,
 Segetesq; adustas sternis, & totos fugam
 Edis per agros. nemo sic vastat sua.

- Qua corripit igne, qua meti gladio iubet,
 Aliena credis. rex sit è vobis vter,
 565 Manente regno quarite. hac telis petes,
 Flammi sc̄q; tecta poteris has Amphionis
 Quassare moles; nulla quas struxit manus
 Stridente tardum machina ducens onus;
 Sed conuocatus vocis & cithara sono
 570 Per seipse turren venit in summas lapis?
 Hac saxa franges victor? hinc spolia auferes?
 Vinctosq; duces patris aequales tui?
 Matres ab ipso coniugum raptas sinu?
 Sauius catenâ miles inpositâ trahet?
 575 Vt adulta virgo mista captiuo gregi
 Thebana nuribus munus Argolicis eat?
 An & ipsa palmas vincta post tergum datas
 Mater triumpho præda fraterni vehar?
 Potè sne ciues latus exitio datos
 580 Videre passim? mœnibus caris potes
 Hostem admouere? sanguine & flamma potes
 Implere Thebas? tam ferum & durum geris
 Sauiumq; in iras pectus, & nondum imperas?
 Quid sceptrâ facient? pone vesanos, precor,
 585 Animi tumores, teq; pietati refer.
 Po. Vt profugus errem semper: ut patriâ arcear,
 Opemq; gentis hospes externa sequar?
 Quid peterer aliud, si fefellissem fidem,
 Si peierassem? fraudis aliena dabo
 590 Pœnas? at ille præmium scelerum feret?
 Iubes abire: matris imperio obsequor.
 Da, quo reuertar. regia frater meâ
 Habitatet superbus; parua me abscondat castrâ
 Hanc da repulso; liceat exiguo lare

- 595 Pensare regnum; coniugi donum datus
 Arbitria thalami dura felicitis feram,
 Humilisq; socerum lixa dominantem sequar?
 In seruitutem cadere de regno graue est. / a
- IO. Si regna quaris? nec potest sceptro manus
- 600 Vacare seuo? multa quæ possunt peti
 In orbe toto qualibet tellus dabit.
 Hinc nota Baccho Tmolus adtollit iuga,
 Quæ lata terris spatia frugiferis iacent,
 Et quæ trahens opulenta Pætholus vadit.
- 605 Inundat auro rura; nec latis minis
 Mæandros aruis flectit errantes aquas,
 Rapidusq; campos fertiles Hebrus secat; Fido.
 Hinc grata Cereri Gargara, & diues solum;
 Quod Xanthus ambit niuibus Ideis tumens;
- 610 Hinc, quæ relinquit nomen Ionij maris,
 Fauces Abydi Sestos opposita premit
 Aut qua latus iam propior Orienti dedit,
 Tutamq; crebris portibus Lyciam videt;
 Hæc regna ferro quære, in hos populos ferat
- 615 Socer arma fortis: hæc paret sceptro tuo,
 Tradatq; gentes. hoc adhuc regnum puta
 Tenere patrem. melius exsilium est tibi,
 Quàm reditus iste. crimine alieno exsulas,
 Tuo redibis. melius usus viribus,
- 620 Noua regna nullo scelere maculata adpetes.
 Quin ipse frater, arma comitatus tua,
 Tibi militabit: vade, & id bellum gere
 In quo pater materq; pugnanti tibi
 Fauere possint. regna cum scelere, omnibus
- 625 Sunt exiliis grauiora, nunc belli mala
 Propono, dubias Martis incerti vices.

- Licet omne tecum Gracia robur trahas,
 Licet arma longè miles, ac latè explicet;
 Fortuna belli semper ancipiti in loco est,
 630 Quodcumque Mars decernit, exaquat duos,
 Licet impares sint, gladius: & spes & metus
 Sors cæca versat; præmium incertum petis
 Certum scelus. fauisse fac votis deos
 Omnes tuis; cessere, & auersi fugam
 635 Petiere ciues, clade funesta iacens
 Obtexit agros miles. exultes licet,
 Victoriq; fratris spolia deiecti geras,
 Frangenda palma est. quale tu id bellum putas,
 In quo exsecrandum victor admittit nefas,
 640 Si gaudet? hunc quem vincere infelix cupis,
 Cùm viceris, lugebis. infauistas, age,
 Dimitte pugnas, libera patriam metu
 Luctu parentes. PO. sceleris & fraudis sua
 Pœnas nefandus frater ut nullas ferat?
 645 IO. Ne metue, pœnas & quidem soluet graues,
 Regnabit; hac est pœna. si dubitas, auo
 Patriq; crede. Cadmus hoc dicet tibi,
 Cadmiq; proles. sceptrâ Thebarum fuit
 Impune nulli genere, nec quisquam fide
 650 Ruptâ tenebat illa; iam numeres licet
 Fratrem inter istos. PO. numero; & est tanti mihi
 Cum regibus iacere. IO. te turba exsulum
 Adscribo; regna, dummodo inuisus tuis.
 PO. Regnare non vult, esse qui inuisus timet.
 655 Simul ista mundi conditor posuit Deus,
 Odium atque regnum. regis & magni reor
 Odiâ ista premere. multa dominantem vetas
 Amor subrum; plus in iratos licet.

10. *Qui vult amari, languida regnet manu,*
 660 *Inuisa nunquam imperia retinentur diu.*
Præcepta melius imperi reges dabunt;
Exsilia tu dispone. PO. pro regno velim
Patriam, penates, coniugem flammis dare.
Imperia precio quolibet constant bene.
 Deest huic Tragædiæ finis.

L. ANNÆI SENECAE
 I V N I O R I S
 HERCVLES FVRENS.

Personæ.

IVNO. LYCVS. CHORVS.
 HERCVLES. MEGARA.
 THESEVS. AMPHITRYON.

A C T V S P R I M V S.

I V N O.

- S** Oror Tonantis (hoc enim solum mihi
 Nomen relictum est) semper alienum Iouem;
 Ac templa summi vidua deserui ætheris,
 Locumq; calo pulsa pellicibus dedi.
 5 Tellus colenda est, pellices calum tenent.
 Hinc arctos alta parte glacialis poli
 Sublime classes sidus Argolicas agit.
 Hinc, quæ tepenti vere laxatur dies,
 Tyria per undas vector Europæ nitet.
 10 Illinc timendum ratibus ac ponto gregem
 Passim vagantes exerunt Atlantides.
 Ferro minax hinc terret Orion deos;
 Suasq; Perseus aureus stellas habet.
 Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micant;

Qui.

- 15 *Quibusq; natis mobilis tellus stetit.*
Nec ipse tantum Bacchus, aut Bacchi parens,
Adiere superos; ne qua pars probro vacet,
Mundus puella ferta Cnossiacæ gerit,
Sed vetera querimur; vna me dira ac fera
- 20 *Thebana nuribus sparsa tellus impiis,*
Quoties nouercam fecit adscendat licet,
Meumq; victrix teneat Alcmene locum;
Pariterq; natus astra promissa occupet,
In cuius ortu mundus impendit diem,
- 25 *Tardusq; Eoo Phœbus effulsit mari,*
Retinere mersum iussus Oceano inbar:
Non sic abibunt odia. viuaces aget
Violentus iras animus, & saeuus dolor
Æterna bella pace sublata geret.
- 30 *Qua bella? quidquid horridum tellus creat*
Inimica, quidquid pontus, aut aër tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,
Fractum atq; dcniū est. superat & crescit malis;
Iraq; nostra fruitur, in laudes suas
- 35 *Mea vertit odia; dum nimis saua impero,*
Patrem probauit: inde, quâ lucem premit,
Aperitq; Tethys, quâ ferens Titan diem
Binos propinqua tingit Æthiopes face,
Indemita virtus colitur, & toto Deus
- 40 *Narratur erbe. monstra iam desunt mihi,*
Minorq; labor est Herculi iussa exsequi,
Quàm mihi iubere, latus imperia excipit,
Qua fera tyranni iussa violento queant
Nocere iuueni? nempe pro telis gerit,
- 45 *Qua dcniuit, & qua sudit, armatus venit*
Leone & Hydra. nec satis terra patent:
Effregit ecce limen inferni Iouis,

- Et opima victi regis ad superos refert.
 Parum est reuerti, foedus umbrarum perit.
- 50 Vidi ipsa, vidi nocte discussa inferum,
 Et Dite domito, spolia iactantem patri
 Fraterna. cur non vincitum & oppressum trahit
 Ipsum catenis paria sortitum Ioui?
 Ereboq; capto potitur, & reteggit Styga?
- 55 Patefacta ab imis manibus retro via est,
 Et sacra dira mortis in aperto iacent.
 At ille rupto carcere umbrarum, ferox
 De me triumphat, & superbifica manu
 Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.
- 60 Viso labantem Cerbero vidi diem,
 Pavidumq; solem; me quoque inuasit tremor;
 Et terna monstri colla deuicti intuens,
 Timui imperasse. leuia sed nimium queror.
 Calo timendum est; regna ne summa occupet
- 65 Qui vicit ima, scepra praripiet patri,
 Nec in astra lenta veniet, ut Bacchus, via,
 Iter ruina quaret, & vacuo volet
 Regnare mundo: robore expenso tumet,
 Et posse calum viribus vinci suis
- 70 Didicit ferendo; subdidit mundo caput,
 Nec flexit humeros molis inuisa labor
 Medi usq; collo sedit Herculeo polus.
 Immota ceruix sidera & calum tulit:
 Et me prementem. quarit ad superos viam.
- 75 Perge ira, perge, & magna meditantem opprime:
 Congredere, manibus ipsa iam lacera tuis.
 Quid tanta mandas odia? discedant ferae:
 Ipse imperando fessus Eurystheus vacet.
 Titanas ausos rumpere imperium Iouis

- 80 Emitte: Siculi verticis laxa specum.
 Tellus gigante Doris excusso tremens,
 Supposita monstri colla terrifici leuet.
 Sublimis alias luna concipiat feras.
 Sed vicit ista, quaris Alcida parem?
- 85 Nemo est, nisi ipse bella iam secum gerat.
 Adsint ab imo Tartari fundo excitæ
 Eumedines, ignem flammæ spargant coma;
 Viperea sana verbera incutiant manus.
 I nunc superbe, calitum sedes pete;
- 90 Humana temne. iam Styga, & manes, ferox
 Fugisse credis? hic tibi ostendam inferos.
 Reuocabo in alta conditam caligine
 Ultra nocentum exsilia discordem deam,
 Quam munit ingens montis oppositi specus.
- 95 Educam & imò ditis è regno extraham
 Quidquid relictum est. veniat inuisum Scelus,
 Suumq; lambens sanguinem Impietas ferox.
 Errorq; & in se semper armatus Furor.
 Hoc, hoc ministro noster vtatur dolor.
- 100 Incipite famula Ditis; ardentem incitæ
 Concutite pinum; & agmen horrendum anguibus.
 Megera ducat; atque luctifica manu
 Vastam rogo flagrante conripiat trabem.
 Hoc agite; pœnas petite violatæ Stygis;
- 105 Concutite pectus, acrior mentem excoquat.
 Quàm qui caminis ignis Ætneis furit.
 Vt possit animo captus Alcides agi,
 Magno furore percitus, nobis prius
 Insaniendum est. Iuno cur nondum furit?
- 110 Me, me sorores mente deiectam mea
 Versate primam. facere si quidquam adparo

- Dignum nouerca; iam odia mutantur mea.
 Natos reuersus videat incolumes, precor,
 Manuque fortis redeat: inueni diem,
 115 Inuisa quo nos Hercules virtus iuuet;
 Me pariter & se vincat; & cupiat mori
 Ab inferis reuersus. hoc pro fit mihi,
 Ioue esse genitum. stabo, & ut certo exeat
 Emissa neruo tela, librabo manum:
 120 Regam furentis arma: pugnanti Herculi
 Tandem fauebo; scelere perfecto licet
 Admittat illas genitor in coelum manus.
 Mouenda iam sunt bella, clarescit dies,
 Ortusq; Titan lucidus croceo subit?

C H O R V S.

Anapaestici.

- 125 **I**am rara micant sidera prono
 Languida mundo; nox victa vagos
 Contrahit ignes; luce renata
 Cogit nitidum Phosphoros agmen;
 Signum celsi glaciale poli,
 130 Septem stellis Arcades vrsae
 Lucem verso temone vocant;
 Iam caruleis euectus equis
 Titan summum prospicit Oetam;
 Iam Cadmeis inclyta baccis
 135 Adpersa die dumeta rubent;
 Phœbiq; fugit reditura soror,
 Labor exoritur durus. & omneis
 Agitat curas, aperitque domos
 Pastor: gelidâ cana pruinâ
 140 Grege dimisso pabula carpit;
 Ludit prato liber aperto
 Nondum rupta fronte iuuenens;

- Vacua reparant vbera matres.
 Errat cursu leuis incerto*
- 145 *Molli petulans hœdus in herba:
 Pendet summo stridula ramo,
 Pennasq; nouo tradere soli
 Gestit querulos inter nidos
 Thracia pellex; turbaq; circum*
- 150 *Confusa sonat, murmure misto
 Testata diem; carbasa ventis
 Credit dubius nauita vita,
 Laxos aura complente sinus;
 Hic exesis pendens scopulis,*
- 155 *Aut deceptos instruit hamos,
 Aut suspensus spectat pressa
 Præmia dextra; sensit tremulum
 Linea piscem.
 Hac. innocua quibus est vita*
- 160 *Tranquilla quies, & læta suo
 Paruoq; domus, spes & in agris.
 Turbine magno spes sollicita
 Urbibus errant, trepidiq; metus.
 Ille superbos aditus regum,*
- 165 *Durasq; fores expers somni
 Colit; hic nullo sine beatus
 Componit opes, gazis inhians;
 Et congesto pauper in auro est.
 Illum populi fauor adtonitum,*
- 170 *Fluctuq; magis mobile vulgus
 Aura tumidum tollit inani.
 Hic clamosi rabiosa fori
 Iurgia vendens improbus, iras
 Et verba locat. nouit paucos*

- 175 *Secura quies, qui velocis*
Memores cui, tempora nunquam
Reditura tenent. dum fata sinunt,
Viuite lati: properat cursu
Vita citato volucrisq; die
- 180 *Rotapracipitis, vertitur anni.*
Dura peragunt pensa sorores,
Nec sua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fati, incerta sui.
- 185 *Stygias ultro quarimus undas.*
Nimum Alcide pectore forti
Properas mœstos visere manes.
Certo veniunt ordine Parca.
Nulli iusso cessare licet,
- 190 *Nulli scriptum proferre diem.*
Recipit populos urna citatos.
Alium multus gloria terris
Tradat, & omnes fama per vrbes
Garrula laudet, cœloq; parem
- 195 *Tollat & astris: alius curru*
Sublimis eat: me mea tellus
Lare secreto tutoque tegat.
Venit ad pigros cana senectus:
Humiliq; loco, sed certa sedet
- 200 *Sordida parua fortuna domus;*
Alte virtus animosa cadit.
Sed mœsta venit crine soluto
Megara, paruum comitata gregem,
Tardusq; senio graditur Alcide parens.

HERCVLES FVRENS.

ACTVS SECVNDVS.
MEGARA. AMPHITRYON.

- 205 **O** Magne Olympi rector, & mundi arbiter,
Iam statue tandem grauius ærumnis modum,
Finemq; cladi. nulla lux vnquam mihi
Secura fulsit. finis alterius mali
Gradus est futuri; protinus reduci nouus
- 210 Paratur hostis. ante quam latam domum
Contingat, aliud inssus ad bellum meat.
Nec vlla requie, tempus aut vllum datur,
Nisi dum iubetur; sequitur à primo statim
Infesta Iuno. numquid immunis fuit
- 215 Infantis atas? monstra superauit prius
X Quàm nosse posset. gemina cristati caput
Angues ferebant ora, quos contra obuius
Reptauit infans; igneos serpentium
Oculos remisso lumine ac placido intuens,
- 220 Arctos serenis vultibus nodos tulit;
Et tumida tenerâ guttura elidens manu,
Prelusit Hydra. Manali pernix fera,
Multo decorum præferens auro caput,
Deprensa cursu est. maximus Nemeæ timor
- 225 Gemuit lacertis pressus Herculeis leo.
Quid stabula memorem dira Bistonij gregis,
Suisq; regem pabulum armentis datum?
Solitumq; densis hispidum Erymanthi iugis
Arcadica quaterè nemora Manalium succum?
- 230 Taurumq; centum non leuem populis metum?
Inter remotos gentis Hesperia greges
Pastor triformis litoris Tartessii
Peremptus, acta est præda ab occasu ultimo,
Notum Citharon pauit Oceano pecus.

- 235 Penetrare iussus solis æstivi plagas.
 Et adusta medius regna qua torret dies,
 Vtrunque monteis soluit abrupto obice,
 Et iam ruenti fecit Oceano viam.
 Post hæc adortus nemoris opulenti domos,
- 240 Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.
 Quid seuæ Lernæ monstra, numerosum malum,
 Non igne demum vicit, & docuit mori?
 Solitasq; pinnis condere obductis diem
 Petiit ab ipsis nubibus Stymphalidas?
- 245 Non vicit illum calibis semper tori
 Regina gentis vidua Thermodontia,
 Nec ad omne claram facinus audaces manus
 Stabuli fugavit turpis Argia labor,
 Quid ista profunt? orbe defenso caret.
- 250 Sensere terra pacis aut rem sua
 Abesse terris. prosperum ac felix scelus,
 Virtus vocatur. fontibus parent boni.
 Ius est in armis, opprimit leges timor.
 Ante ora vidi nostra truculentâ manu
- 255 Natos paterni cadere regni vindices,
 Ipsamq; Cadmi nobilis stirpem ultimam
 Occidere. vidi regium capitis decus
 Cum capite raptum. quis satis Thebas fleat?
 Ferax deorum terra quem dominum tremuit?
- 260 E cuius aruis, eq; fecundo sinu
 Stricto inuentus orta cum ferro stetit;
 Cuiusq; muros natus Amphion Ioue
 Struxit, canoro saxa modulatu trabens,
 In cuius urbem non semel diuum parens
- 265 Cælo relicto venit, hæc qua calices
 Recepit, & qua fecit, & (fas sit loqui)

- Fortasse faciet; sordido premitur iugo.
 Cæmæa proles atque Ophionius cinis,
 Quò decidistis? tremitis ignauum exsulem,
 270 Suis carentem finibus, nostris grauem?
 Qui scelera terrâ, quiq; persequitur mari,
 Ac seua iustâ sceptrâ confregit manu,
 Nunc seruit absens, fertq; qua ferri vetat;
 Tenetq; Thebas exsul Herculeas Lycus.
 275 Sed non tenëbit. aderit & pœnas petet,
 Subitusq; ad astra emerget; inueniet viam,
 Aut faciet. Adsis sospes & remees tuis;
 Tandemq; venias victor ad victam domum.
 Emerge coniux, atque depulsas manu
 280 Abrumpe tenebras. nulla si vetito via;
 Itérque clausum est, orbe diducto redi,
 Et quidquid atra nocte possessum latet,
 Emitte tecum. dirutis qualis iugis
 Præceps citato flumini quærens iter,
 285 Quondam dedisti, scissa cum vasto impetu
 Patuère Terræ. pectore impulsus tuo
 Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggere
 Noua cucurrit Thessalus torrens via.
 Talis parentes, liberos, patriam petens
 290 Erumpe, rerum terminos tecum efferens,
 Et quidquid auida tot per annorum gradus
 Abscondit ætas redde, & oblitos sui,
 Lucisq; pauidos ante te populos age.
 Indigna te sunt spolia, si tantum refers
 295 Quantum imperatū est. magna sed nimium loquor,
 Ignara nostra sortis. unde illum mihi,
 Quo te tuamq; dexteram amplectar, diem,
 Redit usq; lentos, mec mei memores quera?

- Tibi, ô deorum ductor, indomiti ferent
 300 Centena tauri colla; tibi frugum parens
 Secreta reddam sacra; tibi multa fide
 Longas Eleusi tacita iactabo faces.
 Tum resitutas fratribus rebor meis
 Animas, & ipsum regna moderantem sua
 305 Florere patrem. si qua te maior tenet
 Clausum potestas, sequimur. aut omnes tuos
 Defende reditu sospes, aut omnes trabe.
 Trahes, nec ullus eriget fractos deus.
 AM. O socia nostri sanguinis, casta fide
 310 Seruans torum natosq; magnanimi Herculis,
 Meliora mente concipe, atque animum excita,
 Aderit profecto, qualis ex omni solet
 Labore, maior. ME. Quod nimis miseri volunt,
 Hoc facile credunt. AM. Immo quod metuunt nimis,
 315 Nunquam amoueri posse nec tolli putant.
 Prona est timori semper in peius fides. *ca*
 ME. Demersus, ac defossus, & toto in super
 Oppressus orbe, quam viam ad superos habet?
 AM. Quam tunc habebat, cum per arenam plagâ.
 320 Et fluctuantes more turbati maris
 Abiit arenas, bisq; discedens fretum,
 Et bis recurrens? cumq; deserta rate
 Deprensus hæsît Syrtium breuibus vadis,
 Et puppe fixa maria superauit pedes?
 325 ME. Iniqua raro maximis virtutibus
 Fortuna parcit, nemo se tuto diu
 Periculis offerre tam crebris potest.
 Quem sepe transit casus, aliquando inuenit.
 Sed ecce sauuus, ac minas vultu gerens,
 330 Et qualis animo est, talis incessu venit

- Fortasse faciet; sordido premitur iugo.
 Cadmæa proles atque Ophionius cinis,
 Quò decidistis? tremitis ignauum exsulem,
 270 Suis carentem finibus, nostris grauem?
 Qui scelera terrâ, quiq; persequitur mari,
 Ac seua iustâ sceptrâ confregit manu,
 Nunc seruit absens, fertq; qua ferri vetat;
 Tenetq; Thebas exsul Herculeas Lycus.
- 275 Sed non tenēbit. aderit & pœnas petet,
 Subitusq; ad astra emerget; inueniet viam,
 Aut faciet. Adsis sospes & remees tuis;
 Tandemq; venias victor ad victam domum.
 Emerge coniux, atque depulsas manu
- 280 Abrumpe tenebras. nulla si vetito via;
 Itérque clausum est, orbe diducto redi,
 Et quidquid atra nocte possessum latet,
 Emitte tecum. dirutis qualis iugis
 Præceps citato flumini quarens iter,
- 285 Quondam dedisti, scissa cum vasto impetu
 Patuère Terræ. pectore impulsus tuo
 Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggere
 Noua cucurrit Thessalus torrens via.
 Talis parentes, liberos, patriam petens
- 290 Erumpe, rerum terminos tecum efferens,
 Et quidquid auida tot per annorum gradus
 Abscondit ætas redde, & oblitos sui,
 Lucisq; pauidos ante te populos age.
 Indigna te sunt spolia, si tantum refers
- 295 Quantum imperatū est. magna sed nimiū loquor,
 Ignara nostra sortis. vnde illum mihi,
 Quo te tuamq; dexteram amplectar, diem
 Reditusq; lentos, mec mei memores quera?

Tibi, ô deorum ductor, indomiti ferent

300 Centena tauri colla; tibi frugum parens
Secreta reddam sacra; tibi multa fide
Longas Eleusi tacita iactabo faces.
Tum resitutas fratribus rebor meis
Animas, & ipsum regna moderantem sua

305 Florere patrem. si qua te maior tenet
Clausum potestas, sequimur. aut omnes tuos
Defende reditu sospes, aut omnes trabe.
Trahes, nec ullus eriget fractos deus.

AM. O socia nostri sanguinis, casta fide

310 Seruans torum natosq; magnanimi Herculis,
Meliora mente concipe, atque animum excita,
Aderit profectò, qualis ex omni solet
Labore, maior. ME. Quod nimis miseri volunt,
Hoc facile credüt. AM. Immo quod metuunt nimis,

315 Nunquam amoueri posse nec tolli putant.
Prona est timori semper in peius fides. *ca*

ME. Demersus, ac defossus, & toto insuper
Oppressus orbe, quam viam ad superos habet?

AM. Quam tunc habebat, cum per arentem plagã,

320 Et fluctuantes more turbati maris
Abiit arenas, bisq; discedens fretum,
Et bis recurrens? cumq; deserta rate
Deprensus hæsit Syrtium breuibus vadis,
Et puppe fixa maria superauit pedes?

325 ME. Iniqua rarò maximis virtutibus

Fortuna parcit, nemo se tutò diu
Periculis offerre tam crebris potest.

Quem saepe transit casus, aliquando inuenit.

Sed ecce sauus, ac minas vultu gerens,

330 Et qualis animo est, talis incessu venit

*Aliena dextrâ sceptrâ concutiens Lycus,
Vrbis regens opulenta Thebana loca,
Et omne quidquid vberis cingit solo
Obliqua Phocis, quidquid Ismenus rigat,*

335 *Quidquid Citharon vertice excelso videt,
Et bina findens Isthmos exilis freta.*

LYCVS. MEGARA. AMPHITRYON.

Non vetera patria iura possideo domus
Ignauus hares: nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus;

340 *Sed clara virtus. qui genus iactat suum,
Aliena laudat. rapta sed trepida manu
Sceptrâ obtinentur: omnis in ferro est salus.*

*Quod ciuibus tenere te inuitis scias,
Strictus tuetur ensis. alieno in loco*

345 *Haud stabile regnum est: vna sed nostras potest
Fundare vires, iuncta regali face
Thalamisq; Megara: ducet è genere inclyto
Nouitas colorem nostrâ: non equidem reor
Fore vt recuset, ac meos spernat toros.*

350 *Quòd si impotenti pertinax animo abnuet,
Stat tollere omnem penitus Herculeam domum.
Inuidia factum ac sermo popularis premet?
Ars prima regni est, posse te inuidiam pati.
Tentemus igitur: fors dedit nobis locum.*

355 *Namque ipsa tristi vestis obtectum caput
Velata, iuxta prasides adstat deos
Lateriq; adharet verus Alcida sator.*

ME. *Quidnam iste, nostri generis exitium ac lues,
Nouî parat? quid tentat? LY. ô clarum trahens*

360 *A stirpe nomen regis, facilis mea
Parumper aure verba patienti excipe.*

- Si aeterna semper odia mortales gerant,
 Nec ceptus unquam cedat ex animis furor,
 Sed arma felix teneat, infelix pareat;*
- 365 *Nihil relinquent bella: tum vastis ager
 Squallebit aruis, subdita tectis faco
 Altus sepultas obruet gentes cinis.
 Pacem reduci velle, victori expedit;
 Victo necesse est. particeps regno veni:*
- 370 *Sociemus animos. pignus hoc fidei cape:
 Coniunge dextram. quid truci vultu siles?
 ME. Egone ut parentis sanguine adpersam manū,
 Fratrumq; gemina cade contingam? prius
 Extinguet ortus, referet occasus diem:*
- 375 *Pax ante fida niuibus & flammis erit:
 Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus:
 Priusq; multo vicibus alternis fugax
 Euripus unda stabit Euboica piger.
 Patrem abstulisti, regna, germanos, larem,*
- 380 *Patriam: quid ultra est? una res superest mihi.
 Fratre ac parente carior, regno ac lare,
 Odium tui: quod esse cum populo mihi
 Commune doleo: pars quota ex isto mea est?
 Dominare tumidus, spiritus altos gere:*
- 385 *Sequitur superbos ultor à tergo Deus.
 Thebana noui regna. quid matres loquar
 Passas & ausas scelera? quid geminum nefas;
 Mistumq; nomen coniugis, nati, patris?
 Quid bina fratrum castra? quid totidem rogos?*
- 390 *Riget superba Tantalus lucida parens,
 Mæstusq; Phrygio manat in Sipylo lapis.
 Quin ipse toruum subrigens cristâ caput
 Illyrica Cadmus regna permensus fugâ,*

- Mox fulminanti proximus patri stetit.
- Quid? qui gubernat astra, qui nubes quatit,
- 460 Non latuit infans rupis exesa specu?
- Solicita tanti precia natales habent;
- Semperq; magno constitit, nasci Deum.
- LY. Quemcunque miserum videris, hominē scias,
- AM. Quemcunque fortem videris, miserum neges.
- 465 LY. Fortem vocemus, cuius ex humeris Leo
 Donumpuella factus, & clava excidit,
 Fulsitq; pictum veste Sidoniā latus?
- Fortem vocemus, cuius horrentes comae
 Maduere nardo? laude qui notas manus
- 470 Ad non virilem tympani mouit sonum,
 Mitra ferocem barbarā frontem premens?
- AM. Non erubescit Bacchus effusus tener
 Sparsisse crines, nec manu molli leuem
 Vibrasse thyrsū, cū parum forti gradu
- 475 Auro decorum syrma barbaricum trahit.
- Post multa virtus opera laxari solet.
- LY. Hoc Euryti fatetur euerſi domus,
 Pecorumq; ritu virginum oppressi greges
 Hoc nulla Iuno, nullus Eurystheus iubet:
- 480 Ipsius haec sunt opera. AM. Non nosti omnia.
 Ipsius opus est, caestibus fractus suis
 Eryx, & Eryci iunctus Antaeus Libys:
 Et qui hospitali caede manantes foci
 Bibere iustum sanguinem Busiridis.
- 485 Ipsius opus est, vulneri & ferro obuius
 Mortem coactus ante Geryonem pati;
 Nec vnus vna Geryon victus manu,
 Eris inter istos, qui tamen nullo stupro
 Laesere thalamos. LY. Quod Ioui, hoc regi licet:

- 490 Ioui dedisti coniugem, regi dabis.
Et te magistro non nouum hoc discet nurus,
Etiam viro probante meliorem sequi.
Sin copulari pertinax tedis negat,
Velex coacta nobilem partum feram.
- 495 ME. Umbra Creontis, & penates Labdaci,
Et nuptiales impij Oedipodæ faces,
Nunc solita nostra fata coniugio date
Nunc, nunc cruenta regis Ægypti nurus,
Adeste, multo sanguine infesta manus:
- 500 Deest una numero Danais, explebo nefas.
LY. Coniugia quæ noniam peruicax nostra abnuis,
Regemq; terras; sceptrâ quid possint, scies,
Conplectere aras, nullus eripiet Deus
Te mihi: nec orbe si remolito queat
- 505 Ad supera victor numina Alcides vehi.
Congerite siluas, templa supplicibus suis
Iniecta flagrent: coniugem & totum gregem
Consumat vnus igne subrecto rogos.
AM. Hoc munus à te genitor Alcida peto,
- 510 Rogare quod me deceat, ut primus cadam.
LY. Qui morte cunctos luere supplicium iubet,
Nescit tyrannus esse, diuersa inroga,
Miserum veta perire; felicem iube.
Ego, dum cremandis trabibus ad crescit rogos,
- 515 Sacro regentem maria votiuo rogem.
AM. Prò numinum vis summa, prò caelestium
Rector parensq;, cuius excussis tremunt
Humana telis, impiam regis foris
Conpesce dextram, quid Deos frustra precor?
- 520 Vbicunq; es, audi nate. Cur subito labant
Agitata motu templa, & cur mugit solum?

*Infernus imò sonuit è fundo fragor,
Audimur, en est sonitus Herculei gradus.*

CHORVS. Choriambici tetrametri,

- 525 **O** *Fortuna viris inuida fortibus,
Quàm non aqua bonis præmia diuidis!
Eurystheus facili regnet in otio;
Alcmena genitus bella per omnia
Monstris exagitet & liferam manum;
Serpentis resecat colla ferocia;*
- 530 *Deceptis referat mala sororibus,
Cum somno dederit peruigiles genas
Pomis diuitibus præpositus Draco.
Intrauit Scythiæ multiuagas domos,
Et gentes patriis sedibus hospitas:*
- 535 *Calcavitq; freti terga rigentia,
Et mutis tacitum littoribus mare.
Illic dura carent & quora fluctibus,
Et qua plena rates carbasæ tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis.*
- 540 *Stat pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitè pati.
Illic quæ viduis gentibus imperat,
Aurato religans ilia balthæo,
Detraxit spoliū nobile corpori,*
- 545 *Et peltam, & niuei vincula pectoris,
Victorem posito suspiciens genu.
Qua spē præcipites actus ad inferos,
Audax ire vias irremeabiles,
Vidisti Sicula regna Proserpina?*
- 550 *Illic nulla Noto, nulla Fauonio
Consurgunt tumidis fluctibus & quora.
Non illic geminum Tyndarida genus*

- Subcurrunt timidis sidera nauibus;*
Stat nigro pelagus gurgite languidum;
 555 *Et cùm mors auidis pallida dentibus*
Gentes innumeras manibus intulit,
Vno tot populi remige transeunt.
Euincas utinam iura fera Stygis,
Parcarumq; colos irrenocabiles.
 560 *Hic qui rex populis pluribus imperat,*
Bello cùm peteres Nestoriam Pylon,
Tecum conseruit pestiferas manus,
Telum tergemina cuspide praeferens;
Effugit tenui vulnere saucius,
 565 *Et mortis dominus pertimuit mori.*
Fatum rumpe manu, tristibus inferis
Prospectus pateat lucis; & inuius
Limes det faciles ad superos vias.
Inmites potuit flectere cantibus
 570 *Vmbrarum dominos, & prece supplici*
Orpheus, Eurydicen dum repetit suam.
Qua syluas, & aues, saxaq; traxerat,
Ars, quæ præbuerat fluminibus moras,
Ad cuius sonitum constiterant fera,
 575 *Mulcet non solitis vocibus inferos,*
Et surdis resonat clariùs in locis.
Deflent Eurydicen Threïcia nurus;
Deflent & lacrymis difficiles Dei;
Et qui fronte nimis crimina tetrica
 580 *Quarunt, ac veteres excutiunt reos;*
Flentes Eurydicen Iuridici sedent.
Tandem mortis ait vincimur arbiter:
Euade ad superos; lege tamen data:
Tu post terga tui perge viri comes;

585 Tu non antè tuam respice coniugem,
 Quàm cum clara Deos obtulerit dies,
 Spartaniq; aderit ianua Tanari.
 Odit verus amor, nec patitur moras.
 Munus, dum properat cernere, perdidit.

490 Qua vinci potuit regia cantibus,
 Hac vinci poterit regia viribus.

ACTVS TERTIVS.

HERCVLES.

O Lucis alme rector, & cali decus,
 Qui alterna curru spatia flammifero ambiens,
 Illustre latis exeris terris caput,
 595 Da Phœbe veniam, si quid illicitum tui
 Videre vultus: iussus in lucem extuli
 Secreta mundi. tuq; caelestium arbiter
 Paresq;, visus fulmine opposito tege.
 Et tu secundo maria qui sceptro regis,
 600 Imas pete undas: quisquis ex alto adspicit
 Terrena, facie pollui metuens noua,
 Aciem reflectat, oraq; in calum erigat,
 Portenta fugiens. hoc nefas cernant duo,
 Qui aduexit, & qui iussit. in pœnas meus,
 605 Atque in labores, non satis terra patent
 Iunonis odio: vidi inaccessa omnibus,
 Ignota Phœbo, quaq; deterior polus
 Obscura diro spatia concessit Ioui.
 Et si placerent tertia sortis loca,
 610 Regnare potui: noctis æterna chaos,
 Et nocte quiddam grauius, & tristes Deos,
 Et fata vici, morte contempta redi.
 Quid restat aliud? vidi & ostendi inferos.
 Da, si quid ultra est: tam diu pateris manus

Cessare

615 *Cessare nostras, Iuno? quid vinci iubes?
Sed templa quare miles infestus tenet?
Limenq; sacrum terror armorum obsidet.*

AMPHITRYON. HERCVLES.
THESEVS.

V Trumme visus vota decipiunt meos?
An ille domitor orbis, & Graiũm decus,

620 *Tristi silentum nũbilo liquit domum?
Estne ille natus? membra latitiã stupent.
O nate, certa & sera Thebarum salus,
Verũmne cerno corpus? an fallor tua
Deceptus umbra? tune es? agnosco toros,
625 Humerosq; & alto nobilem trunco manum.*

HER. *Vnde iste, genitor, squallor, & lugubribus
Amicta coniux? unde tam fœdo obsiti
Padore nati? qua domum clades grauat?*

AM. *Socer est peremtus: regna possidet Lycus;*

630 *Natos, parentem, coniugem letopetit.
HER. Ingrata tellus. nemo ad Herculeæ domus
Auxilia venit? vidit hoc tantum nefas
Defensus orbis? cur diem questu tero?
Maestetur hostis. TH. hanc ferat virtus notam;*

635 *Fiatq; summus hostis Alcide Lycus.
Ad hauriendum sanguinem inimicum feror.
HER. Theseu resiste, ne qua vis subita ingruat:
Me bella poscunt. differ amplexus parens,
Coniuxq; differ: nuntiet diti Lycus*

640 *Me iam redisse. TH. Flebilem ex oculis fuga
Regina vultum, tuq; nato sospite
Lacrymas cadentes reprime; si noui Herculem,
Lycus Creonti debitas pœnas dabit;
Lentum est dabit, dat: hoc quoque est lentum, dedit.*

645 AM. *Votum secundet, qui potest, nostrum Deus,
Rebusq; lassis adsit. O magni comes
Magnanime nati, pande virtutum ordinem;
Quam longa mæstos ducat ad manes via;
Vt vincla tulerit dura tartareus canis.*

Paris 650 TH. *Memorare cogis acta secura quoque
Horrenda menti; vix adhuc certa est fides
Vitalis aura, torpet acies luminum,
Hæbetesq; visus vix diem insuetum ferunt.
AM. Peruince Theseu quidquid alto pectore*

655 *Remanet pauoris, nève te fructu optimo
Frauda laborum. Quod fuit durum pati,
Meminisse dulce est. Fare casus horridos.
TH. Fas omne mundi, teq; dominantem precor
Regno capaci, teq; quam tota irrita*

660 *Quæsiuit Enna mater, ut iura abdita
Et operta terris, liceat impunè eloqui.
Spartana tellus nobile adtollit iugum,
Densis ubi æquor Tanarus siluis premit,
Hic ora soluit Ditis inuisi domus,*

665 *Hiatq; rupes alta, & immenso specu
Ingens vorago faucibus vastis patet,
Latumq; pandit omnibus populis iter.
Non cæca tenebris incipit primò via:
Tenuis relietæ lucis à tergo nitor.*

670 *Fulgordq; dubius solis adflucti cadit,
Et ludit aciem; tale non dubiè solet,
Præbere lumen primus aut serus dies.
Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis,
In qua omne mersum pereat humanum genus.*

Paris 675 *Nec ire labor est, ipsa deducit via;
Vt sæpe puppes æstus inuitas rapit,*

*Sic pronus aër urget, atque avidum chaos;
Gradumq; retro flectere haud unquam sinunt
Vmbra tenaces. intus immenso sinu,*

680 *Placido quietâ labitur Lethe vado,
Demitq; curas; néve remeandi amplius
Pateat facultas, flexibus multis grauem
Inuoluit amnem. qualis incertâ vrgus
Maander undâ ludit, & cedit sibi,*

685 *Instatq;, dubius littus an fontem petat;
Palus inertis fœda Cocyti iacet.
Hic vultur, illic luctifer bubo gemit,
Omenq; triste resonat infaustra strigis;
Horrent opaca fronde nigrantes coma,*

690 *Taxo imminente, quam tenet segnis Sopor
Famesq; mœsta tabido rictu iacens;
Pudorq; serus conscios vultus tegit,
Metus, Pauorq;, Funus, & frendens Dolor,
Aterq; Luctus sequitur. & Morbus tremens,*

695 *Et cincta ferro Bella: in extremo abdita
Iners Senectus adiuvat baculo gradum.*

AM. *Estne aliqua tellus Cereris aut Bacchi ferax?*

TH. *Non prata viridi lata facie germinant;
Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges,*

700 *Non vlla ramos silua pomiferos habet;
Sterilis profundi vastitas squallet soli,
Et fœda tellus torpet aeterno situ;
Rerumq; mœstus finis & mundi ultima:
Immotus aër hæret, & pigro sedet*

705 *Nox atra mundo; cuncta mœrore horrida,
Ipsaq; morte peior est mortis locus.*

AM. *Quid? ille opaca qui regit sceptro loca
Qua sede positus temperat populos leues?*

HERCVLES FVRENS.

- TH. Est in recessu Tartari obscuro locus,
 710 Quem grauibus umbris spissa caligo adligat;
 A fonte discors manat hinc imo latex:
 Ater, quieto similis; hunc iurant Dei,
 Tacente sacram deuchens fluuio Styga,
 At hinc tumultu rapitur ingenti ferox,
 715 Et saxa flucta voluit Acheron inuius
 Renauigari. cingitur duplici vado
 Aduersa Ditis regia, atque ingens domus
 Umbrante luco tegitur; hic vasto specu
 Pendent tyranni limina; hoc umbris iter;
 720 Hac porta regni, campus hanc circa iacet;
 In quo superbo digerit vultu sedens
 Animas recentes dira maiestas Deo,
 Frons toruas; fratrum qua tamen speciem gerat,
 Gentisq; tanta; vultus est illi Iouis,
 725 Sed fulminantis; magna pars regni trucid
 Est ipse dominus, cuius ad spectum timet
 X Quidquid timetur. AM. Verane est fama, inferis
 Tam sera reddi iura, & oblitos sui
 Sceleris nocentes debitas pœnas dare?
 730 Quis iste veri rector, atque æqui arbiter?
 THE. Non vnus alta sede quasitor sedens
 Iudicia trepidis sera sortitur reis.
 Auditur illo Cnossius Minos foro,
 Rhadamantus illo; Thetidis hoc audit socer.
 735 Quod quisque fecit patitur; auctorem scelus
 Repetit, suoq; premitur exemplo nocens.
 Vidi cruentos carcere includi duces,
 Et impotentis terga plebeia manu
 Scindi tyranni. quisquis est placide potens,
 740 Dominusq; vita seruat innocuas manus,

- Et incruentum mitis imperium regit.
 Animoq; parcit; longa permensus diu
 Felicis aui spatia, vel calumpetit,
 Vel lata felix nemoris Elysi loca,
- 745 Iudex futurus: sanguine humano abstine,
 Quicunque regnas. scelera taxantur modo
 Maiore nostra. AM. Certus inclusos tenet
 Locus nocentes, utq; fert fama, impios
 Supplicia vinculis saeva perpetuis domant.?
- 750 THE. Rapitur volucris tortus Ixion rotâ.
 Ceruice saxum grande Sisyphæâ sedet.
 In amne medio faucibus siccis senex
 Sectatur undas, abluuit mentum latex,
 Fidemq; cum iam saepe decepto dedit,
- 755 Perit unda in ore: poma destituunt famem.
 Præbet volucris Tityus æternas dapes.
 Vrnasq; frustra Danaïdes plenas ferunt.
 Errant furentes impia Cadmeïdes.
 Terretq; mensas auida Phineas auis.
- 760 AM. Nunc ede nati nobilem pugnam mei.
 Patruï volentis munus, an spoliū refert?
 TH. Ferale tardis imminet saxum vadis,
 Stupente ubi undâ segne torpescit fretum:
 Hunc seruat amnem cultu & adspectu horridus,
- 765 Pauidosq; manes squallidus gestat senex,
 Inpexa pendet barba, deformem sinum
 Nodus coercet, concaua lucent gena,
 Regit ipse conto portitor longo ratem:
 Hic onere vacuam littori puppim adplicans
- 970 Repetebat umbras: poscit Alcides viam
 Cedente turbâ, dirus exclamat Charon:
 Quo pergis audax? siste properantem gradum.

- Non passus vllas natus Alcmenâ moras,
 Ipso coactum nauitam conto domat,
 775 Scanditq; puppem. cymba populorum capax
 + Subcubuit vni; sedit, & grauior ratis.
 Vtrimque Lethen latere titubato bibit.
 Tunc vasta trepidant monstra, Centauri truces,
 Lapithæq; multo in bella succensi mero;
 780 Stygia paludis vltimos quarens sinus,
 Fecunda mergit capita Lerneus labor.
 Post hac auari Ditis adparet domus.
 Hic sanus umbras territat Stygius canis,
 Qui terna vasto capita concutiens sono
 785 Regnum tuetur. sordidum tabo caput
 Lambunt colubri; viperis horrent iuba;
 Longusq; torta sibilat caudâ draco:
 Par ira forma. sensit vt motus pedum,
 Adtollit hirtas angue vibrato comas.
 790 Missumq; captat aure subrecta sonum,
 Sentire & umbras solitus. vt propior stetit
 Ioue natus, antro cedit incertus canis,
 Et vterque timuit. ecce latratu graui
 Loca muta terret, sibilat totos minax
 795 Serpens per armos; vocis horrenda fragor
 Per ora missus terna felices quoque
 Exterret umbras. soluit à leua feros
 Tunc ipse rictus, & Cleonæum caput
 Opponit, ac se tegmine ingenti clepit;
 800 Victrice magnum dextera robur gerens;
 Huc nunc & illuc verberare assiduorotat,
 Ingeminat ictus: domitus infregit minas,
 Et cuncta lassus capita submisit canis,
 Antroq; toto cessit. extimuit sedens

- 805 *Vterque folio dominus, & duci iubet.*
Me quoque petenti munus Alcida dedit.
Tunc grauiam monstri colla permulcens manu,
Adamante texto vincit. oblitus sui
Custos opaci per uigil regni canis
- 810 *Componit aures timidus. & patiens trahi,*
Herumq; fassus, ore submisso obsequens
Vtrumque cauda pulsat anguifera latus.
Postquam est ad oras Tanari ventum, & nitor
Percussit oculos lucis ignota, bonos
- 815 *Resumit animos vinctus, & vastas furens*
Quassat catenas: penè vectorem abstulit,
Pronumq; retro vexit, & mouit gradu.
Tunc & meas respexit Alcides manus,
Geminis vterque viribus tractum canem
- 820 *Ira furentem, & bella tentantem irrita,*
Intulimus orbi. vidit vt clarum aethera,
Et pura nitidi spatia conspexit poli,
Oborta nox est, lumina in terram dedit,
Compressit oculos, & diem inuisum expulit,
- 825 *Acieq; retro flexit, atque omni pet It*
Ceruice terram, tum sub Herculeam caput
Abcondit umbra. Densa sed lato venit
Clamore turba, frontibus laurum gerens,
Magniq; meritas Herculis laudes canit.

C H O R V S.

Sapphici hendecasyllabi.

- 830 **N** *Atus Eurystheus properante partu,*
Iusserat mundi penetrare fundum:
Deerat hoc solum numero laborum,
Tertia regem spoliare sortis.
Ausus est cacos aditus inire,

- 835 Ducit ad manes via quâ remotos
 Tristis, & silua metuenda nigra.
 Sed frequens magna comitante turba,
 Quantus incedit populus per vrbes
 Ad noui ludos auidus theatri:
- 840 Quantus Eleum coit ad tonantem,
 Quinta cum sacrum reuocauit aestas:
 Quanta, cum longa redit hora noctis,
 Crescere & semnos cupiens quietos
 Libra Phœbeos tenet & qua currus,
- 845 Turba secretam Cererem frequentat,
 Et citi tectis properant relictis
 Attici noctem celebrare Mystæ;
 Tanta per campos agitur silentes
 Turba. Pars tarda gradiens senectâ,
- 850 Tristis, & longa satiata uita,
 Pars adhuc currit melioris æui,
 Virgines nondum thalamis ingatæ,
 Et cemis nondum positis ephæbi,
 Matris & nomen modò doctus infans:
- 855 His datum solis, minus ut timerent,
 Igne prelato releuare noctem.
 Ceteri vadunt per opaca tristes,
 Qualis est nobis animus remota
 Luce, cum mœstus sibi quisq; sensit
- 860 Obrutum tota caput esse terrâ.
 Stat chaos densum, tenebraq; turpēs,
 Et color noctis malus, ac silentis
 Otium mundi, vacuaq; nubes.
 Sera nos illo referat senectus.
- 865 Nemo ad id serò venit, unde nunquam,
 Cùm semel venit, potuit reuerti.

*Quid iuuat durum properare fatum?
 Omnis hæc magnis vaga turba terris
 Ibit ad manes, facietq; inerti*

- 870 *Vela Cocyto, tibi crescit omne,
 Et quod occasus videt, & quod ortus:
 Parce venturis, tibi mors paramur;
 Sis licet segnis, properamus ipsi.
 Prima quæ vitam dedit hora, carpsit.*

Choriambici Glyconij.

- 875 *Thebis lata dies adest;
 Aras tangite supplices,
 Pingues cadite victimas:
 Permista maribus nurus
 Solennes agitent choros;*

- 880 *Cessent deposito iugo
 Arui fertilis incola.
 Pax est Herculeâ manu
 Auroram inter & Hesperum;
 Et quâ sol medium tenens*

- 885 *Vmbras corporibus negat.
 Quodcunque abluitur solum
 Longo Tethyos ambitu,
 Alcidis domuit labor.*

Transuētus vada Tartari

- 890 *Pacatis redit inferis.
 Iam nullus superest timor;
 Nil ultra iacet inferos.
 Stantes sacrificus comas
 Dilectâ tege populo.*

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON.
MEGARA.

- 895 **V**ltrice dextra fusus aduerso Lycus
Terram petiuit ore; tum quisquis comes
Fuerat tyranni, iacuit & pœna comes.
Nunc sacra patri victor, & superis feram,
Cæsifq; meritas victimis aras colam.
- 900 Te te laborum socia & adiutrix precor
Belligera Pallas, cuius in laua ciet
Ægis ferocis ore saxifico minas.
Adsit Lycurgi domitor & rubri maris,
Tectam virenti cuspide thyrso gerens;
- 905 Geminumq; numen, Phœbus, & Phœbi soror,
Soror sagittis aptior, Phœbus lyra,
Fraterq; quisquis incolit calum meus,
Non ex nouerca frater. Huc adpellite
Greges opimos. quidquid Indorum seges,
- 910 Arabesq; odoris quidquid arboribus legunt,
Conferte in aras, pinguis exsudet vapor.
Populea nostras arbor exornet comas;
Te ramus olea fronde gentili tegat
Theseu: Tonantem nostra adorabit manus.
- 915 THE. Dij conditores vrbis, & siluestria
Trucis antra Zeti, nobiles Dirces aquas,
Laremq; regis qui aduena Tyrium colis!
HER. Date thura flāmis. AM. Nate manantes prius
Manus cruenta cade & hostili expia.
- 920 HER. Vtinam cruorem capitis inuisti Deis
Libare possem, gratior nullus liquor
Tinxisset aras: victima haud vlla amplior
Potest magisq; opima mactari Ioui,

- Quàm rex iniquus. AM. Finitat genitor tuos
 925 Opta labores: detur aliquando otium
 Quiesq; fessis. HER. Ipse concipiam preces
 Ioue meq; dignas: stet suo calum loco,
 Tellusq; & aether: astra inoffensos agant Pa 2
 Æterna cursus, alta pax gentes alat:
 930 Ferrum omne teneat ruris innocui labor,
 Ensesq; lateant, nulla tempestas fretum
 Violenta turbet: nullus irato Ioue
 Exsiliat ignis, nullus hiberna niue
 Nutritus agros annis euersos trahat:
 935 Venena cessent, nulla nocituro grauis
 Succo tumescat herba: non saui ac truces
 Regnent tyranni: si quod etiamnum est scelus
 Latura tellus, properet, & si quod parat
 Monstrum, meum sit. Sed quid hoc? medium diem
 940 Cinxere tenebra, Phœbus obscuro meas
 Sine nube vultu. quis diem retro fugat,
 Agitq; in ortus? unde nox atrum caput
 Ignota profert? unde tot stella polum
 Implet diurna? primus en noster labor
 945 Cali refulget parte non minima Leo,
 Iraq; totus feruet, & morsus parat:
 Iam rapiet aliquod sidus, ingenti minax
 Stat ore, & ignes efflat, & rutila iubam
 Ceraice iactat: quidquid autumnus grauis,
 950 Hiemsq; gelido frigida spatio refert,
 Vno impetu transiliet, & verni petet
 Frægetq; Tauri colla. AM. Quod subitū hoc malū est?
 Quò nate vultus huc & huc acres refers?
 Acieq; falsum turbida calum vides?
 955 HER. Perdomita tellus, tumida cesserunt freta,

*Inferna nostros regna sensere impetus;
Immune calum est, dignus Alcida labor.
In alta mundi spatia sublimis ferar,
Petatur æther, astra promittit pater.*

A 960 *Quid si negaret? non capit terra Herculem,
Tandemq; superis reddit, en ultro vocat
Omnis deorum cœtus, & laxat fores,
Vna vetante. recipis, & reseras polum?
An contumacis ianuam mundi traho?*

965 *Dubitatur etiam? vincla Saturno exuam,
Contraq; patris impij regnum impotens
Auum resoluam. bella Titanes parent
Me duce furentes. saxa cum siluis feram,
Rapiamq; dextrâ plena Centauris iuga.*

970 *Iam monte gemino limitem ad superos agam,
Videat sub Ossa Pelion Chiron suum;
In calum Olympus tertio positus gradu
Perueniat, aut mittatur. AM. Infandos procul
Auerte sensus; pectoris sani parum,*

975 *Magni tamen, compesce dementem impetum.
HER. Quid hoc? gigantes arma pestifera mouent,
Profugit & umbras Tityus, ac lacerum gerens
Et inane pectus, quàm propè à calo sletit?
Labat Cytheron, alta Pallene tremit,*

980 *Marcentq; Tempe, rapuit hic Pindi iuga;
Hic rapuit Oeten; scuit horrendum Mimas;
Flammifera Erinnyes verbere excusso sonat.
Rogiq; adustas propius ac propius sudas
In ora tendit; saua Tisiphone caput*

985 *Serpentibus vallata, post raptum Canem,
Portam vacantem clausit opposita face.
Sed ecce proles regis inimici latet,*

- Lyci nefandum semen. inuiso patri
Hæc dextra iam vos reddet: excutiat leues*
- 990 *Neruus sagittas. tela sic mitti decet
Herculea. AM. Quò se cæcus inuergit furor?
Vastum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetramq; soluit. stridet emissa impetu
Arundo. medio spiculum collo fugit*
- 995 *Vulnere relicto. HER. Ceteram prolem eruam,
Omnesq; latebras. quid moror? maius mihi
Bellum Mycenis restat, ut Cyclopea
Euersa manibus saxa nostris concidant.
Huc eat, & illuc aula disiecto obice,*
- 1000 *Rumpatq; postes, columen impulsum labet;
Procumbat omnis regia. hic video abditum
Natum scelesti patris. AM. En blandas manus
Ad genua tendens voce miseranda rogat.
Scelus nefandum, triste, & adspectu horridum!*
- 1005 *Dextrâ precantem rapuit, & circa furens
Bis ter rotatum misit; ast illi caput
Sonat, cerebro tecta disperso madent.
At misera paruum protegens natum sinus
Megara, furenti similis è latebris fugit.*
- 1010 *HER. Licet Tonantis profuga condaris sinus,
Petet undecunque temet hæc dextra, & feret.
AM. Quò misera pergis? quã fugã aut latebras petis?
Nullus salutis Hercule infenso est locus,
Amplectere ipsum potiùs, & blanda prece*
- 1015 *Lenire tenta. ME, Parce iam coniux precor,
Agnosce Megaram; natus hic vultus tuos,
Habitusq; reddit; cernis, ut tendat manus?
HER. Teneo nouercam: sequere, da pœnas mihi,
Ingoq; pressum libera turpi Iouem.*

- 1020 *Sed ante matrem paruulū hoc monstrum auferam.*
 ME. *Quò tendis amens? sanguinem fundes tuum?*
 AM. *Pauesactus infans igneo vultu patris*
 7. *Perit ante vulnus; spiritum rapuit timor.*
In coniugem nunc claua libratur grauis;
- 1025 *Perfregit ossa, corpori trunco caput*
Abest, nec vsquam est. cernere hoc audes nimis
Viua senectus? si piget luctus, habes
Mortem paratam. pectus in tela indue,
Vel stipitem istum, cade monstrorum inlitum
- 1030 *Conuerte, falsum ac nomini turpem tuo*
Remoue parentem, ne tua laudi obstrepat.
 THE. *Quò te ipse senior obuium morti ingeris?*
Quo pergis amens? profuge, & obiectus late,
Vnumq; manibus aufer Herculeis scelus.
- 1035 HER. *Bene habet, pudendi regis excisa est domus.*
Tibi hunc dicatum maximi coniux Iouis
Gregem cecidi, vota persolui libens
Te digna; & Argos victimas alias dabit.
 AM. *Nondum litasti nate; consumma sacrum.*
- 1040 *Stat ecce ad aras hostia, exspectat manum*
Ceruicē, rona. præbeo, obcurro, insequor;
Macta. Quid hoc est? errat acies luminum,
Visusq; mæror hebetat. an video Herculis
Manus trementes? vultus in somnum cadit,
- 1045 *Et fessa ceruix capite submisso labat;*
Flexo genu iam totus ad terram ruit.
Vt cæsa siluis ornus, aut portus mari
Datura moles, viuis? an leto dedit
Idem tuos qui misit ad mortem furor?
- 1050 *Sopor est, reciprocos spiritus motus agit.*
Detur quieti tempus, ut somno grauis

Vis victa morbi pectus obpressum leuet.

Remouete famuli tela, ne repetat furens.

CHORVS. Anapæstici.

- 1055 **L**ugeat æther, magnusq; parens
 Ætheris alti, tellusq; ferax,
 Et vaga ponti mobilis vnda.
 Tuq; ante omnes, qui per terras
 Tractusq; maris fundis radios,
 Noctemq; fugas ore decoro,
- 1060 **F**eruide Titan; obitus pariter
 Tecum Alcides vidit & ortus,
 Nouitq; tuas vtraq; domos.
 Soluite tantis animum monstris,
 Soluite superi; rectam in melius
- 1065 **F**lectite mentem. tuq; ô domitor
 Somne laborum, requies animi,
 Pars humana melior vita,
 Volucer matris genus astræ,
 Frater dura languide mortis,
- 1070 **V**eris miscens falsa, futuri
 Certus, & idem pessimus auctor;
 Pater ô rerum, portus vite,
 Lucis requies, noctisq; comes;
 Qui par regi famuloq; venis;
- 1075 **P**lacidus fessum lenisq; foues;
 Pavidum leti genus humanum
 Cogis longam discere mortem;
 Preme deuictium torpore graui,
 Sopor indomitos adliget artus;
- 1080 **N**ec torua prius pectora linquat,
 Quàm mens repetat pristina cursum.
 En fusus humi saua feroci

- Corde volutat somnia: nondum est
 Tanti pestis superata mali:
- 1085 Clauaq; graui lassum solitus
 Mandare caput, querit vacuã
 Pondera dextrã, motu iactans
 Brachia vano: nec adhuc omnes
 Expulit & stus: sed, vt ingenti
- 1090 Vexata Noto seruat longos
 Vnda tumultus, & iam vento
 Cessante tumet. pelle insanos
 Fluctus animi, redeat pietas.
 Virtusq; viro. vel sit potius
- 1095 Mens vesano concita motu:
 Prior cacus, quã coepit, eat.
 Solus te iam præstare potest
 Furor insontem: proxima puris
 Sors est manibus nescire nefas.
- 1100 Nunc Herculeis percussa sonent
 Pectora palmis: mundum solitos
 Ferre lacertos verbera pulsent
 Victrice manu: gemitus vastos
 Audiat ather;
- 1105 Audiat atri regina poli,
 Vasti q; ferox qui colla gerit
 Vincita catenis, imo latitans
 Cerberus antro.
 Resonet mæsto clamore chaos.
- 1110 Lateq; patens vnda profundì.
 Et, qui melius tua tela tamen
 Senferat, ather.
 Pectora tantis obsessa malis
 Non sunt ictu ferienda leni.

Vno planctu tria regna sonent.

1115 *Et tu collo decus, ac telum
Suspensa diu fortis arundo,
Pharetraq; leues, date saua fero.
Verbera tergo: cadant humeros
Robora fortes, stipesq; potens*

1120 *Duris oneret pectora nodis:
Plangent tantos arma dolores.
Non vos patria laudis comites,
Vlti sauo vulnere reges.
Non Argiua membra palastra*

1125 *Flectere docti, fortes castus,
Fortesq; manu; iam tamen ausu
Telum Scythici leue coryti
Missum certa librare manu,
Tutosq; fuga figere ceruos,*

1130 *Nondumq; fera terga iubata.
Ite ad Stygios vmbra portus,
Ite innocua, quas in primo
Limine vita scelus oppressit
Patriusq; furor.*

1135 *Ite infauustum genus o pueri,
Noti per iter triste laboris:
Ite, iratos visite reges.*

ACTVS QVINTVS.
HERCVLES. AMPHITRYON.
THESEVS.

Q Vis hic locus? qua regio? qua mundi plaza?
*U*bi sum? sub ortu solis, an sub cardine

1140 *Glacialis Vrse? numquid Hesperij maris
Extrema tellus hunc dat Oceano modum?
Quas trahimus auras? quod solum fesso subest?*

- Certè redImus. vnde prostrata domo
 Video cruenta corpora? an nondum exsui
 1145 Simulacra mens inferna? post reditus quoque
 Oberrat oculos turba feralis meos.
 Pudet fateri, paueo; nescio quod mihi
 Nescio quod animus grande præ sagit malum.
 Vbi est parens? vbi illa natorum grege
 1150 Animosa coniux? cur latus lauum vacat
 Spolio leonis? quónam abiit tegmen meum,
 Idemq; somno mollis Herculeo torus?
 Vbi tela? vbi arcus? arma quis viuo mihi
 Detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit?
 1155 Ipsumq; quis non Hercules somnum horruit?
 Libet meum videre victorem, libet.
 Exsurge victor, quem nouum calo pater
 Genuit relicto; cuius incestu stetit
 Nox longior quàm nostra. quod cerno nefas?
 1160 Nati cruenta cade confecti iacent:
 Perempta coniux. quis Lycus regnum obtinet?
 Quis tanta Thebis scelera moliri ausus est,
 Hercule reuerso? quisquis Ismeni loca,
 Actæa quisquis arua, qui gemino mari
 1165 Pulsata Pelopis regna Dardaniæ colis,
 Succurre, saua cladis auctorem indica.
 Ruat ira in omnes; hostis est, quisquis mihi
 Non monstrat hostem. victor Alcida lates?
 Procede, seu tu vindicas currus truces
 1170 Thracis cruenti, siue Geryonis pecus,
 Libyaæ dominos: nulla pugnandi mora est,
 En nudus adsto, vel meis armis licet
 Petas inermem. Cur meos Theseus fugit,
 Paterq; vultus? ora cur condunt sua?

- 1175 *Differte fletus. quis meos dederit neci
Omnes simul profare. quid genitor files?
At tu ede Theseu, sed tua Theseu fide.
Vterque tacitus ora pudibunda obtegit,
Furtimq; lacrymas fundit. in tantis malis*
- 1180 *Quid est pudendum: nunquid Argiua potens
Dominator urbis; nunquid infestum Lyci
Parentis agmen clade nos tanta obruit?
Per te meorum facinorum laudem precor
Genitor, tuiq; nominis semper mihi*
- 1185 *Numen secundum, fave, quis fudit domum?
Cui prada iacui? AM. Tacita sic abeant mala.
HER. Vt inultus ego sim? AM. Sape vindicta obfuit.
HER. Quisquamne segnis tanta toleravit mala?
AM. Maiora quisquis timuit. HER. His etiam pater*
- 1190 *Quidquam timeri maius aut grauius potest?
AM. Cladis tua pars ista, quam nosti, quota est?
HER. Miserere genitor, supplices tendo manus.
Quid hoc? manus refugit, hic errat scelus.
Vnde hic cruor? quid illa puerili madens*
- 1195 *Arundo leto, tincta Lernaâ nece?
Iam tela video nostra, non quaro manum
Qua potuit arcum flectere, aut qua dextera
Sinuare neruum vix recedentem mihi?
Ad vos reuertor; genitor, hoc nostrum est scelus?*
- 1200 *Tacuere, nostrum est. AM. Luctus est isthic tuus;
Crimen nouerca, casus hic culpa caret.
HER. Nunc parte ab omni genitor iratus tona
Oblite nostri; vindica sera manu
Saltem nepotes; stelliger mundus sonet,
1205 *Flammâ & hic & ille iaculetur polus:
Rupes ligatum Cassia corpus trahant,**

Atque ales auida. cur Promethei vacant

Scopuli paretur vertice immenso feras

Volucresq; pascens Caucaſi abruptum latus.

1210 *Nudumq; ſiluis. illa. quæ Pontum Scythen*

Symplegas arctat. hinc & hinc vinc̄tas manus

Diſtendat alto: cumq; renocata vice

In ſe coibunt. ſaxaq; in cœlum expriment.

Actis vtrimque rupibus. medium mare;

1215 *Ego inquieta montium iaceam mora.*

Quin ſtructurum aceruans nemore congeſto aggerem.

Cruore corpus impio ſparſum cremo?

Sic ſic agendum eſt; inferis reddam Herculem.

AM. *Nondum tumultu pectus adtonitum caret.*

1220 *Mutauit iras: quodq; habet proprium furor.*

In ſe ipſe furit. HER. O dira furiarum loca.

Et inferorum carcer. & ſonti plaga

Decreta turba. & ſi quod exilium latet

Vlterius Erebo. Cerbero ignotum & mihi.

1225 *Huc me abde tellus; Tartari ad finem vltimum*

Manſurus ibo. pectus ô nimium ferum!

Quis vos per omnem. liberi. ſparſos domum

Deſlere dignè poterit? hic durus malis

Lacrymare vultus nescit. huc enſem date.

1230 *Date huc ſagittas. ſtipitem huc vaſtum date.*

Tibi tela frangam noſtra. tibi noſtros puer

Rumpemus arcus. ac tuis ſtipes grauis

Ardebit umbris; ipſa Lernaſ frequens.

Pharetra telis in tuos ibit rogos.

1235 *Dent arma pœnas: vos quoque inſauſtas meis*

Cremabo telis. ô nouercales manus.

THE. *Quis nomen vnquam ſcleris errori indidit?*

HER. *Sape error ingens ſcleris obtinuit locum.*

THE. Nūc Hercule opus est, perfer hāc molem mali.

1240 HER. Non sic furore cessit extinctus pudor,
Populos vt omnes impio ad spectu fugem.
Arma, arma Theseu, flagito propere mihi
Subtracta reddi. sana si mens est mihi.
Referte manibus tela; si remanet furor,

1245 Pater recede, mortis inueniam viam.

AM. Per sancta generis, sacra, per ius nominis
Vtrumque nostri, siue me altorem vocas,
Seu tu parentem, perq; venerandos piis
Canos, senecta parce deserta precor,

1250 Annisq; fessis, vnicum lapsa domus
Firmamen, vnum lumen adfecto malis
Temet reserua. nullus ex te contigit
Fructus laborum. semper aut dubium mave
Aut monstra timui: quisquis in toto fuit

1255 Rex sauis orbe, manibus aut aris nocens,
A me timetur: semper absentis pater
Fructum tui tactumq; & ad spectum peto.

HER. Cur animam in ista luce detineam amplius
Morerque, nihil est: cuncta iam amisi bona,

1260 Mentem, arma, coniugem, natos, manus,
Etiam furorem. nemo polluto queat
Animo mederi: morte sanandum est scelus.

THE. Perimes parēte? HER. Facere ne possim, occidā.

THE. Genitore corā? HER. Cernere hūc docui nefas.

1265 AM. Memoranda potius omnibus facta intuens,
Vnius à te criminis veniam peto.

HER. Veniam dabit sibi ipse, qui nulli dedit?

Laudanda feci iussus, hoc vnum meum est.

Succurre genitor, siue te pietas mouet,

1270 Seu triste fatum, siue violata decus

- Virtutis, effer arma, vincatur meâ
 Fortuna dextrâ.* THE. *Sunt quidem patria preces
 Satis efficaces; sed tamen nostro quoque
 Moueare fletu; surge, & aduersa impetu
 1275 Perfringe solito; nunc tuum nulli imparem
 Animum malo resume, nunc magnâ tibi
 Virtute agendum est, Herculem irasci veta.*
 HER. *Si viuo, feci scelera: si morior, tuli.
 Purgare terras propero; iamdudum mihi
 1280 Monstrum impium, seuumq; & immite, ac ferum
 Oberrat. agedum dextra conare adgredi
 Ingens opus, labore bisseño amplius.
 Ignaue cessas, fortis in pueros modò
 Pavidamq; matrem? arma nisi dentur mihi,
 1285 Aut omne Pindi Thracis exscindam nemus,
 Bacchiq; lucos, & Cytheronis iuga
 Mecum cremabo. tota cum domibus suis
 Dominiq; tecta, cum deis templa omnibus
 Thebana supra corpus excipiam meum,
 1290 Atque vrbe versa condar. & si fortibus
 Leue pondus humeris moenia immissa incident,
 Septemq; opertus non satus portis premar;
 Onus omne media parte qua mundus sedet,
 Dirimitq; superos, in meum vertam caput.*
 1295 *Redde arma.* AM. *Vox est digna genitore Herculis.
 Hoc en peremptus spiculo cecidit puer,
 Hoc Iuno telum manibus emisit tuis,
 Hoc nunc ego utar.* TH. *Ecce quàm miserum metum
 Cor palpitat, corpusq; sollicitum ferit.*
 1300 *Aptata arundo est, ecce iam facies scelus
 Volens sciensq;. pande, quid fieri iubes?*
 HER. *Nihil rogamus, noster in tuto est dolor.*

- AM. *Natum potes seruare tu solus mihi
Theseu, ipse necdum maximum euasi metum.*
- 1305 *Miserum haud potes me facere, felicem potes.
Sic statue quidquid statuis, vt causam tuam
Famamq; in arcto stare & ancipiti scias.
Aut viuus, aut occidis: hanc animam leuem,
Fessamq; senio, nec minus quassam malis*
- 1310 *In ore primo teneo. tam tardè patri
Vitam dat aliquis? non feram ulterius moram:
Letale ferrum pectori impressum induam:
Hic hic iacebit Herculis sani scelus.*
- HER. *Iam parce genitor, parce. iam reuoca manum.*
- 1315 *Subcumbe virtus, perfer imperium patris,
Eat ad labores hic quoque Herculeos labor:
Vinamus. artus ad leua adflictos solo
Theseu parentis: dextra contactus pios
Scelerata refugit. AM. Hanc manū amplector libēs,*
- 1320 *Hac nixus ibo, pectori hanc ego admouens
Pellam dolores. HER. Quem locum profugus petam?
Vbi me recondam? quāve tellure obruam?
Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,*
- 1325 *Tagúsve Ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Maotis in me gelida transfundat mare,
Et tota Thetys per meas currat manus:
Herebit altum facinus. in quas impius*
- 1330 *Terras recedes? ortum an occasum petes;
Vbique notus perdidit exsilio locum.
Me refugit orbis, astra transuersos agunt
Obliqua cursus; ipse Titan Cerberum
Meliore vultu vidit. ô fidum caput,*

Thesen, latebram quare longinquam, abditam.

Quicumque semper sceleris alieni arbiter

Amas nocentes, gratiam meritis refer,

Vicemq; nostris: redde me infernis precor

Vmbriis reductum, meq; subiectum tuis

1340 *Restitue vitulis: ille me abscondet locus.*

Sed & ille nouit. THE. Nostrate tellus manet;

Illic solutam cade Graduius manum

Restituit armis: illa te Alcide vocat

Facere innocentes terra qua superos solet.

L. ANNÆI SENECAE

I V N I O R I S

HERCVLES OETÆVS.

Persona.

HERCVLES. HYLIVS. CHORVS

MVLIERVM. ALCMENA.

IOLE.

PHILOCTETES.

NVTRIX.

DEIANIRA.

A C T V S P R I M V S.

HERCVLES.

Sator deorum, cuius excussum manu

Vtraque Phœbi sentiunt fulmen domus,

Secure regna: protuli pacem tibi,

Quacumque Nereus porrigi terras vetat.

5 *Non est tonandum, perfidi reges iacent,*

Sæui tyranni; fregimus, quidquid fuit

Tibi fulminandum, sed mihi calum parens

Adhuc negatur? parui certè, Ioue

Vbique dignus; teq; testata est meum

10 *Patrem nouerca. quid tamen nectis moras?*

Nunquid timemur? nunquid impostum sibi

Non

- Non poterit Atlas ferre cum calo Herculem?
 Quid astra genitor, quid negas? mors me tibi
 Certè remisit; omne concessit malum,
 15 Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.
 Nullus per Vrbes errat Arcadias leo;
 Stymphalis ic̄ta est; Manali nullæ est fera;
 Sparsit peremptus aureum serpens nemus,
 Et Hydra vires posuit; & notos Hebro
 20 Cruore pingues hospitum fudi greges;
 Hostisq; traxi spolia Thermodontia;
 Vidi regentem fata; nec tantum redij,
 Sed trepidus atrum Cerberum vidit dies,
 Et ille solem: nullus Antæus Libys
 25 Animam resumit; cecidit ante aras suas
 Busiris; vna est Geryon sparsus manu:
 Taurusq; populis horridus centum pauor.
 Quodcumque tellus genuit infestum, occidit.
 Meaq; fusum dexterâ. iratis deis
 30 Non licuit esse. si negat mundus feras,
 Animum nouerca? redde nunc nato patrem,
 Vel astra forti. nec peto ut monstres iter,
 Permitte tantum genitor, inueniam viam.
 Vel si times ne terra concipiat feras,
 35 Properet malū quodcumque, dum terra Herculem
 Habet, videtq;. nam quis inuidet mala?
 Aut quis per Vrbes rursus Argolicas erit
 Iunonis odio dignus? in tutum meas
 Laudes redegi; nulla me tellus silet.
 40 Me sensit Vrsæ frigidum Scythes genus,
 Indusq; Phæbo subditus, Cancro Libys.
 Te clare Titan testor, obcurri tibi
 Quacumque fulges, nec meos lux prosequi

- Potuit triumphos: solis excessi vices,
 45 *Infractis nostras substitit metas dies.*
Natura cessit: terra defecit gradum;
Laxata per me nox: & extremum chaos
In me cucurrit: inde ad hunc orbem redi,
Vnde retro nemo: tulimus Oceani minas.
- 50 *Nec vlla valuit quaterere tempestas ratem*
Quacumque pressi pars quota est quam prosequor?
Iam vacuus æther non potest odio tua
Sufficere nupta, quasq; deuincam feras
Tellus timet concipere; nec monstra inuenit.
- 55 *Fera negantur, Hercules monstri loco*
Iam coepit esse. quanta nunc fregi mala,
Quod scelera nudus? quidquid immane obstitit,
Sola manus strauere: nec iuuenis feras
 60 *Timui, nec infans: quidquid est iussum, leue est;*
- 60 *Nec vlla nobis segnis inluxit dies.*
O quanta fudi monstra, quæ nullus mihi
Rex imperauit. institit Virtus mihi,
Iunone peior. sed quid in pavidum genus
Fecisse prodest? non habent pacem dei.
- 65 *Purgata tellus omnis in cælo videt*
Quodcumque timuit. transtulit Iuno feras.
Ambit peremptus Cancer ardentem plagam.
Libyæq; sidus fertur, & messes alit.
Annum fugata tradit Astra & Leo:
- 70 *At ille iactans feruidam calo iubam*
Austrum madentem siccatur, & nimbos trahit.
Inuasit omnis ecce iam calum fera,
Meq; antecessit: victor è terris meos
Specto labores. astra portentis prius
- 75 *Ferisq; Iuno tribuit, ut calum mihi*

Faciat timendum. spars'erit mundum licet,

Calumq; terris peius ac peius Styge

Irata faciat; dabitur Alcida locus.

Si post feras, post bella, post Stygium canem

80 *Nondum astra merui, Siculus Hesperium latius*

Tangat Pelorus, & una sic tellus erit:

Illinc fugabo maria. si iungi iubes;

Committat undas Isthmus, & iuncto salo

Nouâ ferantur Attica puppes viâ.

85 *Mutetur orbis: vallibus currat nouis*

Ister, noua q; Tanais accipiat vias:

Da da tuendos Iuppiter saltem deos.

Illa licebit fulmen à parte auferas,

Ego quam tuebor: siue glaciale polus,

90 *Seu me tueri feruidam partem iubes,*

Hac esse superos parte securos puta.

Cirrhæa Pæan templa, & ætheriam domum

Serpente caso meruit: at quoties iacet

Python in Hydra? Bacchus & Perseus deis

95 *Iam se intulere: sed quota est mundi plagæ*

Oriens subactus? aut quota est Gorgon fera?

Quis astra natus laudibus meruit suis

Ex te & nouerca? quem tuli, mundum peto.

Sed tu comes laboris Herculei Lyca

100 *Prafer triumphos, Euryti victos lares,*

Stratumq; regnum. Vos pecus rapite ocyus,

Quâ templa tollens ara Cenæ Iouis

Astro timendum spectat Euboicum mare.

CHORVS. IOLE.

Choriambici & Anapæstici.

105 **P** Ar ille est superis, cui pariter dies
Et fortuna fuit; mortis habet vices.

- 2 Lentè cùm trahitur vita gementibus.
 Quisquis sub pedibus fata rapacia,
 Et puppem posuit liminis ultimi,
 Non captiua dabit brachia vinculis,
 110 Nec pompa veniet nobile ferculum.
 Nunquam est ille miser, cui facile est mori.
 Illum si medio decipiat ratis
 Ponto, cùm borean expulit africus,
 Aut eurus zephyrum, cùm mare diuidunt,
 115 Non puppis lacera fragmina colligit,
 Vt littus medio speret in aquare.
 Vitam qui poterit reddere protinus,
 Solus naufragium non poterit pati.
 Non turpis macies, & lacryma tenent,
 120 Et crinis patrio puluere sordidus.
 Nos non flamma rapax, non fragor obruit.
 Felices sequeris mors, miseros fugis.
 Stamus nec patria mœnibus, heu, locus
 Et siluis dabitur, lapsaq; sordida
 125 Fient templa casa: iam gelidus Dolops
 Hæc ducet pecudes, quâ tepet obrutus
 Strate qui superest Oechalia cinis:
 Illo Thessalicus pastor in oppido
 Indocta referens carmina fistula,
 130 Cantu nostra canit tempora flebili.
 Et dum pauca Deus secula contrahit,
 Quæretur patria quis fuerit locus.
 Felix incolui non steriles locos,
 Nec ieiuna soli iugera Thessali;
 135 Ad Trachyna vocor, saxa rigentia,
 Et dumeta iugis horrida torridis,
 Vix gratum pecori montiuago nemus.

- At si quas melior sors famulas vocat,
 Illas aut volucer transferet Inachus;
 Aut Dircea colent mœnia, quæ fuit,
 140 Ismenus tenui flumine languidus;
 Hic mater tumidi nupserat Herculis.
 Qua cantes Scythia, quis genuit lapis?
 Num Titana ferunt? te Rhodope tulit,
 145 Te præruptus Athos, te fera Caspia,
 Qua virgata tibi præbuit vbera.
 Falsa est de geminis fabula noctibus,
 Æther cum tenuit sidera longius,
 Commisitq; vices Lucifer Hespero,
 150 Et soles vetuit Delia tardior.
 Nullis vulneribus peruia membra sunt.
 Ferrum sentit hebes, lentior est chalybs,
 In nudo gladius corpore frangitur,
 Et saxum resilit, fataq; negligit,
 155 Et mortem indomito corpore prouocat.
 Non illum poterunt figere cuspides,
 Non arcus Scythica tensus arundine,
 Non qua tela gerit Sarmata frigidus,
 Aut qui solifera suppositus plaga
 160 Vicino Nabatha vulnera dirigit
 Parthus Cnossiacis certior ictibus,
 Muros Oechalia corpore propulit.
 Nil obstare valet. Vincere quod parat,
 Iam victum est. quota pars vulnere concidit?
 Pro fato potuit vultus iniquior,
 165 Et vidisse sat est Herculeas minas:
 Qui vastus Briareus, qui tumidus Gyges
 Supra Thessalicos constitit aggeres,
 Ut calo insereret vipereas manus.*

170 Hoc vultu riguit? commoda cladibus
Magnis magna patent. nil superest mali:
Iratum misera vidimus Herculem.

IOL. At ego infelix non templa suis
Conlapsa deis, sparsosve focos;

175 Natis mistos arsisse patres,
Hominiq; deos, templa sepulchris;
Nullum querimus commune malum:

Alio nostras fortuna vocat
Lacrymas: alias flere ruinas

180 Mea fata iubent. qua prima querar?

Qua summa gemam? pariter cuncta
Deflere iuuat. nec plura dedit
Pectora tellus, ut digna sonent

Verbera planctu. me vel Sipyli

185 Flebile saxum fingite superi,
Vel in Eridani ponite ripis.

Vbi mœsta sonat Phaëtoniadum

Turba sororum; me vel Siculis

Addite saxis, ubi fata gemit,

190 Thessala Siren: vel in Edonas

Tollite siluas: quales natum

Daulias ales solet Ismariâ

Flere sub umbrâ; formam lacrymis

Aptate meis, resonetq; malis

195 Aspera Trachyn: Cyprias lacrymas

Myrrha tuetur: raptum coniux

Ceyca gemit: sibi Tantalus est

Facta superstes: fugit vultus

Philomela suos, natumq; sonat,

200 Flebilis Itym: cur mea nondum

Capiunt volucres brachia plumas?

- Felix, felix, cū silua domus
 Nostra feretur, patrioq; sedens
 Ales in agro referam querulo*
- 205 *Murmure questus: volucremq; Iolem
 Turba loquetur. vidi vidi
 Miseranda mei fata parentis,
 Cū letifero stipite pulsus,
 Tota iacuit sparsus in aula.*
- 210 *Prò, si tumultum fata dedissent, +
 Quoties genitor quarendus eras!
 Potuine tuam spectare necem,
 Non dum teneras vestiite genas,
 Nec dum fortis sanguine Toxeu?*
- 215 *Quid vestra querar fata parentes,
 Quos in tutum mors aqua tulit?
 Mea me lacrymas fortuna rogat:
 Iam iam domina captiua colos
 Fusosq; legam: prò, s&ue decor*
- 220 *Formaq; mortem paritura mihi!
 Tibi cuncta domus concidit vni,
 Dum me genitor negat Alcida,
 Atque Hercules socer esse timet.
 Sed iam domina tecta petantur.*
- 225 *CH. Quid regna tui clara parentis,
 Proanosq; tuos respicis amens?
 Fugiat vultus fortuna prior.
 Patiens quisquis nouit famulum,
 Regemq; pati, vultusq; suos*
- 230 *Variare potest, vires pepulit
 Pondusq; mali; nec seru it inops,
 Casus animo qui tulit & quo.*

HERCVLES OETÆVS.
ACTVS SECVNDVS.
NVTRIX. DEIANIRA.

- X **O** Quàm cruentus feminas stimulat dolor,
Cum patuit vna pellici & nuptæ domus!
235 Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta
— Minus est timenda: nulla non melior fera est.
Namque ut reluxit pellicis capta decus,
Et fulsit Iole, qualis innubis dies,
Purumve claris noctibus sidus micat:
240 Stetit furenti similis, ac toruum intuens
Herculea coniux, fœta ut Armenia iacens
Sub rupe tigris, hoste conspecto exilit:
Aut iussa thyrsum quatere, conceptum ferens:
Mœnas Lyæum. dubia quò gressus agat,
245 Hæsit parumper: tum per Herculeos lares
Lymphata rapitur; tota vix satis est domus:
Incurrit, errat, sistit; in vultus dolor
Processit omnis, pectori penè intimo
Nihil est relictum: fletus insequitur genas,
250 Nec vnus habitus durat, aut vno furit
Contenta vultu: nunc inardescunt gena,
Pallor ruborem pellit, & formas dolor
Errat per omnes: queritur, implorat, gemit:
Sonnere postes: ecce præcipiti gradu
255 Secreta mentis ore confuso exerit.
DE. Quamcunque partem sedis athereæ præmis
Coniux Tonantis, mitte in Alcidem feram
Quæ mihi satis sit: si qua secundum caput
Palude tota vastior serpens mouet,
260 Ignara vinci, si quid excessit feras
Immane, dirum, horribile, quo viso Hercules
Auertat oculos; hoc specu immenso exeat.

*Vel si fera negantur, hanc animam precor
Conuerte in aliquid: quodlibet possum malum*

265 *Hac mente fieri; commoda effigiem mihi
Parem dolori; non capit pectus minas.
Quid excutis telluris extrema sinus,
Orbemq; versas? quid rogas Ditem mala?
Omnes in isto pectore inuenias feras,*

270 *Quas timeat. odiis accipe hoc telum tuis;
Ego sum nouerca: perdere Alcidem potes.
Profer manus quocumque, quid cessas Dea?
Vtere furente: quod iubes fiat nefas?
Reperi: quid hares? ipsa iam cesses licet,*

275 *Hæc ira satis est. NVT. pectoris sani parum
Alumna questus comprime, & flammæ doma.
Frena dolorem; coniugem ostende Herculis.*

*DE. Iole meis captiua germanos dabit
Natis, Iouisq; fiet è famula nurus?*

280 *Non flamma cursus pariter & torrens ferent.
Et vrsa pontum sicca caruleum bibet;
Non ibo inulta: gesseris cœlum licet,
Totusq; pacem debeat mundus tibi.
Est aliquid Hydrâ potius: irata dolor.*

285 *Nupta. quis ignis tantus in calum furit
Ardentis Aetna? quidquid est victum tibi,
Hic vincet animus. capta præripiet toros?
Adhuc timebam monstra; iam nullam est malum:
Cessere pestes; in locum venit fera*

290 *Inuisa pellex, summe prò rector deum,
Et clare Titan, Herculis tantum fui
Coniux timentis. vota quæ superis tuli
Cessere capta, pellici felix fui;
Illi meas audistis ô superi preces;*

- 295 *Incolumis illi remeat. ô nullâ dolor
Contente pœnâ, quare supplicia horrida,
Incogitata, infanda; Iunonem doce,
Quid odia valeant; nescit irasci satis.
Pro me gerebas bella, propter me vagas*
- 300 *Achelous undas sanguine infecit suo,
Cum lenta serpens fieret; in taurum trucem
Nunc fleâteret serpente deposita minas;
Et mille in hoste vinceres vno feras.
Iam displicemus; capta pralata est mihi.*
- 305 *Non preferetur; qui dies thalami vltimus
Nostri est futurus, hic erit vita tua.
Quid hoc? recedit animus, & ponit minas.
Iam cessit ira, quid miser langues dolor?
Perdis furorem? coniugis sancta fidem*
- 310 *Mihi reddis iterum. quid vetas flammâs ali?
Quid frangis ignes? hunc mihi serua impetum.
Pares eramus; non erit votis opus.
Aderit nouerca, quæ manus nostras regat,
Nec inuocata. NV. quod paras demens scelus?*
- 315 *Perimes maritum? cuius extremus dies
Primusq; laudes nouit; & celo tenus
Ereâta terras fama subpositas habet?
Rogos in istos terra consurget parens,
Domusq; soceri prima, & Ætolûm genus*
- 320 *Sternetur omne; saxa iam dudum & faces
In te ferentur; vindicem tellus suam
Defendet omnis. vna quod pœnas dabis!
Effugere terras crede, & humanum genus*
- 325 *Te posse, fulmen genitor Alcida gerit.
Iam iam minaces ire per calum faces
Specia, & tonantem fulmine excussio iâ m.*

Mortem quoque ipsam, quam putas tutam, time.

Dominatur illic patruus Alcida tui.

- 330 Quocumque pergis misera, cognatos deos
 Illic videbis. DE. maximum fieri scelus
 Et ipsa fateor; sed dolor fieri iubet.

NVT. Moriere. DE. moriar Herculis nempe inclyti
 Coniux, nec ullus nocte discussa dies

- 335 Viduam notabit, nec meos pellex toros
 Captiua capiet. antè ab occasu dies
 Nascetur; Indos antè glacialis polus,
 Scythasve tepidâ Phœbus adficiet rotâ;
 Quàm me relictam Thessala adspicient nurus.

- 340 Meo iugales sanguine extinguiam faces.
 Aut percat, aut me perimat; elisis feris
 Et coniugem addat; inter Herculeos licet
 Me quoque labores numeret; Alcida toros
 Moritura certè corpore amplectar meo.

- 345 Ire, ire ad umbras Herculis nuptam libet;
 Sed non inultam. si quid è nostro Hercule
 Concepit Iole, manibus euellam meis
 Antè, & per ipsas pellicem inuadam faces.
 Me nuptiali victimam feriat die

- 350 Infestus, Iolem dum supra exanimem ruam.
 Felix iacet, quicumque quos odit premit.

NVT. Quid ipsa flammâ pascis? & vastum foveas
 Vltro dolorem misera? quid casum times?

Dilexit Iolem, nempe dum starent lares,
 Regisq; natam peteret; in famula locum

- 355 Regina cecidit, perdidit vires amor,
 Multumq; ab illo traxit infelix status.
 Illicita amantur, excidit quidquid licet.

DE. Fortunâ amorem peior inflamat magis.

- 360 Amat vel ipsum quod caret patrio lare,
 Quod nudus auro crinis & gemma iacet:
 Ipsas misericors forsân arumnas amat,
 Hoc v̄sitatum est Herculi, captas amat.
 Dilecta Priami nempe Dardanij soror
- 365 Concessa famulo est: adice, quot nuptas prius,
 Quot virgines dilexit: errauit vagus.
 Arcadia nempe virgo, Palladios choros
 Dum nec̄tit, Auge vim stupri passa excidit,
 Nullamq̄ amoris retinet Herculei notam.
- 370 Referam quid alias? mēne Thespiades vocant?
 Breuidq̄ in illas arsit Alcides face.
 Hospes Timoli Lydiam fouit nurum,
 Et amore captus ad leues sedit colos:
 Vdum feroci stamen intorquens manu,
- 375 Nempe illa ceruix spolia deposuit fera,
 Crinemq̄ mitrâ pressit, & famulus stetit
 Hirtam Sabaâ marcidus myrrhâ comam,
 Vbique caluit, sed leui caluit face.
- NVT. Herere amantes post vagos ignes solent,
 380 Famulânnē & hostis præferet natam tibi
 DE. Vt alta siluas forma vernantes alit,
 Quas nemore nudo primus inuestit tepor,
 Aut cum solutos expulit boreas notos,
 Et saua totas bruma decussit comas.
- 385 Deforme foliis adspicis truncis nemus.
 Sic nostra longum forma percurrens iter,
 Deperdit aliquid semper, & fulget minus,
 Maliq̄ minus est; quidquid in nobis fuit
 Olim petatum, cecidit & partu labat;
- 390 Materq̄ multum rapuit ex illo mihi;
 Ætas citato senior eripuit gradu.

Vides ut altum famula non perdat decus?

Cessere vultus penitus, & pador sedet;

Tamen per ipsas fulget & rumnas decor,

395 Nihilq; ab illa casus & fatum graue

Nisi regna traxit. hinc meum pectus timor

Altrix laceffit, hinc rapit somnos pauor.

Præclara totis gentibus coniux eram,

Thalamosq; nostros inuido fato nurus

400 Optabat omnis; quod nimis quisque deos

Orabat vllos: nuribus Argolicis fui

Mensura voti. quem Ioui socerum parem

Altrix habebor: quis sub hoc mundo mihi

Dabitur maritus: ipse qui Alcida imperat

405 Facibus suis me iungat Eurystheus licet,

Minus est, toris caruisse regnantem leue est.

Altè illa cecidit, qua viro caret Hercule.

NVT. Conciliat animos coniugum partus ferè.

DE. Sic ipse forsan diuidet partus toros.

410 NVT. Famula illa trahitur interim donum tibi.

DE. Hic quem per vrbes ire præclarum vides,

Et vincta tergo spolia gestantem fera,

Qui regna miseris donat, & celsis rapit,

Vastâ gravatus horridam claua manum,

415 Cuius triumphos ultimi Seres canunt,

Et quisquis alius orbe conseperto iacet:

Leuis est, nec illum gloria stimulat decor.

Errat per orbem, non ut æquetur Ioui,

Nec ut per vrbes magnus Argolicas eat:

420 Quod amet requirit, virginum thalamos petit.

Si qua est negata, rapitur; in populos furit;

Nuptas ruinis quarit: & vitium impotens,

Virtus vocatur; cecidit Oechalia inclyta,

- Vnusq³ Titan vidit atque vnus dies
 425 Stantem & cadentem causa bellandi est amor.
 Toties timebit, Herculi natam parens
 Quoties negabit; hostis est, quoties socer
 Fieri recusat, si gener non est, furit.
 Post hæc quid istas innocens seruo manus?
 430 Donec furem simulet, ac saua manu
 Intendat arcus, meq³ natumq³ opprimat?
 Si coniuges expellit Alcides suas,
 Hæc sunt repudia? nec potest fieri nocens;
 Terris videri sceleribus causam suis
 435 Fecit nouercam. quid stupes segnis furor?
 Scelus occupandum est; perge dum feruet manus.
 NVT. Perimes maritum? DE. pellicis certè mea.
 NV. At Ioue creatum. DE. nempe & Alcmônâ satû.
 NV. Ferrone? DE. ferro. N. si nequis? DE. perimã dolo.
 440 NV. Quis iste furor est? DE. quem meus cõiux docet.
 NV. Quem nec nouerca potuit, hunc perimes virû.
 DE. Cælestis ira quos premit, miseros facit;
 Humana nullos. NV. parce miseranda, & time.
 DE. Contempsit omnes ille, qui mortem prius.
 445 Libet ire in enses. NVT. maior admissio tuus
 Alumna dolor est, culpa par odium exigat.
 Cur saua modicis statuis? vt passa es, dole.
 DE. Leue esse credis pellicis nupta malum?
 450 Quidquid dolorem pascit, id nimium puta.
 NVT. Amórne clari fugit Alcida tibi?
 DE. Non fugit, altrix remanet, & penitus sedet
 Fixus medullis, crede; sed magnus dolor,
 Iratus amor est. NVT. artibus magicis ferè
 Coniugia nupta precibus admistis ligant.
 455 Vernare iussi frigore in medio nemus;

- Missumq; fulmen stare, concussi fretum
 Cessante vento; turbidum explicui mare;
 Et sicca tellus fontibus patuit nouis;
 Habuere motum saxa; discussi fores;
 460 Vmbra stetitistis & meâ iussi prece
 Manes loquuntur; sonuit infernus canis;
 Mare, terra, calum, & tartarus seruit mihi,
 Nox media solem vidit, & noctem dies;
 Nihilq; leges ad meos cantus tenet.
 465 Flectemus illum, carmina inuenient iter.
 DE. Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala
 Sub rupe Pindus, aut ubi inueniam malum,
 Cui cedat ille? carmine in terras mago
 Descendat astris luna desertis licet,
 470 Et bruma messes videat, & cantu fugax
 Stet deprehensum fulmen, & versa vice
 Medius coactis fugerit stellis dies,
 Non flectet unum. NVT. vicit & superos amor.
 DE. Vincetur uni forsân, & spoliû dabit,
 475 Amorq; summus fiet, Alcida labor.
 Sed te per omne calitum numen precor,
 Per hunc timorem, quidquid arcani adpara,
 Penitus recondas, & fide tacita premas.
 NVT. Quid istud est quod esse secretum iubes?
 480 DE. Non tela sunt, non arma, non ignis mina.
 NVT. Prastare fateor posse me tacitam fidem,
 Si scelere careat; interim scelus est fides.
 DE. Circumspice, agedum, nequis arcana occupet;
 Partemq; in omnem vultus inquirens eat.
 485 NVT. En locus ab omni tutus arbitro vacat.
 DE. Est in remoto regia sedis loco
 Arcana tacitus nostra defendens specus:

- Non ille primos accipit soles locus,
 Non ille seros, cum ferens Titan diem,
 490 Lassam rubenti mergit Oceano rotam:
 Illic amoris pignus Herculei latet.
 Altrix fatebor, Nessus est auctor mali,
 Quem grauida nubes Thessalo genuit duci,
 Quà celsus astris inserit Pindus caput,
 495 Vltraq; nubes Othrys educus riget.
 Namque ut subactus Herculis claua horrida
 Achelous, omnes facilis in species dari,
 Tandem peractis omnibus patuit feris,
 Vnoq; turpe subdidit cornu caput;
 500 Me coniugem dum victor Alcides habet,
 Repetebat Argos; forte per campos vagus
 Euenus altum gurgitem & pontum ferens,
 Iam penè summis turbidus ripis erat;
 Transire Nessus vorticem solitus vadis,
 505 Precium poposcit; meq; iam dorso ferens,
 Quà iungit hominem spina deficiens equo,
 Frangebatur ipsas fluminis tumidi minas.
 Iam totus undis Nessus exierat ferox,
 Medioq; adhuc errabat Alcides vado,
 510 Vasto rapacem vorticem scindens gradu.
 Ast ille ut esse vidit Alcidem procul,
 Tu prada nobis, inquit, & coniunx eris.
 Prohibetur undis, meq; complexam ferens
 Gressum citabat, non tenent unda Herculem;
 515 Infide vector, inquit, immisti licet
 Ganges & Ister vallibus iunctis eant.
 Vincemus ambos, consequar telo fugam.
 Praecessit arcus verba; tum longum ferens
 Arundo vulnus tenuit harentem fugam,

- 520 Mortemq; fixit. ille iam quarens diem,
 Tabem fluentis Vulneris dextrâ excipit,
 Traditq; nobis unguia insertam suâ,
 Quam fortè seua sciderat auulsam manu.
 Tum verba moriens addit; Hoc, inquit, mage
- 525 Dixere amorem posse defigi malo.
 Hoc docta Mycale Thessalas monuit nurus,
 Vnam inter omnes luna quam sequitur magan,
 Astris relictis. inlitas vestes dabis
 Hac, inquit, ipsa tabe, si pellex tuos
- 530 Inuisa thalamos tulerit, & coniux leuis
 Aliam parenti dederit alti sono nurum.
 Hoc nulla lux conspiciat, hoc tenebra tegant
 Tantùm remota. sic potens vires suas
 Sanguis tenebit. verba deprehendit quies,
- 535 Mortemq; lassis intulit membris sopor.
 Tu, quam meis admittit arcanis fides,
 Perge, ut nitentes virus in vestes satum,
 Mentem per artus adeat, & tactu intimas
 Intret medullas. NVT.ocyus iussa exsequar
- 540 Alumna; precibus tu Deum inuictum aduoca,
 Qui certa tenerâ tela dimittit manu.
 DE. Te te precor, quem mundus & superi timent,
 Et æquor, & qui fulmen Ætneum quatit,
 Timende matri teliger seua puer,
- 545 Intende certa spiculum velox manu:
 Non è sagittis leuibus; è neruo, precor,
 Grauiore profer, quod tua nondum manus
 Misere in aliquem; non leui telo est opus,
 Ut amare possit Hercules; rigidas manus
- 550 Intende, & arcum cornibus iunctis para.
 Nunc nunc sagittâ prome, qua quondam horridus

Iouem petisti; fulmine abiecto Deus
 Cùm fronte subita tumuit, & rapidum mare
 Taurus puella vector Assyria scidit.

- 555 Immitte amorem, vincat exempla omnia;
 Amare discat coniuges, si quas decor
 Immisit Ioles pectori Herculeo faces,
 Extingue totas. perbibat flammam mei.
 Tu fulminantem saepe domuisti Iouem,
 560 Tu furua nigri sceptrum gestantem poli,
 Turba ducem maioris, & dominum Stygis.
 Tu, qui nouerca es grauior irata deus,
 Cape hunc triumphum, solus euince Herculem.
 NVT. Prolata vis est, quæq; Palladia colu
 565 Lassauit omnem texta famularem manum.
 Nunc congeratur virus, ut vestis bibat
 Herculeam pestem; precibus augebo malum.
 In tempore ipso gnauus occurrit Lycas;
 Celandam vis est, illa ne pateant mala.
 570 DE. O, quod superba non habent unquam domus.
 Fidele semper regibus nomen, Lyca,
 Cape hos amictus, nostra quos neut manus,
 Dum vagus in orbem fertur, & victus mero
 Tenet feroci Lydiam gremio nurum.
 575 Nunc poscit Iolem; sed iecur fors horridum
 Flectam emerendo. merita vincunt & malos.
 Non antè vestes induat coniux iube,
 Quàm thure flammam spargat, & poscat deos
 Canam rigentem populo vinctus comam.
 580 Ipsa ad penates regiones gressus feram,
 Precibusq; amoris horridi matrem colam.
 Vos quas paternis extuli comites focis,
 Calydonia, deflete lugendas vices.

- 585 **F** Lemus casus Oenei tuos,
 Comitum primos turba per annos,
 Flemus dubios miseranda toros.
 Nos Acheloi tecum solita
 Pulsare vadum, cum iam tumidas
 Vere peracto poneret undas,
 590 Gracilisq; vado serperet a quos;
 Nec precipitem volueret amnem
 Flauus rapido fonte Lycormas;
 Nos Palladias ire per aras,
 Et virgineos celebrare choros,
 595 Nos Cadmeis orgia ferre
 Tecum solita condita cistis,
 Cum iam pulso sidere bruma
 Tertia soles euocat a stas,
 Et spicifera concessa dea
 600 Attica mystas clausit Eleusis.
 Nunc quoq; fatum quodcunq; times,
 Fidas comites accipe fati.
 Nam rara fides, ubi iam melior
 Fortuna ruit.
 605 Tu quicumque es, qui sceptrum tenes,
 Licet omne tua vulgus in aula
 Centum pariter limina pulset;
 Cum tot populis stipatus eas,
 In tot populis vix una fides.
 610 Tenet auratum limen Erinnyis,
 Et cum magne patuere fores,
 Intrant fraudes, cautiq; doli.
 Ferrumq; latens; cumq; in populos
 Prodire parant, comes inuidia est.

- 615 Noctem quoties submouet Eos,
Regem toties credite nasci.
Pauci reges, non regna, colunt,
Plures fulgor conuocat aula.
Cupit hic regi proximus ipsi
- 620 Clarus claras ire per vrbes:
Vrit miserum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Istri, nec tota sitim
- 625 Lydia vincit; nec qua zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec si totus seruiat Hebrus;
Ruraq; diues cingat Hydaßpes;
- 630 Intraq; suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis auidis natura parum est.
Colit hic reges, regumq; lares,
Non ut presso vomere semper
- 635 Nunquam cesset curuus arator,
Vel mille secent arua coloni,
Solas optat, quas donet, opes.
Colit hic reges, calcet ut omnes.
Perdatq; aliquos, nullumq; leuet;
- 640 Tantum ut noceat, cupit esse potens.
Quota pars moritur tempore fati,
Quos felices Cynthia vidit,
Vidit miseros abitura dies.
Rarum est, felix, idemq; senex.
- 645 Cesspes Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos.

- Aurea rumpunt tecta quietem,*
Vigileſq; trahit purpura noctes.
O ſi pateant peſtora ditum,
 650 *Quantos intus ſublimis agit*
Fortuna metus ! Brutia coro
Pulſante fretum mitior vnda eſt.
Peſtora pauper ſecura gerit.
Tenet è patula pocula ſago,
 655 *Sed non trepida tenet ipſa manu,*
Carpit faciles vileſq; cibos,
Sed non ſtriſtos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.
Coniux modico nupta marito
 660 *Non diſpoſito clara monili,*
Geſtat pelagi dona rubentis,
Nec gemmiſeras detrahit aures
Lapis Eoà lectus in vnda,
Nec Sidonio mollis ahenò
 665 *Repetita bibit lana rubores;*
Nec Maonià diſtinguit acu,
Qua Phœbeis ſubditus euris
Legit Eois. Ser arboritus;
Qualibet herba tinxere colos,
 670 *Quas indocta neuere manus;*
Sed non dubios fouet illa toros.
Sequitur dira lampade Erinnys,
Quorum populi coluere diem.
Nec ſibi felix pauper habetur,
 675 *Niſi felices cecidiſſe videt.*
Quiſquis medium deſugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit vnum præbere diem,

- Patriosq³ puer concitat axes,
 680 Nec per solitum percurrit iter,
 Sed Phœbeis ignota secat
 Sidera flammis, errante rotâ,
 Secum pariter perdidit orbem.
 Medium cœli dum sulcat iter,
 685 Tenuit Latias Dædalus oras,
 Nulliq³ dedit nomina ponto.
 Sed dum volucres vincere veras
 Icarus audet, patriasq³ puer
 Despicit alas, Phœboq³ volat
 690 Proximus ipsi, dedit ignoto
 Nomina ponto.
 Malè pensantur magna ruinis.
 Felix alius magnusq³ volet,
 Me nulla vocet turba potentem,
 695 Stringat tenuis littora puppus,
 Nec magna meos aura phaselos
 Iubeat medium scindere pontum.
 Transit tutos fortuna sinus,
 Medioq³ rates quarit in alto,
 700 Quarum feriunt suppara nubes.
 Sed quid pauido territa vultu,
 Qualis Baccho saucia Thyas,
 Fertur rapido regina gradu?
 Quæ te rursus fortuna rotat,
 705 Miseranda, refer. licet ipsa neges,
 Vultus loquitur quodcumque tegis.

ACTVS TERTIVS.

DEIANIRA. CHORVS.

V Agus per artus errat excussos tremor,
 Erectus horret crinis, impulsis adhuc

- Stat terror animis, & cor adtonitum salit,
 710 *Pavidumq; trepidis palpitat venis iecur.*
Vt fractus austropontus etiam nunc tumet,
Quamuis quiescat languidis ventis dies;
Ita mens adhuc vexatur excusso metu.
Semel profecto premere felices Deus
- 715 *Cum coepit, urget. hos habent magna exitus.*
 CH. *Quis tam impotens, ô misera, te casus rotat?*
 DE. *Vt missa palla est, tabe Nessæ inlita,*
Thalamisq; demens intuli gressum meis,
Nescio quid animus timuit, & fraudem struit.
- 720 *Libet experiri solibus virus ferum*
Flammisq; Nessus sanguinem ostendi arcuit.
Hic ipse fraudes esse pramonuit Deus.
Et forte nulla nube respersus iubar
Laxabat ardens feruidum Titan diem;
- 725 *Vix ora solui, patitur etiam nunc timor!*
Medios in ignes solis, & claram facem
Quo tincta fuerat palla, vestisq; inlita,
Abiectus horret sanguis, & Phœbi comâ
Tepefactus ardet; vix queo monstrum eloqui.
- 730 *Nives ut eurus soluit, aut tepidus notus*
Quas vere primo lubricus perdit Mimas?
Vtq; euolutos frangit Ionio salo
Obposita fluctus Leucas; & laxus tumor
In littore ipso spumat, aut caelestibus
- 735 *Adpersa tepidis thura laxantur focis;*
Sic languet omne virus, & perdit comam.
Dumq; ipsa miror; causa mirandi perit.
Quin ipsa tellus spumeos motus agit,
Et quidquid illa tabe contactum est, labat.

*

*

*

740 Tumensq; tacita sequitur, & quassat caput.
Natum pauentem cerno & ardentipede
Gressus ferentem. Prome quid portes noui.

HYLLVS. DEIANIRA. NVTRIX.

I, profuge, quare si quid vltcrius patet
Terris, freto, sideribus, Oceano, inferis;
745 Vltra labores mater Alcida fuge.

DE. Nescio quod animus grande presagit malum.

HYL. Regna, triumphata, templa Iunonis pete;
Hac tibi patent; delubra praelusa omnia.

DE. Effare, qui me casus in fontem premat.

750 HYL. Decus illud orbis, atque presidium vnicum,
Quem fata terris in locum dederant Iouis,
O mater, obiit, membra, & Herculeos toros
Vrit lues Nessæa: qui domuit feras,
Ille ille victor vincitur, mæret, dolet.

755 Quid quaris vltra? DE. miseras properant suas
Audire miseri. fare, quo posita in statu
Iam nostra domus est. ô lares, miseri lares?
Nunc vidua, nunc expulsa, nunc feror obruta?

HYL. Non sola mæres; Hercules toto iacet

760 Mundo gemendus. fata ne mater tua

ad hanc Priuata credas, iam genus totum obstrepet.
Hunc eiulatu, quem gemis, cuncti gemunt.
Commune terris omnibus pateris malum;
Luctum occupasti prima. non sola Herculem

765 Miseranda mæres. DE. quàm propè à letho tamen,
Ede ede, quæso, iaceat Alcides meus.

a m. And. d. m. Orate HYL. Mors refugit illum, victa quæ in regno suo
Semel est, nec audent fata tam vastum nefas
Admittere. ipsa forsitan trepidâ colos

770 Clotho manu proiecit, & fatum Herculis

*Timet peragere. pro diem, infandum diem,
Hocne ille somno magnus Alcides ijt*

Ad fata, & umbras, atque peiorem polum?

DE. *Præcedere illum dicis? an possum prior*

775 *Mortem occupare? fare, si nondum occidit.*

HYL. *Euboica tellus vertice immenso tumens*

Pulsatur omni parte: Phryxæum mare

Scindit Caphareus; seruit hoc austro latus;

At qua, niuosi patitur aquilonis minas,

780 *Euripus undas flectit instabiles vagus,*

Septemq; cursus flectit, & totidem refert,

Dum lassâ Titan mergat Oceano iuga;

Hic rupe celsa, nulla quam nubes ferit,

Annosa fulgent templa Caneï Iouis.

785 *Vt stetit ad aras omne votiuum pecus,*

Totumque tantis gemit armentis nemus;

Spolium Leonis sordidum tabo exsui,

Posuitq; claua pondus, & pharetrâ graues

Laxauit humeros: veste tunc fulgens tua

790 *Cana reuinctus populo horrentem comam,*

Succendit aras: Accipe has, inquit, focis

Non false messes genitor, & largo sacer

Splendescat ignis thure, quod Phæbum colens

Dives Sabæis conlegit truncis Arabs.

795 *Pacata tellus, inquit, & cœlum, & fretas*

Feris subactis omnibus victor redi,

Depone fulmen. gemitus in medias preces,

Stupente & ipso, cecidit? hic cœlum horrido

Clamore complet: qualis impressa fugax

800 *Taurus bipenni vulnus & telum ferens,*

Delubra vasto trepida mugitu replet.

Aut quale mundo fulmen emissum tonat;

Sic ille gemitus sidera & pontum ferit:

Et vasta Chalcis sonuit; & voces Cyclas

805 *Excepit omnis; hinc petra Capharides;*

Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.

Flentem videmus: vulgus antiquam putat

Rabiem redisse; tunc fugam famuli petunt.

At ille vultus ignea torquens face,

810 *Vnum inter omnes quarit & sequitur Lycam.*

Complexus aras ille tremebunda manu,

Vna Mortem metu consumpsit, & parum sui

Pœna reliquit. dumq; tremebundum manu

Tenuit cadauer, Hac manu, inquit, hac ferar,

815 *O fata! victus? Herculem perimit Lycas.*

Ecce alia clades, Hercules perimit Lycam.

Fata inquinantur; fiet hic summus labor.

In astra missus fertur, & nubes vago

Spargit cruore; talis in cœlum exsilit

820 *Arundo, Geticâ visa dimitti manu,*

Aut quam Cydon excussit; inferius tamen

Et tela fugient. corpus in pontum cadet;

In saxa cervix; funus ambobus iacet.

Resistite, inquit, non furor mentem abstulit.

825 *Furore grauius istud atque ira malum est.*

In me iuuat scire. vix pestem indicat,

Et scuit: artus ipse dilacerat suos,

Et membra vasta carpit auellens manu;

Exsuere amictus quarit; hoc solum Herculem

830 *Non posse vidi, trahere conatus tamen,*

Et membra traxit: corporis palla horridi

Pars est, & ipsa vestis immiscet cutem.

Nec causa dira cladis in medio patet:

Sed causa tamen est, vixq; sufficiens malo.

- 335 Nunc ore terram languidus prono ferit;
 Nunc poscit undas: unda non vincit malum.
 Fluctisona quarit littora, & pontum occupat.
 Famularis illum retinet errantem manus,
 O sortem acerbam, fuimus Alcida pares!
- 340 Nunc puppis illum littore Euboico refert,
 Austerq; lenis pondus Herculeum rapit.
 DE. Destituit animus membra: nox oculos premis.
 Quid anime cessas? quid stupes? factum est scelus.
 Natum reposcit Iuppiter, Iuno amulum:
- 345 Reddendus orbi est. quod potest reddi exhibe.
 Eat per artus ensis exactus meos.
 Sic sic agendum est. tam leues pœnas manus
 Tantis reposcit? tolle fulminibus socer
 Nurum scelestam: nec leui telo manus
- 350 Armetur; istud fulmen exiliat polo,
 Quo, ni fuisset genitus Alcides tibi,
 Hydram cremaesses: pestem ut insolitam feri.
 Et ut nouerca peius irata malum.
 Emitte telum quale in errantem prius
- 355 Phaëthonta missum est; perdidit erepto Hercule,
 Et ipsa populos. Quid rogas telum deos?
 Iam parce socero, coniugem Alcida necem
 Optare pudeat; hæc erit voto manus.
 A me petatur. occupa ferrum ocytus.
- 360 Cur deinde ferrum? quidquid in mortem trahit,
 Telum est abundè. rupe ab atheria ferar.
 Hæc, hæc, renatum prima qua poscit diem,
 Oeta eligatur, corpus hinc mitti placet.
 Abrupta cantes scindat, & partem mei
- 365 Ferat omne saxum, pendeant lacera manus,
 Totumq; rubeat asperi montis latus.

- La* *Leuis una mors est: leuis at extendi potest,*
Eligere nescis anime cui telo incubes.
Vtinam esset vtinam fixus in thalamis meis
- 870 *Herculeus ensis: huic decet ferro immori.*
Vna perire dextera nobis sat est?
Coite gentes: saxa & incensas faces
Iaculetur orbis; nulla nunc cesset manus:
Corripite tela: vindicem vestrum abstuli.
- 875 *Impunè saui sceptram iam reges gerent,*
Impunè iam nascetur indomitum malum.
Reddentur ara cernere adsuetæ hostiam
Similem colenti. sceleribus feci viam.
Ego vos tyrannas, regibus, monstris, feris,
- 880 *Sauisq; raptò vindice, obposui deis.*
Cessas Tonantis socia? non spargis facem,
Imitata fratrem, & mittis ereptam Ioui?
Meq; ipsa perdis? laus tibi erepta incluta est,
Ingenstr triumphus: amuli Iuno tui
- 885 *Mortē occupauit. NV. quid domū impulsam trahis?*
Erroris istuc omne quodcunque est nefas.
Haud est nocens, quicumque non sponte est nocens.
DE. Quicumque factò ignoscit, & parcit sibi,
Errare meruit, morte damnari placet.
- 890 *NVT. Nocens videri qui petit, mortem cupit.*
DE. Mors innocentes sola deceptos facit.
NVT. Titana fugies? DE. ipse me Titan fugit.
NV. Vitā relinques misera? DE. at Alcidem sequar.
NVT. Superest, & auras ille caelestes trahit.
DE. Vinci Hercules cum potuit, hinc coepit mori.
- 895 *NVT. Natum relinques, fataq; abrumpes tua?*
DE. Quacunque natum sepelit, hac vixit diu.
NVT, Virum sequeris? DE. prægredi casta solent.

- NVT. Si te ipsa damnas, sceleris & miseram arguis.
- 900 DE. Nemo nocens sibi ipse pœnas inrogat.
- NVT. Multis remissa est vita, quorum error nocēs,
Non dextra fuerat. sata quis damnat sua?
- DE. Quicumque fata iniqua sortitus fugit.
- NVT. Hic ipse Megaram nempe confixam suis
- 905 Strauit sagittis, atque natorum indolens
Lernæa figens tela furibunda manu,
Ter parricida factus; ignouit tamen
Sibi: nam furoris fonte Cyniphio scelus
Sub axe Libyco terfit, & dextram abluit.
- 910 Quo misera pergis? quid tuas damnas manus?
- DE. Damnat meas deuictus Alcides manus:
Fraudem placet punire. NVT. si noui Hercule
Aderit cruenti forsitan victor mali,
Dolorq; fractus cedit Alcida tuo.
- 915 DE. Exedit artus virus, ut fama est, Hydra:
Immersa pestis coniugis membra abstulit.
- NVT. Serpentis illud virus enecta autumas
Haud posse vinci, qui malum & vinum tulit?
Elisit Hydram, dente cum infixo stetit
- 920 Media palude victor, effuso obrutus
Artus veneno. sanguis hunc Nessi obprime
Qui vicit ipsas horridi Nessi manus?
- DE. Frustra tenetur ille, qui statuit mori:
Proinde lucem fugere decretum est mihi.
- 925 Vixit satis, quicumque cum Alcide occidit.
- NVT. Per has aniles ecce te supplex comas,
Atque vbera ista penè materna obsecro,
Depone tumidas pectoris lesi minas,
Mortisq; dira expelle decretum horridum.
- 930 DE. Quicumque misero fortè dissuadet mori,

- Crudelis illi est. NVT. Interim pœna est mori.*
DE. Sed sape donum in pluribus venia fuit.
NVT. Defende saltem dexteram infelix tuam.
Fraudisq; facinus esse, non nupta sciat.
 935 *DE. Defendar illic, inferi soluent ream,*
A me me ipsa damnor, purget has Pluto manus.
Stabo ante ripas immemor Lethe tuas,
Et vmbra tristis coniugem excipiam meum.
Sed tu, nigrantis regna qui torques poli,
 940 *Para laborem. scelera qua quisque ausus est,*
Hic vicit error. Iuno non ausa Herculem est
Eripere terris. horridam pœnam para.
Sisyphia ceruix cesset, & nostros lapis
Impellat humeros. me vagus fugiat latex,
 945 *Meamq; fallax vnda deludat sitim.*
Merui manus præbere turbinibus tuis,
Quacunque regem Thessalum torques rota.
Effodiat avidus hinc & hinc vultur fibras.
Vacet vna Danais, has ego explebo vices.
 950 *Laxate manes. recipe me comitem tui*
Phasiaca coniux, peior hac, peior tuo
Vtroque dextra est scelere, seu mater nocens,
Seu dira soror es. adde me comitem tuis
Treicia coniux sceleribus. natam tuam
 955 *Althæa mater recipe; nunc veram tuam*
Agnosce prolem: quid tamen tantum manus
Vestra abstulerunt? claudite Elysiū mibi.
Quacunque fide coniuges nemoris sacri
Lucos tenetis. si qua respersit manus
 960 *Viri cruore, nec memor casta facis*
Stricto cruenta Belias ferro stetit,
In me suas cognoscat & laudet manus:

- In hanc abire coniugum turbam libet.
Sed & illa fugiet turba tam diras manus;*
- 965 *Inuicte coniux, innocens animus mihi,
Scelestas manus est. prò nimis mens credula,
Prò Nesse fallax! namque semiferi dolis
Auferre cupiens pellici, eripui mihi.
Recede Titan, tuq; qua blanda tenes*
- 970 *In luce miseros, vita caritura Hercule;
Lux vilis ista est. exigam pœnas tibi.
Reddamq; vitam. fatane extendam mea?
Mortemq; coniux in tuas seruem manus?
Virtusne superest aliqua? Sarmatica & manus*
- 975 *Intendere arcum tela missurum valet?
In arma cessant, teq; languenti manu
Non audit arcus? si potes letum dare
Animose coniux, dexteram expecto tuam.
Mors differatur. frange vt in fontem Lycam;*
- 980 *Alias in vrbes sparge; & ignotum tibi
Emitte in orbem; perde vt Arcadia nefas,
Et quidquid aliud restitit. ab illis tamen
Coniux redisti. HYL. parce iam mater precor;
Ignosce fatis. error à culpa vacat.*
- 985 *DE. Si vera pietas, Hylle, quærenda est tibi,
Iam perime matrem. pauida quid tremuit manus?
Quid ora flectis? hoc erit pietas scelus.
Ignaue dubitas? Herculem eripui tibi:
Hæc hæc peremit dextra, cui debes patri*
- 990 *Auum Tonantem; manus eripui decus,
Quam in luce tribui. si tibi ignotum est nefas,
A matre disce: seu tibi iugulo placet,
Mersisse ferrum, siue maternum libet.
Inuadare uterum; mater intrepidum tibi*

- 995 Præbebit animum; non erit totum scelus
 A te peractum: dextera sternar tua,
 Sed mente nostra. natus Alcida times?
 Ita nulla peragas iussa, nec frangens mala
 Erres per orbem; si qua nascetur fera,
- 1000 Referas parentem. dexteram intrepidam para:
 Patet ecce plenum pectus ærumnis, feri.
 Scelus remitto: dextera parcunt tua
 Eumenides ipsa; verberum crepuit sonus.
 Quenam ista torquens argue vipereo comam
- 1005 Temporibus atras squallidis pinnas quatit?
 Quid me flagrante dira persequeris face,
 Megara? pœnas poscit Alcides, dabo.
 Iamne inferorum, diua, sedere arbitri?
 Sed ecce diras carceris video fores.
- 1010 Quis iste saxum immane detritis gerit
 Iam senior humeris? ecce iam vectus lapis
 Quærit relabi. membra quis præbet rota?
 Hic ecce pallens dira Tisiphone stetit,
 Causam poposcit. parce verberibus precor,
- 1015 Megara, parce, sustine Stygias faces.
 Scelus est amoris. sed quid hoc? tellus labat;
 Et aula testis crepuit excessis. minax
 Unde iste cœtus? totus in vultus meos
 Decurrit orbis? hinc & hinc populi fremunt,
- 1020 Totusq; poscit vindicem mundus suum.
 Iam parcite vrbes. quò fugam præceps agam?
 Mors sola portus, dabitur ærumnis locus.
 Testor nitentis flammeam Phœbi rotam,
 Superosq; testor, Herculem terris adhuc
- 1025 Moritura linquo. HYL. fugit adtonita, hei mihi!
 Peracta iam pars matris est, statuit mori.

Nunc nostra superest. mortis aufero impetum;

O misera pietas! si mori matrem vetas,

Patri es scelestus; si mori pateris tamen,

1030 In matre peccas. surgit hinc illinc nefas.

Inhibenda tamen est: pergam, & eripiam scelus.

C H O R V S.

Choriambici Glyconij.

V Erum est quod cecinit sacer

Thressæ sub Rhodopes iugis,

Tangens Pieriam chelym,

1035 Orpheus, Calliopa genus:

Æternum fieri nihil,

Illius stetit ad modos

Torrentis rapidi fragor,

Oblitusq; sequi fugax,

1040 Amisit liquor impetum:

Et dum fluminibus mora est,

Defecisse putant Geten

Hebrum Bistones ultimi.

Aduexit volucres nemus,

1045 Et silua residens venit;

Aut si qua aëra peruolat,

Auditis vaga cantibus

Ales deficiens cadit.

Abrupit scopulos Athos,

1050 Centauris obitum ferens;

Et iuxta Rhodopen stetit

Laxata niue cantibus.

Et quercum fugiens suam,

Ad vatem properat Dryas,

1055 Ad cantus veniunt suis

Ipse cum latebris fera.

- Iuxtaq³ impavidum pecas
 Sedit Marmaricus leo.
 Nec dama trepidant lupos.*
- 1060 *Es serpens latebras fugit
 Tunc oblita veneni.
 Quin per Tenarias fores,
 Manes cum tacitos adIt,
 Mœrentem feriens chelym,*
- 1065 *Cantu tartara flebili
 Et tristes Erebi deos
 Mouit: nec timuit Stygis
 Iuratos superis lacus.
 Hæsit non stabilis rota*
- 1070 *Victo languida turbine.
 Increuit Tityi iecur,
 Dum cantus volucres tenet.
 Audito quoque nauita
 Inferni ratis æquoris*
- 1075 *Nullo remigio venit.
 Tunc primum Phrygius senex
 Vndis stantibus immemor
 Excussit rabidam sitim,
 Nec pomis adhibet manus.*
- 1080 *Sed cum linqueret inferos
 Orpheus carmina fundens,
 Et vinci lapis improbus,
 Et vatem potuit sequi;
 Consumptas iterum deæ*
- 1085 *Supplent Eurydices colos.
 Sed dum respicit immemor,
 Nec credens sibi redditam
 Orpheus Eurydicem sequi,*

Cantus pramia perdidit.

- 1090 *Qua nata est iterum perit.
Tunc solamina cantibus
Quarens flebilibus modis,
Hæc Orpheus cecinit Getis:
Leges in superos datas,*
- 1095 *Et qui tempora dirigens
Quatuor præcipites Deus
Anni disposuit vices,
Nulli non avidas polo
Parcas stamina neçtere.*
- 1100 *Quod natum est poterit mori.
Vati credere Thracio
Deiçtus iubet Hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cum veniet dies;*
- 1105 *Australis polus obruet
Quidquid per Libyam iacet,
Et sparsus Garamas tenet:
Arçtous polus obruet
Quidquid subiacet axibus,*
- 1110 *Et siccus boreas ferit.
Amissum trepidus polo
Titan excutiet diem.
Cali regia concidet,
Certos atque obitus trahet.*
- 1115 *Atque omnes pariter deos
Perdet mors aliqua & chaos
Et mors fata nouissima
In se constituet sibi.
Quis mundum capiet locus?*
- 1120 *Discedet via tartari,*

Stratis vt pateat polis?

An quod diuidit athera

A terris spatium, sat est,

Et mundi nimium malis?

1125 *Quis tantum capiet nefas*

Fratrum? quis superis locus?

Pontum, sidera, tartara,

Regna vnus capiet tria.

Sed quis non modicus fragor

1130 *Aures attonitas mouet?*

Est est Herculeus sonus.

ACTVS QVARTVS.

Trimetri & Anapastici.

HERCVLES. CHORVS.

Conuerte Titan clare, anhelantes equos,

Emitte noctem. pereat hic mundo dies,

Quo moriar: atra nube inhorrescat polus.

1135 *Obsta Nouerca. Nunc pater cæcum chaos*

Reddi decebat: hinc & hinc compagibus

Ruptis vterque debuit frangi polus.

Quid parcis astris? Herculem amittis pater.

Nunc partem in omnem Iuppiter specta poli,

1140 *Ne quis gigas Thessalica iaculetur iuga,*

Et fiat Othrys pondus Encelado leue.

Laxabit atri carceris iam iam fores

Pluton superbus: vincula excutiet patri,

Calumq; reddet, ille, qui pro fulmine

1145 *Tuisq; facibus natus in terris eram,*

Ad Styga reuertor. surget Enceladus ferox,

Mittetq; quo nunc premitur, in superos onus.

Regnum omne genitor atheris dubium tibi

Mors nostra faciet, antequam spoliū tui

1150 *Calum omne fiat, conde me tota pater
Mundi ruina; frange, quem perdis, polum.*

CH. *Non vana times nate Tonantis;
Iam Thessalica Pelion Ossa
Premet; & Pindo congestus Athos*

1155 *Nemus atheriis inseret astris.
Vincet scopulos inde Typhœus,
Et Tyrrhenam feret Inarimer.
Feret Ætnaos inde caminos,
Scindetq; latus montis aperti,*

1160 *Nondum Enceladus fulmine victus,
Iam te cali signa sequentur.*

HER. *Ego, qui relicta morte, contempta Styge,
Per media Lethes stagna cum spolio redi,
Cum penè trepidis excidit Titan equis;*

1165 *Ego, quem deorum regna senserunt tria,
Moriôr; nec ullus per meum stridit latus
Transmissus ensis; haud mea telum necis
Saxum est, nec instar montis abrupti latus,
Aut totus Othrys; non truci vultu Gyges*

1170 *Pindo cadauer obruit toto meum.
Sine hoste vincor; quodq; me torquet magis,
(O misera virtus) summus Alcida dies
Nullum malum prosternit impendo, hei mihi.
In nulla vitam facta. Prò mundi arbiter,*

1175 *Superiq; quondam dextera testes meæ!
Prò cuncta tellus, Hercules vestri placet.
Mortem perire? dirus ô nobis pudor!
O turpe fatum! femina Herculeæ necis
Auctor feretur, auctor Alcides quibus!*

1180 *Inuidta si me cadere feminea manu
Voluere fata, perq; tam turpes colos*

- Mea mors cucurrit, cadere potuiffem, hei mihi,
Iunonis odio. femina caderem minis,
Sed calum habentis. si nimis superis fuit;
- 1185 Scythico sub axe genita domuiffet meas
Vires Amazon. femina cuius manu
Iunonis hostis vincor? hinc grauior tui
Nouerca pudor est. quid diem hunc latum vocas?
Quid tale tellus genuit irata tibi?
- 1190 Mortalis odia femina excessit tua.
Adhuc fremebas esse te Alcida parem,
Victa es duobus; pudeat irarum deos.
Vtinam meo cruore satiasset suos
Nemaea rictus pestis! aut centum anguibus
- 1195 Vallatus Hydram tabe pauiffem mea.
Vtinam fuiffem prada Centauris datus!
Aut inter umbras vincētus, aeterno miser
Saxo sederem! spolia cum traxi vltima
Fato stupente. tunc ab inferna Styge
- 1200 Lucem recepi, Ditis euici moras:
ad vltimam
note Vbique me mors fugit, vt leto inclyto
Fortis carerem. pro fera victa, o fera!
Non me triformis sole conspecto canis
Ad Styga reduxit: non sub Hesperio polo
- 1205 Ibera vicit turba pastoris feri;
Aluorhe
gex dda. Non gemina serpens. perdididi mortem, hei mihi,
Toties honestam. titulus extremus quis est?
CH. Viden', vt laudis conscia virtus
Non Lathos horreat annes?
- 1210 Pudet auctoris, non morte dolet.
Cupit extremum finire diem
Vasta pressus mole gigantum,
Et mortiferum Titana pati,

Rabidæq; necem debere fera.

1215 *Si tua causa est miseranda necis,
Quod nulla fera est, nullusq; gigas,
Iam quis dignus necis Herculeæ
Supereſt auctor, niſi dextra tui?*

HER. *Eheu quis intus ſcorpium, quis feruidæ*

1220 *Plagâ reuulſus cancer infixus meas
Vrit medullas? ſanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Diſtendit: ardet felle ſiccato iecur,
Totumq; lentus ſanguinem auexit vapor.*

ſect. de Hinc

1225 *Primam cutem conſumpſit, hinc aditus neſas
In membra fecit, abſtulit coſtis latus:
Exedit artus penitus, & totas malum
Hauſit medullas, oſſibus vacuis ſedet.*

1230 *Diſcuſſa ruptis mole conlapſâ fluunt.
Defecit ingens corpus, & peſti ſatis
Herculeæ non ſunt membra. præ quâ tum eſt malû.
Quod eſſe vaſtum fateor! ô dirum neſas!
En cernite vrbes, cernite ex illo Hercule*

1235 *Quid iam ſuperſit. Herculem agnoſcis pater?
His ego lacertis ſpolia Nemeæi mali
Eliſa preſſi? tenſus hac arcus manu
Aſtris ab ipſis detulit Stympthalidas?
His ego citatam greſſibus vici feram,*

1240 *Radiante clarum fronte geſtantiem caput?
His fracta Calpe manibus eliſit fretum?
His tot fera, tot ſcelera, tot reges iacent?
His mundus humeris ſedit? hac moles mei eſt?
Hac illa ceruix? has ego oppoſui manus*

1245 *Calo ruenti? cuius ô cuſtos manu!*

Trabe-

*Trahetur ultra Stygius? ubi vires prius
In me? sepulta. quid patrem adpello Iouem?*

*Quid per Tonantem vendico calum mihi?
Iam iam meus credetur Amphitruo pater.*

1250 *Quacunque pestis viscere in nostro lates,
Procede; quid me vulnere occulto petis?
Quis te sub axe frigidus pontus Scythes,
Quæ pigra Tethys genuit? aut Maurum premens
Ibera Calpelittus? ô dirum malum!*

1255 *Vtrumne serpens, squallidum cristâ caput
Vibrans, an aliquod est mihi ignotum malum?
Numquid cruore es genita Lernaæ fera?
An te reliquit Stygius in terris canis?
Omne es malum, nullumq; quis vultus tibi est?*

1260 *Concede satem scire quò peream malo.
Quacunque pestis, siue quacunque es fera,
Palam timeres. quis tibi in medias locum
Fecit medullas? ecce dirupta cute
Viscera manus detexit, Ulterior tamen*

1265 *Inuenta latebra est, ô malum simile Herculi!
Vnde iste fletus? vnde in has lacrymæ genas?
Inuictus olim vultus, & numquam malis
Lacrymas suis præbere consuetus; pudet;
Iam flere didicit. quis dies fletum Herculis,*

1270 *Quæ terra vidit? siccus ærumnas tuli.
Tibi illa virtus, quæ tot elisit mala,
Tibi cessit vni; prima, & ante omnes mihi
Fletum abstulisti, durior saxo horrido,
Et chalybe vultus, & vaga Symplegade,*

1275 *Rictus meos infregit, & lacrymam extulit:
Flentem, gementem, summe protector poli
Me terra vidit: quodq; me torquet magis,*

*Nouerca vidit. Vrit ecce iterum fibras;
Incaluit ardor. vnde nunc fulmen mihi?*

1180 CHO. *Quid non possit superare dolor?*

*Quondam Getico durior Hamo,
Nec Parrhasio lentior axe,
Sæuo cessit membra dolori:*

Fessumq; mouens per colla caput

1185 *Latus alterno pondere flectit,*

Fletum virtus sæpe resorbet,

Sic arctæas laxare niues,

Quamuis tepido sidere Titan,

Non tamen audet, vicitq; faces

1190 *Solis adusti glaciale iubar.*

HERCVLES. ALCMENA.

Conuerte vultus ad meas clades pater.

Nunquam ad tuas confugit Alcides manus,

Non cum per artus Hydra secundum meos

Caput implicaret. inter infernos lacus

1195 *Possessus atra nocte cum fato steti,*

Nec inuocaui. tot feras vici horridas,

Reges, tyrannos; non tamen vultus meos

In astra torsti. semper hæc nobis manus

Votum spondit. nulla propter me sacro

1300 *Micuere cælo fulmina. hic aliquid dies*

Optare iussit. primus audierit preces,

Idemq; summus; unicum fulmen peto.

Giganta crede: non minus cælum mihi

Adserere potui: dum patrem verum puto,

1305 *Cælo peperci. siue crudelis pater,*

Siue es misericors, commoda nato manum.

Propera ante mortem, & occupa hanc laudem tibi.

Vel, si piget, manusq; detrectat nefas,

- Emitte Siculo vertice ardentem, pater,
 1310 Titanas in me, qui manu Pindum ferant,
 Aut te Ossa, qui me monte proiecto obprimant.
 Abrumpe & Erebi claustra. me stricto petat
 Bellona ferro; mitte Graduum trucem;
 Armetur in me dirus, & frater quidem,
 1315 Sed ex nouerca. tu quoque Alcida soror,
 Tantum ex parente, cuspidem in fratrem tuum
 Iaculare Pallas. supplices tendo manus
 Ad te nouerca: sparge tu saltem, precor,
 Telum; perire femina possim manu.
 1320 Iam fracta, iam satiata, quid pascis minas?
 Quid queris ultra? supplicem Alciden vides.
 Et nulla tellus, nulla me vidit fera
 Te deprecantem; nunc mihi iratâ quidem
 Opus est nouercâ; nunc tuus cessat dolor,
 1325 Nunc odia ponis, parcis, ubi vetum est mori?
 O terra & vrbes, non facem quisquam Herculi,
 Non arma tradet? tela subtrahitis mihi?
 Ita nulla sauas terra concipiat feras
 Post me sepultum nec meas unquam manus
 1330 Imploret orbis: si qua nascetur fera,
 Nascatur alius. undique infelix caput,
 Mactate saxi, vincite arumnas meas.
 Ingrate cessas orbis? excidimus tibi?
 Adhuc malis ferisq; subpositus fores,
 1335 Ni me tulisses; vindicem vestrum malis
 Eripite populi. tempus hoc vobis datur.
 Pensate merita: mors erit pretium omnium.
 AL. Quas misera terras mater Alcida petam?
 Vbi natus, ubi inam est? certa si visus notat,
 1340 Reclinis ecce corde anhelanti aestuat.

- Gemit: peractum est: membra complecti ultima
 O nate liceat; spiritus fugiens meo
 Legatur orbe! brachia in amplexus cape.
 Vbi membra sunt? ubi illa, qua mundum tulit,
 1345 Stelligera cervix: quis tibi exiguum tui
 Partem reliquit? HER. Herculem spectas quidem
 Mater, sed umbram & vile nescio quid mei
 Agnosce mater: ora quid flectis retro,
 Vultumq; mœrens? Herculem dici tuum
 1350 Partum erubescis? AL. quis feram mundus novam,
 Qua terra genuit? quodve tam dirum nefas
 De te triumphat? victor Herculis quis est?
 HER. Nupta iacentem cernis Alciden dolis.
 AL. Quis tantus est qui vincat Alciden dolus?
 1355 HER. Quicumque, mater, femina irata sat est. A
 AL. At unde in artus pestis aut ossa incidit?
 HER. Aditum venenis palla femineis dedit.
 AL. Vbinam ipsa palla est? membra nudata intuo.
 HE. Consumpta mecū est. AL. tātāne inuēta est lues?
 1360 HER. O mater Hydram, & mille cum Lerna seras
 Errare mediis credo visceribus meis.
 Quae tanta nubes flamma Sicaniis bibit?
 Quae Lemnos ardens? qua plaga ignifera poli,
 Vetans flagranti currere in zona diem?
 1365 In ipsa me iactate, prò comites, freta,
 Mediosq; in amnes. quis sat est Ister mihi?
 Non ipse terris maior Oceanus meos
 Franget vapores: omnis in nostris malis
 Deficiet humor, omnis arescet latex.
 1370 Quid rector Erebi me remittebas Ioui?
 Decuit tenere; redde me tenebris tuis.
 Talem subactis Herculem ostende inferis,

- Nil inde ducam. quid, times iterum Herculem?
 Inuade mors non trepida, iam possum mori.
- 1375 AL. Compesce lacrymas saltem & arumnas doma,
 Malisq; tantis Herculem indomitum refer,
 Mortemq; vince: quod soles, vince inferos.
- HER. Si me catenis horridus vincitum suis
 Præberet audax Caucasus volucri dapem;
 1380 Scythiagemente, flebilis gemitus mihi
 Non excidisset: si vaga Symplegades
 Vtraque premerent rupe, redeuntis minas
 Ferrem ruina. Pindus incumbat mihi
 Atque Hamus, & qui Thracios fluctus Athos
 1385 Frangit, Iouisq; fulmen excipiens Mimas:
 Non ipse si in me, mater, hic mundus ruat,
 Superq; nostros flagret incensus rogos
 Phæbeus axis, degener mentem Herculis
 Clamor domaret. mille decurrant feræ;
 1390 Pariterq; lacerent, hinc feris clangoribus
 Ætheria me Stymphalis, hinc taurus minax
 Cervice tota pulset, & quidquid furit;
 Solum quoque ingens surgat, hinc illinc fremens,
 Artusq; nostros durus imminuat dolor,
 1395 Sparsum filebo; non feræ excutient mihi,
 Non arma gemitus, nil, quod impelli potest.
- AL. Non virus artus nate femineum coquit;
 Sed dura series operis, & longus tibi
 Fauet cruentis forsitan morbis dolor.
- 1400 HER. Vbi mors? ubi illa? testis est aliquis mali?
 Intendat arcus; nuda sufficiet manus,
 In orbe mecum veniat. huc aliquis mihi
 Procedat, agedum huc. AL. hei mihi! sensus quoque
 Excussit ille nimius impulsu dolor.

- 1405 *Remouete quaso tela, & infestas precor
Rapite hinc sagittas, igne suffusa gena
Scelus minantur. qua fuga latebras petam?
Dolor iste furor est: Herculem solus domat.
Cur deinde latebras aut fugam vecors petam?*
- 1410 *Obire forti meruit Alcмене manu.
Vel scelere pereat, antè quàm letum mihi
Ignauus aliquis mandet, ac turpis manus
De me triumphet. ecce lassatus malis
Sopore fessas adligat venas dolor.*
- 1415 *Grauiq; anhelum pectus impulsu quatit.
Fauete superi, si mihi natum inclytum
Misera negatis, vindicem saltem precor
Seruate terris: abeat excussus dolor,
Corpusq; vires reparet Herculeum suas.*

HYLLVS. ALCMENA.

HERCVLES.

- 1420 **P** *Rò lux acerba, prò capax scelerum dolor!
Nurus Tonantis occidit, natura iacet,
Nepos supersum: scelere materno hic perit,
Fraude illa capta est. quis per annorum vices,
Totoq; in auo poterit arumnas senex*
- 1425 *Referre tantas? vnus eripiet dies
Parentem vtrumque. cetera vt sileam mala,
Parcamq; fatis, Herculem amitto patrem.
AL. Compesce voces inclytum Alcida genus,
Miseraq; fato similis Alcmena nepos:*
- 1430 *Longus dolorem forsitan vincet sopor.
Sed ecce lassam deserit mentem quies,
Redditq; morbo corpus, & luctus mihi.
HER. Quid hoc? rigenti cernitur Trachin iugo?
At inter astra positus euasi genus*

- 1435 *Mortale tandem. quis mihi calumpnat?*
Te te pater iam video; placatam quoque
Spesio nouercam. qui sonus nostras ferit
Celestis aures? Iuno me generum vocat.
Video nitentem regiam clari ætheris,
- 1440 *Phœbi; tritam flammeâ zonam rotâ:*
Cubile video noctis; hinc tenebras vocat.
Quid hoc? quis axem cludit, & ab ipsis pater
Deducor astris? ora Phœbeus modo
Adflabat axis, tam prope à calo fui,
- 1445 *Trachyna video: quis mihi terras dedit?*
Modò nempe me infra steterat, ac totus mihi
Subpositus orbis. tam bene excideras dolor.
Cogis fateri. parce, & hanc vocem occupa.
Hæc Hylle dona matris, hoc munus parat.
- 1450 *Vinam liceret stipite ingesto impiam*
Effringere animam, quale Amazonium malum
Circa niualis Caucaſi domui latus.
O clara Megara, tunc, cum furerem, mihi,
Coniux fuisti? stipitem atque arcus date:
- 1455 *Dextra inquinetur. laudibus maculâ imprimam,*
Summus legatur femina Herculeus labor.
 HYL. *Compeſce diras genitor irarum minas.*
Habet, peractum eſt: quas petis pœnas, dedit:
Suâ perempta dexterâ mater iacet.
- 1460 *HER. Caci dolores! manibus irati Herculis*
Occidere meruit: perdidit comitem Lycam,
Sauire in ipſum corpus exanime impetus
Atque ira cogit. cur minis noſtris caret?
Ipfum cadauer pabulum accipiant fera.
- 1465 *HYL. Plus miſera laſo doluit: huic aliquid quoq;*
Detrahere velles. occidit dextra ſua,

- Tuo dolore. plura, quàm poscis, tulit.
 Sed non cruenta sceleribus nupta iaces,
 Nec fraude matris: Nessus hos struxit dolos,
 1470 Ictus sagittis qui tuis vitam expulit.
 Cruore tincta est palla semiferi, pater,
 Nessusq; nunc has exigit poenas sibi.
 HER. Habet, peractum est; fata se nōstra explicant
 Lux ista summa est: quercus hanc sortem mihi
 1475 Fatidica quondam dederat, & Parnassio
 Cirrheā quatiens templa mugitu nemus.
 Dextrā perempti victor Alcide viri
 Olim iacebis; hic tibi emenso freta,
 Terrasq; & umbras, finis extremus datur.
 1480 Nil querimur ultra, decuit hunc finem dari,
 Ne quis superstes Herculis victor foret.
 Nunc mors legatur clara, memoranda, incluta,
 Me digna prorsus; nobilem hunc faciam diem.
 Cadatur omnis silua, & Oeteum nemus
 1485 Suscipiat ignis, Herculem accipiat rogas.
 Sed ante mortem tu, genus Paantium,
 Hoc triste nobis iuuenis officium adpara;
 Herculea totum flamma succendat diem.
 Ad te preces nunc Hylle supremas fero;
 1490 Est clara captas inter, inclytum genus
 Regnumq; referens, Euryto virgo edita,
 Iole; tuis hanc facibus & flammis para.
 Victor cruentus abstuli patriam, lares;
 Nihilq; misera prater Alciden dedi,
 1495 Et iste rapitur: penset arumnas suas,
 Iouis nepotem foueat, & natum Herculis.
 Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet.
 Tuq; ipsa plāctus pone funebres, precor,

- O clara genitrix. viuet Alcides tuus.
 1500 Virtute nostrâ pellicem feci tuam
 Credi nouercam: siue nascente Herculo
 Nox illa certa est, siue mortalis meus
 Pater est, licet sit falsa progenies mihi,
 Materna culpa cesset, & crimen Iouis.
 1505 Merui parentem, contuli calo decus.
 Natura me concepit in laudes Iouis:
 Quin ipse quanquam Iuppiter credi meus
 Pater esse gaudet. parce iam lacrymis parens,
 Superba matres inter Argolicas eris.
 1510 Quid tale Iuno peperit, ætherium gerens
 Sceptrum, & Tonanti nupta? mortali tamen
 Calum tenens inuidit? Alcidem suum
 Dici esse voluit. perage nunc Titan vices
 Solus relictus: ille qui vester comes
 1515 Vbique fueram, tartara & manes peto.
 Hanc tamen ad imos perferam laudem inclytam,
 Quod nulla pestis vicit Alcidem palam,
 Omnemq; pestem vicit Alcides palam.

C H O R V S.

Sapphici.

- O Decus mundi, radiate Titan,
 1520 Cuius ad primos Hecate vapores
 Lassa nocturna leuat ora bigæ,
 Dic sub aurora positis Sabais,
 Dic sub occasu positis Iberis,
 Quisq; feruentem patiuntur axem,
 1525 Quisq; sub plastro patiuntur vrsa:
 Dic ad æternos properare manes
 Herculem, & regnum canis inquieti,
 Vnde non vnquam remansit vllus.

- Parcite ô dites, inhibete dextras.
 Laudis est, purum tenuisse ferrum;
 Dumq; regnabas minimum cruentus
 In tuas vrbes licuisse factis.*
- 1565 *Sed locum virtus habet inter astra.
 Sedis Arctoa spatium tenebis?
 An grauis Titan ubi promit aJtus?
 An sub occasu tepido nitebis,
 Vnde commisso resonare Ponto*
- 1570 *Audies Calpen? loca quæ sereni
 Deprimes cali? quis erit recepto
 Tutus Alcide locus inter astra?
 Horrido tantum procul à leone
 Det pater sedes, calidoq; Cancro*
- 1575 *Ne tuo vultu tremefacta leges
 Astra conturbent, trepidetq; Titan,
 Vere dum flores venient tepenti,
 Et comam siluis hiemes recident,
 Vel comam siluis reuocabit aJtas,*
- 1580 *Pomaq; autumnno fugiente cedent,
 Nulla te terris rapiet vetustas.
 Tu comes Phœbo, comes ibis astris.
 Antè nascetur seges in profundo,
 Vel fretum dulci resonabit undâ,*
- 1585 *Antè discedet glacialis vrſæ
 Sidus, & ponto vetito fruetur,
 Quàm tuas laudes populi quiescant.
 Te pater rerum miseri precamur,
 Nulla nascatur fera, nulla pestis,*
- 1590 *Non duces sauos miseranda tellus
 Horreat; nullâ dominetur aulâ
 Qui putet solum decus esse regni.*

Semper intensum tenuisse ferrum.

Si quid in terris iterum timetur,

1595 *Vindicem terra petimus relicta.*

Heu quid hoc? mundus sonat, ecce mæret;

Mæret Alcida pater. an deorum

Clamor, an vox est timida nouerca?

Hercule an viso fugit astra Iuno?

1600 *Lassus an pondus titubauit Atlas?*

An magis diri tremuere manus,

Herculem an visum canis inferorum

Fugit abruptis trepidus catenis?

Fallimur: lato venit ecce vultu

1605 *Quem tulit Pæas, humerisque tela*

Gestat, & notas populis pharetras,

Herculis hæres.

ACTVS QVINTVS.

NVTRIX. PHILOCTETES.

E*ffare casus, iuuenis, Herculeos precor,*

Vultuq; quonam tulerit Alcides necem.

1610 **PH.** *Quo nemo vitam. NVT.* *latius adeone vltimos*

Inuasit ignes? PH. *esse iam flammæ nihil*

Ostendit ille, qui sub occasu Hercules

Virtute vinci docuit indomita omnia.

NVT. *Inter vapores quis fuit forti locus?*

1615 **PH.** *Quod vnum in orbe venerat nondum malum,*

Et flamma victa est, hæc quoque adcessit feris:

Inter labores ignis Herculeos abit.

NV. *Ediffere agedum, flamma quo victa est modo?*

PH. *Vt omnis Oeten inæsta conripuit manus,*

1620 *Hinc fagus umbras perdit, & toto iacet*

Succisa trunco: flexit hinc pinum ferox

Astris minantem, & nube de media vocat;

- Sume, quos nubes radios sequantur.
 1530 Pallidus mœstas specularè terras,
 Et caput turpes nebula pererrent.
 Quando, prò Titan, ubi, quo sub axe,
 Herculem in terris alium sequeris?
 Quas manus orbis miser inuocabis,
 1535 Si qua sub terra numerosa pestis
 Sparget intentam rabiem draconis?
 Arcadum si quis populi vetusti
 Fecerit siluas æper inquietas?
 Thraciæ si quis Rhodopes alumnus
 1540 Durior terris Helices niuosa
 Sparget humano stabulum cruore?
 Quis dabit pacem populo timenti,
 Si quid irati superi per vrbes
 Iusserint nasci? iacet omnibus par,
 1545 Quem parem tellus genuit Tonanti.
 Planctus immensas resonet per vrbes;
 Et, comas nullo cohibente nodo,
 Femina exsertos feriat lacertos;
 Solaq; obductis foribus deorum,
 1550 Tempa secure pateant nouerca.
 Vadis ad Lethen, Stygiumq; littus,
 Vnde te nulla referent carina.
 Vadis ad manes miserandus, vnde
 Morte denictâ tuleras triumphum.
 1555 Umbra nudatis venies lacertis,
 Languido vultu, trepidoq; collo:
 Teq; non solum feret illa puppis.
 Non tamen viles eris inter umbras;
 Æacumq; inter, geminosq; Cretas,
 1560 Fata discernes: fieri tyranni

Ruitura cautes mouit, & siluam trahit
Secum minorem. Chaonis quondam loquax

1625 Stat vasta latè quercus, & Phœbum vetat,
Vltraq; totos porrigit ramos nemus:

Gemit illa multo vulnere impresso minax,
Frangitq; cuneos, resilit excussus chalybs,
Vulnusaq; ferrum patitur, & truncum fugit.

1630 Commota tandem est; tunc cadens lenta moras
Duxit ruinam, protinus radios locuta

Admisit omnes; sedibus pulsa suis
Volucres pererrant nemore succiso diem,
Queruntq; lassis garrula pinnis nemus.

1635 Iamq; omnis arbor sonuit, & sacra quoque
Sensere quercus horridam ferro manum;
Nulliq; priscum profuit ligno nemus.

Adgeritur omnis silua, & alterna trabes
In astra tollunt Herculi angustum rogam.

1640 Rapit alta flammæ pinus, & robur tenax,
Et breuior ilex: silua contexit pyram,

Populea silua frondis Herculeæ nemus.

At ille, ut ingens nemore sub Nasamonio
Æger reclini pectore admugit leo,

1645 Fertur. quis illum credat ad flammæ rapi?

al. 170e Vultus petentis astra, non ignes, erant.

h. 20 Ut pressit Oeten, ac suis oculis rogam

Lustrauit, omnes fregit impositus trabes.

Arcumq; poscit: Accipe hæc, inquit, sate

1650 Pæante dona, munus Alcideæ cape:

Has Hydra sensit, his iacent Stymphalides,

Et quidquid aliud eminus vici malum.

Virtute felix iuuenis, has nunquam irritas

Mittes in hostes: siue de media voles

- 1655 *Auferre volucres nube, descendunt aues,
Et certa pradam tela de calo ferent.
Nec fallat unquam dexteram hic arcus tuam:
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam sagittis, ipsa non fallunt iter*
- 1660 *Emissa neruo tela. tu tantum, precor
Adcommoda ignes, & facem extremam mihi.
Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus,
Mecum per ignem flagret: hoc telum Herculem
Tantum sequetur. hoc quoque acciperes, ait,*
- 1665 *Si ferre posses: adiuvet domini rogam.
Tum rigida secum spolia Nemei mali
Arsura poscit: latuit in spolio rogam.
Ingemuit omnis turba, nec lacrymas dolor
Cuiquam remisit: mater in luctum furens*
- 1670 *Diduxit avidum pectus, atque utero tenus
Exserta vastos vbera in planctus ferit;
Superosq; & ipsum vocibus pulsans Iouem,
Implevit omnem voce femineâ locum.
Deforme letum mater Herculeum facis;*
- 1675 *Compesce lacrymas, inquit, introrsus dolor
Femineus abeat: Iuno cur latum diem
Te flente ducit: pellicis gaudet sua
Spectare lacrymas. comprime infirmum iecur
Mater; nefas est vbera atque uterum tibi*
- 1680 *Laniare, qui me genuit. & dirum fremens,
Qualis per vrbes duxit Argolicas canem.
Cum victor Erebi Dite contempto redit
Tremente fato: talis incubuit rogo.*
- 1685 *Quis sic triumphans latus in curru stetit
Victor? quis illo gentibus vultu dedit
Leges tyrannus? quanta pax obitus tulit?*

- Hæfere lacryma; cecidit expulsus dolor
 Nobis quoque ipsis; nemo morituro ingemit.*
 X. *Iam flere pudor est; ipsa, quam sexus iubet*
 1690 *Mœrere, siccis hæsit Alcmenæ genis;
 Stetitq; nato penè iam similis parens.*
 NVT. *Nullasne in astra misit ad superos preces
 Arsurus? aut in vota respexit Iouem?*
 PH. *Iacuit sui securus, & calum intuens*
 1695 *Quæsiuit oculis, arce an ex aliqua pater
 Despiceret illum. tum manus tendens ait:
 Quacunque parte prospicis natum pater,
 Iste est pater, quem nocte commissâ dies
 Quæsiuit vnus. si meas laudes canit*
 1700 *Virumque Phœbi littus, & Scythiæ genus,
 Et omnis ardens ora quam torret dies:
 Si pace tellus plena, si nulla gemunt
 Vrbes, nec aras impias quisquam inquinat:
 Si scelera desunt, spiritum admitti hunc precor*
 1705 *In astra. nec me mortis inferna locus,
 Nec mœsta nigri regna conterrent Iouis:
 Sed ire ad illos umbra quos vici deos
 Pater erubesco. nube discussa diem
 Pande, ut deorum vultus ardentem Herculem*
 1710 *Speçtet: licet tu sidera & mundum neges,
 Vltro pater cogere, si voces dolor
 Abstulerit vllas. pande tum Stygios lacus,
 Et redde fati. adproba natum prius:
 Ut dignus astris videar hic faciet dies.*
 1715 *Leue est quod actum est. Herculem genitor prius
 Inuenit, an damnauit? hoc postq; addidit;
 Nouerca cernat quo feram flammam modo.
 Flammam poposcit. hoc age Alcida comes;*

- Non segnis, inquit, conripe Oetæam facem,
 1720 Quid dextra tremuit? num manus pauida impium
 Scelus refugit? redde iam pharetras mihi
 Ignaue, iners, inermis. en nostros manus
 Qua tendat arcus. quis sedet pallor genis?
 Animo faces inuade, quo Alciden vides
 1725 Vultu iacere; respice arsurum miser.
 Vocat ecce iam me genitor, & pandit polos.
 Venio pater. Vultuq; non idem fuit.
 Tremente pinum dexterâ ardentem impuli.
 Refugit ignis, & reluctantur faces,
 1730 Et membra vitant: sed recedentem Hercules
 Insequitur ignē. Caucasum, aut Pindū, aut Athora
 Ardere credas. nullus erupit sonus;
 Tantum ingemiscit ignis. ah durum iecur!
 Typhon in illo positus immanis rogo
 1735 Gemuisset ipse, quiq; conuulsam solo
 Imposuit humeris Ossan Enceladus ferox.
 At ille medias inter exsurgens faces
 Semustus ac laniatus, intrepidus, rubens,
 Nunc, ô parens Herculeæ, sic stare ad rogam,
 1740 Te mater, inquit, sic decet flere Herculem?
 Inter vapores positus, & flamma minas
 Immotus, inconcussus, in neutrum latus
 Conrepta flectens membra, adhortatur, monet,
 Gerit aliquid ardens; omnibus fortem addidit
 1745 Animum ministris. Urere ardentem putes.
 Stupet omne vulgus, vix habent flamma fidem;
 Tam placida frons est, tanta maiestas viros;
 Nec properat vri. cumq; iam forti datum
 Leto satis pensauit, igniferas trabes
 1750 Hinc inde traxit, minima quas flamma occupat,

Tota sc̄q̄ in ignem vertit, & quā plurimus
 Exundat ignis, recipit intrepidus, ferox.
 Nunc ora flammis implet. ast illi graues
 Luxere barba. cumq̄ iam vultum minax

- 1755 Adpeteret ignis, lamberent flamma caput,
 Non pressit oculos. Sed quid hanc moestam intuor
 Sinu gerentem reliquias magni Herculis?
 Crinemq̄ iactans squallidum Alcmenae gemit?

ALCMENA. PHILOCTETES.

- 1760 **T** Imete superi fata. tam parvus cinis
 Herculeus est; huc ille decreuit gigas.
 O quanta Titan in nihil moles abit!
 Anilis, heu me, cepit Alcidem sinus.
 Hic tumulus illi est; ecce vix totam Hercules
 Compleuit urnam. quàm leue est pondus mihi,
 1765 Cui totus aether pondus incubuit leue.
 Ad tartara olim regnaq̄, ô nate ultima
 Rediturus ibas; quando ab inferna Styge
 Remeabis iterum? non uti spoliū trahas,
 Rursumq̄ Theseus debeat lucem tibi;
 1770 Sed quando solus ignis impositus tuas
 Compescet umbras, teq̄ tartareus canis
 Inhibere poterit? quando Tanareas fores
 Pulsabis? Ah quas mater ad fauces agar?
 Quà mors aditur? vadis ad manes iter
 1775 Habiturus vnum. Quid diem questu tero?
 Quid misera duras vita? quid lucem hanc tenes?
 Quem parere rursus Herculem possum Ioui?
 Quis me parentem natus Alcmenam suam
 Tantus vocabit? ô nimis felix, nimis,
 1780 Thebane coniux, Tartari intrasti loca
 Florente nato; teq̄ venientem inferi

- Timuere forsan, quòd pater tantum Hercules
 Vel falsus aderas. Quas petam terras anus,
 Inuisa sacris regibus? si quis tamen*
- 1785 *Rex est relictus sauis. hei misera mihi!
 Quicumque casos ingemunt nati patres,
 A me petent supplicia, me cuncti obruent.
 Si quis minor Busiris, aut si quis minor
 Antaus vrbes perfida terrent plaga,*
- 1790 *Ego prada ducar; si quis Ismarios greges
 Thracis cruenti vindicat, carpent greges
 Mea membra diri. forsitan pœnas petet
 Irata Iuno, totus vretur dolor:
 Secura victo tandem ab Alcide vacat.*
- 1795 *Pellex supersum, supplicia de qua exigit,
 Ne parere possem, fecit hic natus mihi
 Vterum timendum. qua petam Alcмене loca?
 Quis me locus, qua regio, qua mundi plaga
 Defendet? aut quas mater in latebras agar?*
- 1800 *Vbique certè nota, si patriam petam,
 Laresq; miseros, Argos Eurystheus tenet.
 Orbata Thebas, regnum & Ismenum petam,
 Thalamosq; nostros, in quibus quondam Iouem
 Dilecta vidi? prò nimis felix nimis,*
- 1805 *Si fulminantem & ipsa sensissem Iouem!
 Utinam meis visceribus Alcides foret
 Exsectus infans? nunc datum est misera, datum
 Videre natum laude certantem Ioui:
 Et hoc daretur scire, quod fatum mihi*
- 1810 *Eripere posset! quis memor viuet tui
 O nate populus? omne iam ingratum est genus.
 Petam Cleonas? Arcadum an populos petam?
 Meritisq; terram nobilem quaram tuis?*

Hic dira serpens cecidit hic ales fera;

1815 *Hic rex cruentus; hic tua siætus manu,*

Qui te sepulto possidet calum, Leo.

Si grata terra est, populus Alcmenam tuam

Descendat cœnis. Thracia: gentes petam,

Hebriq; populos. hæc quoque est meritis tuis

1820 *Defensa tellus; stabula cœm regno iacent.*

Hic pax cruento rege prostrato data est:

Vbi enim negata? quod tibi infelix anus

Quæram sepulchrum? de tuis totus rogis

Contentat orbis: reliquias magni Herculis

1825 *Quis populus, aut qua templa, qua gentes colent?*

Quis iam petet, quis poscet Alcmenes onus?

Quæ tibi sepulchra nate, quis tumulus sat est?

Hic totus orbis famâ erit tumulus tibi.

Quid anime trepidas? Herculis cineres tene,

1830 *Complere ossa, reliquia auxilium dabunt,*

Erunt satis præsidia, terrebunt tua

Reges vel umbra. PH. debitos nato quidem

Compesce fletus mater Alcida inclyti.

Non est gemendus, nec graui urgendus nece,

* 1835 *Virtute quisquis absulit fatis iter.*

Æterna virtus Herculem fieri vetat:

Fortes vetat mœrere, degeneres iubet.

AL. Sedabo quesius? vindicem amisi parens

Terra atque pelagi, quæq; purpureus dies

1840 *Virumque clarâ spectat Oceanum rotâ.*

Quot misera in vno cœndidi natos parens?

Regno carebam, regna sed poteram dare.

Vna inter cœnes terra quæ matres gerit,

Votis peperci: nil ego à superis peti

1845 *Incolæ nato. quid dare Hercules mihi*

Non poterat ardor? quis Deus quidquam mihi

Negare poterat? vota in hac fuerant manu;

Quidquid negaret Iuppiter, daret Hercules.

Quid tale genitrix vlla mortalis tulit?

1850 *Deflexit aliqua mater, & toto stetit*

Succisa foetu, bisq; septenos greges

Deplanxit vna; gregibus & quari meus

Quot ille poterat? matribus miseris adhuc

Exemplar ingens deerat; Alcмене dabit.

1855 *Cessate matres, pertinax si quas dolor*

Adhuc iubet lugere, quas luctus grauis

In saxa vertit; cedite his cuncta malis.

Agedum, senile pectus o misera manus

Pulsate. & vna funeri tanto sat est

1860 *Grandæua anus defecta; quod totus breui*

Iam quaret orbis? expedi in planctus tamen

Defessa quanquam brachia, vt inuidiam deis

Lugendo facias. aduoca in planctum genus.

ALCMENA. Anapæstici.

F *Lete Alcmenen, magniq; Iouis*

1865 *Plangite natum, cui concepto,*

Lux vna per It, noctesq; duas

Contulit Eos: ipsa quiddam

Plus luce perit. tota pariter

Plangite gentes, quarum sauos

1870 *Ille tyrannos iussit Stygias*

Penetrare domos, populisq; madens

Ponere ferrum; fletum meritis

Reddite tantis. totus, totus

Personet orbis. fleat Alciden

1875 *Cærulea Crete; magno tellus*

Clara Tonante:

- Centum populi brachia pulsent.
 Nunc Curetes, nunc Corybantes
 Arma Idæâ quassate manu:
 1880 Armis illum lugere decet:
 Nunc nunc funus plangite verum;
 Iacet Alcides non minor ipso,
 Creta, Tonante,
 Flete Herculeos Arcades obitus,
 1885 Nondum Phœbo nascente genus.
 Et iuga Spartes Nemeaq; sonent,
 Feriatq; graues Manala planctus.
 Poscite magno Alcidem gemitu:
 Sivat us vestris setiger oris,
 1890 Aleſq; sequi iussa sagittas
 Totum pinnis velata diem:
 Flete Argolici, flete Cleone,
 Hic terrentem mœnia quondam
 Vestra leonem fregit nostri
 1895 Dexterâ nati. date Sitonia
 Verbera matres, gelidusq; sonet
 Planctibus Hebrus. fiete Alcidem,
 Quod non stabulis nascitur infans,
 Nec vestra greges viscera carpunt.
 1900 Fleat Anteo libera tellus;
 Et rapta fero plaga Geryone.
 Mecum misera plangite gentes:
 Audiat ictus vtraque Tethys.
 Vos quoque mundi turba citati,
 1905 Flete Herculeos numina casus.
 Vestrum Alcides ceruice meus
 Mundum, superi, calumq; tulit:
 Cùm stelligeri videret olympi,

Pondere liber spiravit Atlas.

1910 *Vbi nunc nostra Iuppiter arces?*

Vbi promissi regia mundi?

Nempe Alcides mortalis obit;

Nempe sepultus. quoties telis

Facibusq; tuis ille pepercit?

1915 *Quoties ignis spargendus erat?*

In me saltem iaculare facem,

Semelemq; puta.

Iámne Elysias ô nate domus,

Iam littus habes, ad quod populos

1920 *Natura vocat?*

An post raptum Styx atra canem

Praclusit iter, teq; in primo

Limine Ditis fata morantur?

Quis nunc umbras nate tumultus,

1925 *Manesq; tenet?*

Fugit abductâ nauita cymbâ,

Et Centauris Thessala motis

Ferit adtonitos ungula manes?

Anguesq; suos Hydra sub undis

1930 *Territa merisit: teq; labores*

O nate timent?

Fallor, fallor vesana parens?

Nec te manes umbrâq; timent.

Non Argolico rapta leoni

1935 *Fuluâ pellis contacta iubâ*

Lauos operit dura lacertos;

Vallantq; feri tempora dentes.

Donum pharetra cessere tua.

Telaq; mittet iam dextra minor.

1940 *Vadis inermis nate per umbras,*

Ad quas semper mansurus eris.

HERCVLES. ALCMENA.

Iambici & dactylici.

- Q** *Vid me tenentem regna siderei poli,
Caloq; tandem redditum, planctu iubes
Sentire fatum? parce. nam virtus mihi*
- 1945 *In astra, & ipsos fecit ad superos iter.*
AL. *Vnde sonus trepidas aures ferit?
Vnde meas inhibet lacrymas fragor?
Agnosco agnosco, victum est chaos
A Styge, nate, redis iterum mihi:*
- 1950 *Fractaq; non semel est mors horrida.
Vicisti rursus noctis loca,
Puppis & inferna vada tristia.
Peruius est Acheron iam languidus,
Et remeare licet soli tibi.*
- 1955 *Nec te fata tenent post funera,
Antibi praeclusit Pluton iter,
Et pauidus regni metuit sibi?
Certè ego te vidi flagrantibus
Inpositum situis, cum pluribus*
- 1960 *In calum furerent flamma minis.
Arsisti certè, verum vltima
Non tenuere tuas umbras loca;
Quid timuere tui manes precor?
Vmbra quoque est Diti nimis horrida.*
- 1965 HER. *Non me rigentis stagna Cocyti tenent,
Non puppis umbras furua transuexit meas;
Iam parce mater questibus, manes semel
Vmbrasq; vidi: quidquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:*
- 1670 *Paterna calo pars data est, flammis tua.*

Proinde plandus pone, quos nato pares
 Genitrix inerti: luctus in turpes eas?
 Virtus in astra tendit, in mortem timor.
 Prasens ab astris, mater, Alcides cano;

1975 Pœnas cruentus iam tibi Eurystheus dabit,
 Curru superbum vecta transcendes caput.
 Me iam decet subire caelestem plagam,
 Inferna vinco rursus Alcides loca.

AL. Mane parumper. cessit; ex oculis abir:

1680 In astra fertur. fallor, an vultus putat
 Vidisse natum? misera mens incredula est.

Es numen, & te mundus æternum tenet.

Io triumphæ. regna Thebarum petam,

Nouumq; templis additum numen canam.

CHORVS. Anapæstici.

1985 **N** Vnquam Stygias fertur ad umbras
 Inclyta virtus. viuite fortes;

Nec lethæos seu a per amnes

Vos fata trahent. sed cum summas

Exiget horas consumpta dies,

1990 Iter ad superos gloria pandet.

Sed tu dormitor magne ferarum,

Orbisq; simul pacator ades.

Nunc quoq; nostras respice terras:

Et si qua nouo bellua vultu

1995 Quatiēt populos terrore graui,

Tu fulminibus frange trifulcis,

Fortius ipso genitore tuo

Fulmina mittens.

L. ANNÆI SENECAE I V N I O R I S

Thyestes.

Personæ.

TANTALVS. ATREVS. THYESTES.
NVCNCIVS. MEGÆRA. SERVVS.
PLISTHENES. CHORVS.

A C T V S P R I M V S.

TANTALVS. MEGÆRA.

Quis me inferorum sede ab infausta extrahit,
Auido fugaces ore castantem cibos?

Quis malè deorum Tantalo viuas domos

Ostendit iterum? peius inuentum est siti

5 Arente in undis aliquid, & peius fame

Hiante semper? Sisyphi nunquid lapis

Gestandus humeris lubricus nostris venit?

Aut membra celeri differens cursu rotæ?

Aut poena Tityi, semper ad crescens iecur

10 Visceribus atras pascit effusis aues?

Et nocte reparans quidquid amisit die,

Plenum recenti pabulum monstro iacet?

In quod malum transscribor? ò quisquis noua

Supplicia functis durus umbrarum arbiter

15 Disponis, adde si quid ad pœnas potes:

Quod ipse custos carceris diri horreat,

Quod mœstus Acheron paueat, ad cuius metum

Nos quoque tremamus; quare iam nostrâ subit,

E stirpe turba, quæ suum vincat genus,

20 Ac me innocentem faciat, & inausa audeat.

Regio-

- Regione quidquid in pia cessat loci,
 Complebo. nunquam stante Pelopeia domo,
 Minos vocabit. ME. perge detestabilis
 Umbra, & penates inpios furius age.*
- 25 *Certetur omni scelere, & alterna vice
 Stringantur enses. nec sit irarum modus
 Pudorve: mentes cacus instiget furor;
 Rabies parentum duret, & longum nefas
 Eat in nepotes. nec vacet cuiquam vetus*
- 30 *Odisse crimen, semper oriatur novum,
 Nec unum in uno: dumq; punitur scelus,
 Crescat: superbis fratribus regna excidant,
 Repetantq; profugos: dubia violenta domus
 Fortuna reges inter incertos labet:*
- 35 *Miser ex potente fiat, ex misero potens;
 Fluctuq; regnum casus assiduo ferat:
 Ob scelera pulsi, cum dabit patriam deus,
 In scelera redeant: sintq; tam inuisi omnibus,
 Quam sibi. nihil sit ira quod vetitum putet.*
- 40 *Fratrem expauescat frater, & natum parens,
 Natusq; patrem. liberi pereant male,
 Peius tamen nascantur. immineat viro
 Infesta coniux. bella trans pontum vehant:
 Effusus omnes inriget terras cruor,*
- 45 *Supraq; magnos gentium exsultet duces
 Libido victrix. in pia stuprum in domo
 Lenissimum sit: fratris & fas, & fides,
 Iusq; omne pereat. non sit a vestris malis
 Inmune calum. cum micant stella polo,*
- 50 *Flammaq; seruant debitum mundo decus;
 Nox atra fiat, excidat caelo dies.
 Miscere penates; odia, caedes, funera*

- Accersere, & imple scelere Tantaleam domum.*
Ornetur altum columen, & lauro fores
 55 *Lata virescant; dignus aduentus tuo*
Splendescat ignis; Thracium fiat nefas
Maiore numero. dextra cur patrum vacat?
Nondum Thyestes liberos deslet suos?
Ecquando tollet ignibus iam subditis
 60 *Spumante aheno membra? per partes eant*
Discerpta: patrios polluat sanguis focos:
Epula instruantur. non noui sceleris tibi
Comiua venies; liberum dedimus diem.
Tuamq; ad istas soluimus mensas famem.
 65 *Ieiunia exple, mistus in Bacchum cruor*
Spectante te potetur: inueni dapes,
Quas ipse fugeres. siste, quod praeceps ruis?
TAN. Ad stagna, & amnes, & recedentes aquas,
Labrisq; ab ipsis arboris plena fugas.
 70 *Abire in atrum carceris liceat mei*
Cubile: liceat, si parum videor miser,
Mutare ripas: alueo medius tuo
Phlegethon relinquitur, igneo cineris freto.
Quicumque poenas lege factorum datas
Pati iuberis; quisquis exeso iaces
 75 *Pavidus sub antro, quidq; venturi times*
Montis ruinam: quisquis auidorum feros
Rictus leonum, & dira furiarum agmina
Implicitus horres: quisquis inmissas faces
 80 *Semiustus abigis, Tantali vocem excipe*
Properantis ad vos: credite experto mihi;
Amate poenas. quando continget mihi
Effugere superos? ME. antè perturba domum,
Inferq; tecum praelia, & ferri malum

- 85 Regibus amorem: concute insano ferens
 Pectus tumultu. TAN. me pati poenas docet,
 Non esse poenam: mittor, ut dirus vapor
 Tellure ruptâ, vel grauem populis luem
 Sparsura pestis. ducam in horrendum nefas
- 90 Auus nepotes? magne diuorum parens,
 Nosterq; quamuis pudeat, ingenti licet
 Taxata poenâ lingua crucietur, loquar;
 Nec hoc tacebo, moneo, ne sacrâ manus
 Violata cade, néve furiali malo
- 95 Adspergite aras. stabo, & arcebo soelus.
 Quid ora terres verberare, & tortos ferox
 Minaris angues? quid famem fixam intimis
 Agitas medullis? flagrat incensum siti
 Cor, & perustis flamma visceribus micat.
- 100 Sequor. ME. furorem diuide in totam domum.
 Sic sic ferantur, & suum infensi inuicem
 Sitiant cruorem; sensit introitus tuos
 Domus, & nefando tota contactu horruit.
 Actum est abundè, gradere ad inferos specus,
- 105 Annemq; notum; iam tuo mœsta pede
 Terra grauantur. cernis ut fontes liquor
 Introrsus actus linquat; ut ripa vacent;
 Ventusq; raras igneus nubes ferat; *aurale*
 Pallefcit omnis arbor, ac nudus stetit. *ca*
- 110 Fugiente pomo ramus; & qui fluctibus
 Illinc propinquis Isthmis atque illinc fremit,
 Vicina gracili diuidens terrâ vada,
 Longè remotos latus exaudit sonos.
 Iam Lerna retrocessit, & Phoronides
- 115 Latuere vena, nec suas profert sacras
 Alpheus undas, & Citharonis iuga

Stant parte nulla cana, deposita niue;
Timentque veterem nobiles Argi sitim,
En ipse Titan dubitat, an iubeat sequi,

120 *Cogatq; habenis ire periturum diem.*

CHORVS. Choriambici Asclepiadei.

Argos de superis si quis Achaicum,
 Piseasq; domos turribus inclytas,
 Isthmi si quis amat regna Corinthij,
 Et portus geminos, & mare dissidens:

125 *Si quis Taygeti conspicuas niues,*
Quas cum Sarmaticus tempore frigido
In summis boreas composuit iugis,
Æstas veliferis soluit Etesijs;

Quem tangit gelido flumine lucidus
 130 *Alpheus, stadio notus Olympico;*
Aduertat placidum numen, & arceat
Alterna scelerum ne redeant vices,
Neu succedat auo deterior nepos,
Et maior placeat culpa minoribus.

135 *Tandem lassâ feros exsuat impetus*
Sicci progenies in pia Tantali.

Peccatum satis est; fas valuit nihil,
Aut commune nefas. proditus occidit

Deceptor domina Myrtilus, & fide

140 *Vectus qua tulerat, nobile reddidit*
Mutato pelagus nomine. notior

Nulla est Ioniis fabula nauibus.
Exceptus gladio paruulus in pio

Dum currit patrium natus ad osculum,

145 *Inmatura focis victima concidit;*
Diuulsusq; tua est Tantale dextera,
Mensas ut strueres hospitibus deis.

- Hos aeterna fames prosequitur cibos,
 Hos aeterna sitis, nec dapibus feris
 150 Decerni potuit poena decentior;
 Stat lusus vacuo gutture Tantalus,
 Inpendet capiti plurima noxio
 Phineis auibus prada fugacior.
 Hinc illinc grauidis frondibus incubat
 155 Et curuata suis foetibus, ac tremens
 Inludit patulis arbor hiatibus.
 Hac, quamuis auidus, nec patiens mora
 Deceptus toties tangere negligit,
 Obliquatq; oculos, oraq; comprimit,
 160 Includitq; famem dentibus adligat:
 Sed tunc diuitias omne nemus suas
 Demittit propius, pomaq; desuper
 Insultant foliis mitia languidis,
 Accenduntq; famem, quae iubet inritas
 165 Exercere manus: has ubi protulit,
 Et falli libuit, totus in arduum
 Autumnus rapitur, siluaq; mobilis.
 Instat deinde sitis non leuior fame,
 Qua cum percaluit sanguis, & igneis
 170 Exarsit facibus, stat miser obuios
 Fluctus ore petens, quos profugus latex
 Auertit, sterili deficiens vado;
 Conantemq; sequi deserit, hic bibit
 Altum de rapido gurgite puluerem.

ACTVS SECVNDVS.

ATREVS. SERVVS.

- 175 I Gnaue, iners, eneruis, & (quod maximum
 Probrum tyranno rebus in summis reor)
 Inulce, post tot scelera, post fratris dolos,

- Fasq; omne ruptum, questibus vanis agis
 Iras? at Argos fremere iam totum tuis*
- 180 *Debebat armis, omnis & geminum mare
 Innare classis, iam tuis flammis agros
 Lucere & urbes decuit; ac strictum undique
 Micare ferrum. Tota sub nostro sonet
 Argolica tellus equite; non silua tegant*
- 185 *Hostem, nec altis montium structa iugis
 Arces. relictis bellicum totus canat
 Populus Mycenis. quisquis inuisum caput
 Tegit ac tuetur, clade funesta occidat.
 Hac ipsa pollens inclyti Pelopis domus*
- 190 *Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.
 Age anime, sac quod nulla posteritas probet;
 Sed nulla taceat. aliquod audendum est nefas
 Atrox, cruentum, tale, quod frater meus
 Suum esse malit. scelera non ulcisceris,*
- 195 *Nisi vincis, & quid esse tam sauum potest,
 Quod superet illum. nunquid abiectus iacet?
 Nunquid secundis patitur in rebus modum,
 Fessis quietem? noui ego ingenium viri
 Indocile; flecti non potest, frangi potest.*
- 200 *Proin antequam se firmet, aut vires paret
 Petatur vltro, ne quiescentem petat.
 Aut perdet, aut peribit; in medio est scelus
 Positum occupanti. SER. fama te populi nihil
 Aduersa terret? ATR. maximū hoc regni bonū est,*
- X 205 *Quod facta domini cogitur populus sui
 Quam ferre, tam laudare. SER. quos cogit metus
 Laudare, eosdem reddit inimicos metus.
 At qui fauoris gloriam veri petit,
 Animo magis quam voce laudari volet.*

210 ATR. *Laus vera & humili saepe contingit viro;*
Non nisi potenti falsa quod nolunt velint.
 SER. *Rex velit honesta; nemo non eadem volet.*

AER. *Vbicumque tantum honesta dominant licent,*
Precario regnatur. SER. *Vbi non est pudor,*

215 *Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,*
Instabile regnum est. ATR. *sanctitas, pietas, fides,*
Priuata bona sunt: qua iuuat, reges eant.
 SER. *Nefas nocere vel malo fratri puta.*

ATR. *Fas est in illo quidquit in fratre est nefas.*
 220 *Quod enim reliquit crimen intactum? aut ubi*
Sceleri pepercit? coniugem stupro abstulit,
Regnumq; furto; specimen antiquum imperi
Fraude est adeptus; fraude turbauit domum.
Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,

225 *Arcanus aries, ductor opulenti gregis,*
Huius per omne corpus effuso coma
Dependet auro, cuius è tergo noui
Aurata reges sceptrata Tantalei gerunt;
Possessor huius regnat: hunc tanta domus

230 *Fortuna sequitur. tuta seposita sacer*
In parte carpit prata, qua cludit lapis,
Fatale sacro pascuum muro tegens,
Hunc (facinus ingens ausus) adsumpta in scelus

235 *Consorte nostri perfidus thalami auerit.*
Hinc omne cladis mutuae fluxit malum.
Per regna trepidus exul errauit mea:
Pars nulla generis tuta ab insidiis vacat,
Corrupta coniux, imperi quassa est fides.

240 *Domus agra, dubius sanguis: est certi nihil;*
Nisi frater hostis. quid stupes? tandem incipe,
Animosq; sume. Tantalum & Pelopem adspice:

Ad hac manus exempla poscuntur mea.

Profare, dirum quâ caput matrem viâ.

SER. *Ferro peremptus spiritum inimicum exspuat.*

245 ATR. *De sine pœna loqueris, ego pœnam volo.*

Perimat tyrannus? lenis in regno meo

Mors impetretur? SER. nulla te pietas mouet?

ATR. *Excede pietas, si modo nostra in domo*

Vnquam fuisti. dira furiarum cohors,

250 *Discorsq; Erinny's veniat, & geminas faces*

Megara quatiens. non satis magno meum

Ardet furore pectus: impleri iuuat

Maiore monstro. SER. quid noui rabidus struis?

ATR. *Nil quod doloris capiat ad sueti modum.*

255 *Nullum relinquam facinus, & nullum est satis.*

SER. *Ferrum? ATR. parum est. SER. Quid ignis?*

(ATR. *etiamnum parum est.*

SER. *Quonam ergo telo tantus utetur dolor?*

ATR. *Ipsa Thyeste. SER. maius est ira hoc malum.*

ATR. *Fateor. tumultus pectora ad tonitus quatit.*

260 *Penitusq; voluit: rapior, & quod nescio:*

Sed rapior. imo mugit è fundo solum;

Tonat dies serenus; ac totis domus

Vt fracta tectis crepuit, & moti lares

Vertere vultum. fiat hoc, fiat, nefas,

265 *Quod di timetis. SER. facere quid tandem paras?*

ATR. *Nescio quid animus maius, & solito amplius*

Supraq; fines moris humani tumet,

Instatq; pigris manibus: haud, quid sit, scio.

Sed grande quiddam est. ita sit: hoc anime incipe!

270 *Dignum Thyeste facinus & dignum Atreo*

Vterque faciat. vidit infandas domus

Odrysiæ mensas. fateor, immane est scelus

- Sed occupatum, maius hoc aliquid dolor
Inueniat. animum filio in spiram parens,*
- 275 *Serorq; causa est similis; adsisse, & manu
Impelle nostram; liberos avidus parens
Gaudensq; laceret & suos artus edat.
Bene est. abunde est; hic placet poena modus
Tantisper. ubinam est? tam diu cur innocens*
- 280 *Verfatur Atreus tota iam ante oculos meos
Imago cadis errat, ingesta orbitas
In ora patris. anime quid rursus times?
Et ante rem subsidis? audendum est, age.
Quod est in isto scelere praecipuum nefas.*
- 285 *Hoc ipse faciat. SER. sed quibus captus dolis
Nostros dabit perductus in laqueos pedem?
Inimica credit cuncta. ATR. non poterit capi,
Nisi capere vellet. regna nunc sperat mea:
Hac spe minanti fulmen occurret Ioui;*
- 290 *Hac spe subibit gurgitis tumidi minas;
Dubiumq; Libyca Syrtis intrabit fretum;
Hac spe, quod esse maximum retur malum,
Fratrem videbit. SER. quis fidem pacis dabit?
Cui tanta credet ATR. credula est spes improba:*
- 295 *Natis tamen mandata, qua patris offerant,
Dabimus: relictis exsul hospitibus, vagus,
Regno ut miserias mutet, atque Argos regat
Ex parte dominus. si nimis durus preces
Spernet Thyestes, liberos eius rudes,*
- 300 *Malisq; fessos grauibus, & faciles capi
Preces mouebunt. hinc vetus regni furor,
Illinc egestas tristis, hinc durus labor,
Quamuis rigentem tot malis subigent virum.
SER. Iam tempus illi fecit arumnas leues.*

- X 305 ATR. Erras: malorum sensus adcrefcit dies
 Leue est miseras ferre; perferre est graue.
 SER. Alios ministros consillis istis lege.
- m Peiora inuenes facile præcepta audiunt:
 In patre facient quidquid in patruo doces.
- 310 Sape in magistrum scelera redierunt sua.
 ATR. Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias,
 * Regnum docebit. ne mali fiant, times:
 * Nascuntur. istud, quod vocas seuum, asperum,
 Agiq; dirè credis, & nimium impiè,
 315 Fortasse & illic agitur. SER. hanc fraudem scient
 Nati parari; tacita tam rudibus fides
 Non est in annis detegent forsan dolos.
- m ATR. Tacere multis discitur vita malis
 SER. Ipsosne, per quos fallere alium cogitas,
 320 Falles. ATR. at ipsi crimine & culpa vacent.
 Quid enim est necesse liberos sceleri meo
 Injerere? per nos odia se nostra explicent.
 Malè agis, recedis anime: si parcis tuis,
 Parce & illi; consilii Agamemnon mei
 325 Sciens minister fiat, & patris cliens
 Menelaus adest. prolis incerte fides.
 Ex hoc petatur scelere: si bella abnuunt,
 Et gerere nolunt odia; si patruum vocant;
 Pater est. eatur. Multa sed trepidus solet
 Detegere vultus, magna nolentem quoque.
- 330 Consilia produnt: nesciant quanta rei
 Fiant ministri. &stra tu coepta occule.
 SER. Haud sum monendus ista nostro in pectore
 Fides, timorq; sed magis cludit fides.

- 335 Tandem regia nobilis,
 Antiqui genus Inachi,
 Fratrum composuit minas.
 Quis vos exagitat furor,
 Alternis dare sanguinem,
 340 Et sceptrum scelere adgredi?
 Nescitis cupidi arcium,
 Regnum quo iaceat loco.
 Regem non faciunt opes,
 Non vestis Tyria color,
 345 Non frontis nota regia,
 Non auro nitida trabes.
 Rex est, qui posuit metus,
 Et diri mala pectoris:
 Quem non ambitio inpotens,
 350 Et nunquam stabilis fauor
 Vulgi precipitis mouet:
 Non quidquid folit Occidens;
 Aut vnda Tagus aurea
 Claro deuehit alueo:
 355 Non quidquid Libycis terit
 Feruens area messibus;
 Quem non concutiet cadens
 Obliqui via fulminis;
 Non eurus rapiens mare;
 360 Aut sauo rapidus freta
 Ventosi tumor Adria,
 Quem non lancea militis,
 Non strictus domuit chalybs,
 Qui tuto positus loco

Secunda Actus Regis

- 363 *Infra se videt omnia:*
Occurritq; suo libens
Fato, nec queritur mori.
Reges conueniant licet,
Qui sparsos agitant Dacas.
- 370 *Qui rubri vada littoris;*
Aut gemmis mâre lucidum
Latè sanguineum tenent;
Aut qui Caspia fortibus
Recludunt iuga Sarmatis;
- 375 *Certet Danubium licet*
Audet qui pedes ingredi;
Et quocumque loco iacent
Seres vellere nobiles:
- sa* *Mens regnum bona possider.*
- 380 *Nil ullis opis est equis;*
Nil armis, & inertibus
Telis, quæ procul ingerit
Parthus, cum simulat fugas:
Admotis nihil est opus
- 385 *Vrbes sternere machinis,*
Longe saxa rotantibus:
1^a Rex est, qui metuit nihil;
1^a Rex est quique cupit nihil.
Hoc regnum sibi quisque dat.
- 390 *Stet quicumque volet potens*
Aula culmine lubrico;
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco,
Ieni persuar otio.
- 395 *Nullus nota Quiritibus*
Ætas per tacitum fluat.

- Sic cum transferint mei
 Nullo cum strepitu dies,
 Plebeius moriar senex.
 400 Illi mors grauis incubat,
 Qui notus nimis omnibus,
 Ignotus moritur sibi.

ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.

- O Ptata patria tecta, & Argolicas opes,
 Miserisq; summū ac maximū exsulibus bonū,
 405 Tactum soli natalis, & patrios deos
 (Si sunt tamen di) cerno, Cyclopum sacras
 Turres, labore maius humano decus,
 Celebrata iuueni stadia, per qua nobilis
 Palmam paterno non semel curru tuli.
 410 Occurret Argos, populus occurret frequens.
 Sed nempe & Atreus; repete siluestres fugas
 Saltusq; densos potius, & mistam feris
 Similemq; vitam. clarus hic regni nitor
 Fulgore non est quod oculos falso auferat:
 415 Cum quid datur, spectabis, & dantem adspice,
 Modò inter illa qua putant cuncti aspera
 Fortis fui, letusq; nunc contra in metus
 Reuoluor; animus haret, ac retro cupit
 Corpus referre; moueo nolentem gradum.
 420 PL. Pigro (quid hoc est?) genitor incessu super,
 Vultumq; versat, seque in incerto tenet.
 THY. Quid anime pendes? quid ve consilium diu
 Tam facile torques rebus in certissimis?
 Fratri atque regno credis? an metuis mala
 425 Iam victa, iam mansueta? & arumnas fugis
 Bene conlocatas? esse iam miserum iuuat.

Reflecte gressum, dum licet, teq; eripe.

PL. Quæ causa cogit genitor à patria gradum
Referre visa? cur bonis tantis sinum

- 430 Subducis? irâ frater abieciâ redit,
Partemq; regni reddit, & lacera domus
Conponit artus, teq; restituit tibi.

THY. Causam timoris, ipse quam ignoro, exigis.
Nihil timendum video, sed timeo tamen:

- 435 Placet ire; pigris membra sed genubus labant;
Alioq; quàm quò nitor, abductus feror;
Sic concitatam remige & vento ratem
Æstus resistens remigi & velo refert.

PL. Peruince quidquid obstat & mentem impedit:

- 440 Reducemq; quanta pramia expectent vide.

Pater potes regnare. THY. quin possum mori.

PL. Summa est potestas. nulla, si cupias nihil.

Natis relinques? TH. non capit regnum duos. X

PL. Miser esse mauult, esse qui felix potest?

- 445 TH. Mihi crede, falsis magna neminibus placent.

Frustra timentur dura. dum excelsus steti,
Nunquam pauere destiti, atque ipsum mei
Ferrum timere lateris. ô quantum bonum est,
Obstare nulli, capere securas dapes!

- 450 Humi iacentem scelera non intrant casam,

Tutusq; mensâ capitur angustâ cibus.

Venenum in auro bibitur; expertus loquor.

Malam bonâ præferre fortunam licet.

Non vertice alti montis inpositam domum,

- 455 Et eminentem ciuitas humilis tremit;

Nec fulget altis splendidum tectis ebur;

Somnosq; non descendit excubitor meos;

Non classibus piscamur; & retro mare

- Iactā fugamus mole; non ventrem improbum
 460 Alimus tributo gentium; nullus mihi
 Ultra Getas metatur, & Parthos ager;
 Non ture colimur; nec mea excluso Ioue
 Ornantur ara; nullo culminibus meis
 Inposita nutat silua; nec fumant manu
 465 Succensa multa stagna; nec somno dies,
 Bacchoq; nox ducenda peruigili datur.
 Sed non timemus. tuta sine telo est domus;
 Rebusq; paruis alta praestatur quies.
 Inmane regnum est. posse sine regno pati.
 470 PL. Nec abnuendum est, si dat imperium deus.
 THY. Nec adpetendum. PL. frater ut regnes rogat.
 THY. Rogat? timendum est. errat hic aliquis dolus.
 PL. Redire pietas, unde submota est, solet,
 Reparatq; vires iustus amissas amor.
 475 THY. Amat Thyesten frater? atherias prius
 Perfundet Arctos pontus; & Siculirapax
 Consistat aestus vnda, & Ionio seges
 Matura pelago surget; & lucem dabit
 Nox atra terris; antè cum flammis aqua,
 480 Cum morte vita, cum mari ventus fidem
 Fœdusq; iungent. PL. quam tamen fraudem times?
 TH. Omnem; timori quem meo statuam modum?
 Quantum potest, tantum odit. PL. in te quid potest?
 THY. Pro me nihil iam metuo: vos facitis mihi
 485 Atrea timendum. PL. decipi captus times?
 Serum est cauendi tempus in mediis malis.
 TH. Eat. unum genitor hoc testor tamen;
 Ego vos sequor, non duco. PL. Respiciat deus
 Bene cogitata. perge non dubio gradu.

THYESTES.
ATREVS. THYESTES.

- 490 **P**lagis tenetur clusa dispositis feras:
Et ipsum, & unà generis inuisti indolens
Iunctam parenti cerno. iam tuto in loco
Versantur odia: uenit in nostras manus
Tandem Thyestes, uenit, & totus quidem.
- 495 Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.
Sic, cum feras westigat, & longo sagax
Loro tenetur Vmber, ac presso uias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret, & tacito locum
- 500 Rostro pererrat; prada cum propior fuit,
Ceruice tota pugnat, & gestu uocat
Dominum morantem, seq; retinenti eripit.
Cum spirat ira sanguinem, nescit regi:
Tamen tegatur. adspice, ut multo grauis
- 505 Squallore uultus obruat mæstos coma:
Quam foeda iaceat barba. praestetur fides.
Fratrem iuuat uidere: complexus mihi
Redde expetitos; quidquid irarum fuit,
Transierit; ex hoc sanguis ac pietas die
- 510 Colantur; animis odia damnata excidant.
THY. Diluere possem cuncta, nisi talis fores.
Se l fateor, Atreu, fateor, admisi omnia
Qua credidisti; pessimam causam meam
Hodierna pietas fecit; est prorsus nocens,
- 515 Quicumque uisus tam bono fratri est nocens.
Lacrymis agendum est, supplicem primus uides.
Ha te precantur pedibus iniecta manus.
Ponatur omnis ira, & ex animo tumor
Erasus abeat, obsides fidei accipe
- 520 Hos innocentes. ATR. frater, à genibus manus

Aufer, meosq; potius amplexus pete.
 Vos quoque, senum praesidia, tot iuvenes, meo
 Pendete collo. squallidam vestem exsue,
 Oculisq; nostris parce, & ornatus cape.

525 Quales mei; latusq; frater imperi
 Capesse partem. maior hac laus est mea,
 Fratri paternum reddere incolumi decus.
 Habere regnum casus est, virtus dare.

THY. Di paria frater precia pro tantis tibi
 530 Meritis rependant. regiam capitis notam
 Squallor recusat noster; & sceptrum manus
 Infausta refugit; liceat in media mihi
 Latere turba. ATR. recipit hoc regnum duos.
 TH. Meum esse credo, quidquid est frater tuum.

535 ATR. Quis influentis dona fortuna abnuat?
 THY. Expertus est quicumq; quam facile effluant.
 ATR. Fratrem potiri gloria ingenti vetas?
 Tua iam peracta gloria est, restat mea.
 TH. Respuere certum est regna consilium mihi.

540 ATR. Meam relinquam, nisi tuam partem accipis.
 THY. Accipio; regni nomen inpositi feram:
 Sed iura & arma seruient mecum tibi.
 ATR. Inposita capiti vincla venerando gere;
 Ego destinatas victimas superis dabo.

CHORVS.

Sapphici.

545 C Redat hoc quisquam, ferus ille & acer,
 Nec potens mentis, truculentus Atrous.
 Fratris aspectu stupefactus hasit.
 Nulla vis maior pietate vera est.
 Iurgia externis inimica durant;
 550 Quos amor verus tenuit, tenebit.

- Ira cùm magnis agitata causis
 Gratiam rupit, cecinitq; bellum,
 Cùm leues frenis sonuere turma,
 Fulsit hinc illinc agitatus ensis;
 555 Quem mouet crebro furibundus ictu
 Sanguinem Mauors cupiens recentem,
 Obprimit ferrum, manibusq; iunctis
 Ducit ad pacem pietas negantes.
 Otium è tanto subitum tumultu
 560 Quis deus fecit? modò per Mycenæ
 Arma ciuilibus crepuere belli,
 Pallidæ matres timuere natis,
 Vxor armato timuit marito,
 Cùm manum inuitus sequeretur ensis
 565 Sordidus pacis vitio quieta.
 Ille labentes renouare muros
 Hic situ quassas stabilire turres;
 Ferreis portas cohibere claustris
 Ille certabat; pavidusq; pinnis
 570 Anxia nocti vigil incubabat.
 Peior est bello timor ipse belli.
 Iam mina saui cecidere ferri;
 Iam silet murmur graue classicorum;
 Iam tacet stridor litui strepentis;
 575 Alta pax Vrbi reuocata lata est.
 Sic vbi ex alto tumuere fluctus,
 Brutium Coro feriente pontum,
 Scylla pulsatis resonat cauernis,
 Ac mare in portu timuere nauta,
 580 Quod rapax haustum reuomit Charybdis;
 Et ferus Cyclops metuit parentem
 Rupe feruentis residens in Ætna,

- Ne superfusus violetur undis
 Ignis Ætnæis resonans caminis;
 585 Et putat mergi sua posse pauper
 Regna Laertes Ithaca tremente
 Si sua ventis cecidere vires,
 Mitius stagno pelagus recumbit,
 Alta qua navis timuit secare,
 90 Hinc & hinc fufis spaciosa velis;
 Strata ludenti patuere cymba;
 Et vacat mersos numerare pisces,
 Hic ubi ingenti modo sub procella
 Cyclades pontum timuere mota.
 595 Nulla fors longa est, dolor ac voluptas
 Inuicem cedunt; breuior voluptas.
 Ima permutat breuis hora summis.
 Ille qui donat diadema fronti,
 Quem genu nixa tremuere gentes,
 600 Cuius ad nutum posuere bella
 Medus, & Phœbi propioris Indus,
 Et Dacæ Parthis equitem minati;
 Anxius sceptrum tenet; & mouentes
 Cuncta diuina metuitq; casus
 605 Mobiles rerum, dubiumq; tempus.
 Vos, quibus rector maris atque terræ
 Ius dedit magnum necis atque vitæ,
 Ponite inflatos tumidosq; vultus:
 Quidquid à vobis minor expauescit,
 610 Maior hoc vobis dominus minatur.
 Omne sub regno grauiore regnum est.
 Quem dies vidit veniens superbum,
 Hunc dies vidit fugiens iacentem.
 Nemo confidat nimium secundis,*

615 *Nemo desperet meliora lapsis.*

Miscet hæc illis; prohibetq; Clotho

Stare fortunam, rotat omne fatum.

Nemo tam diuos habuit fauentes,

Crastinum ut possit sibi polliceri.

620 *Res Deus nostras celeri citatas*

Turbine versat.

ACTVS QVARTVS.

NVNCIVS. CHORVS.

Q*uis me per auras turboprapicitem vehet,*

Atraq; nube inuoluet, ut tantum nefas

Eripiat oculis? ò domus Pelopi quoque,

625 *Et Tantalopudenda! CH. quid portas noui?*

NVN. Quenã ista regio est, Sparte & Argos, inpios

Sortita fratres. & maris gemini premens

Fauces Corinthus? an feris Ister fugana

Præbens Alanis? an sub æterna niue

630 *Hyrcana tellus? an vagi passim Scythæ?*

CH. Quis hic nefandi est conscius monstri locus?

Effare, & istud pande, quodcunque est malum.

NVN. Si steterit animus, si metu corpus rigens

Remittit artus. hæret in vultu trucidis

635 *Imago facti ferte me insana procul*

Illò procella. ferte, quò fertur dies

Hinc raptus. CHO. animos grauius incertos tenes.

Quid sit quod horres ede, & auctorem indica.

Non quero quis sit, sed vter, effare ocyus.

640 *NVN. In arce summa Pelopea pars est domus*

Conuersa ad austros: cuius extremum latus

Æquale monti crescit, at que urbem premit,

Et contumacem regibus populum suis

Habet sub ietu: fulget hic turba capax.

- 645 *Inmane tectum, cuius auratas trabes
Variis columna nobiles maculis ferunt:
Post ista vulgo nota, qua populi colunt,
In multa diues spatia discedit domus.
Arcana in imo regia recessu iacet,*
- 650 *Alta vetustum valle compefcens nemus,
Penetrabile regni; nulla qua latos solet
Præbere ramos arbor, aut ferro coli,
Sed taxus, & cupressus, & nigra ilice
Obscura nutat silua; quam supra eminens*
- 655 *Despectat altè quercus, & vincit nemus.
Hinc auspicari regna Tantalida solent.
Hinc petere lapsis rebus & dubiis opem.
Adfixa in hærent dona, vocales tuba;
Fractiq; currus; spolia Myrtoï maris;*
- 660 *Victaq; falsis axibus pendent rota;
Et omne gentis facinus: hoc Phrygius loco
Fixus tiaras Pelopis: hic prada hostium;
Et de triumpho picta barbarico chlamys.
Fons stat sub umbra tristis, & nigra piger*
- 665 *Hæret palude: talis est dira Stygis
Deformis unda, que facit calo fidem.
Hic nocte cæca gemere ferales deos
Fama est: catenis lucus excussis sonat,
Vlulantq; manes: quidquid audire est metus,*
- 670 *Illic videtur: errat antiquis vetus
Emissa bustis turba, & insultant loco
Maiora notis monstra. quin tota solet
Micare flamma silua, & excelsa trabes
Ardent sine igne: sæpe latratu nemus*
- 675 *Trino remugit; sæpe simulacris domus
Adtonita magnis, nec dies sedat metum;*

- Nox propria luco est, & superstitio inferum
 In luce media regnat: hinc orantibus
 Responsa dantur certa, cum ingenti sono
- 680 Laxantur adyto fata, & innugit specus
 Vocem deo solvente. quò postquam furens
 Intrauit Atreus liberos fratris trahens,
 Ornantur ara. quis queat dignè eloqui?
 Post terga iuuenum nobiles religat manus,
- 685 Et mœsta vitta capita purpureâ ligat:
 Non tura desunt, non sacer Bacchi liquor,
 Tangensve salsa victimam culter mola.
 Seruatur omnis ordo, ne tantum nefas
 Non ritè fiat. CHO. quis manum ferro admouet,
- 690 NVN. Ipse est sacerdos: ipse funesta prece
 Letale carmen ore violento canit,
 Stat ipse ad aras; ipse deuotos neci
 Contrectat, & componit, & ferro admouet,
 Accendit ipse: nulla pars sacri perit.
- 695 Lucus tremiscit, tota succusso solo
 Nutauit aula, dubia quò pondus daret,
 Ac fluctuanti similis: è lauo æthere
 Atrum cucurrit limitem sidus trahens:
 Libata in ignes vina mutato fluunt
- 700 Cruenta Baccho: regium capiti decus
 Bis terq; lapsum est: fleuit in templis ebur.
 Mouere cunctos monstra: sed solus sibi
 Inmotus Atreus constat, atque vltro deos.
 Terret minantes. iamq; dimissa mora
- 705 Adsiluit aris, toruum & obliquum intuens:
 Iciuna siluis qualis in Gangeticis
 Inter iuuenos Tigris errauit duos,
 Vtriusque prædæ cupida, quò primos ferat

- Incerta morsus, flectit huc rictus suos,*
 710 *Illo reflectit, & famem dubiam tenet:*
Sic dirus Atreus capita deuota in pie
Speculatur ira: quem prius mactet sibi,
Dubitatur: secunda deinde quem cæde inmolet.
Nec interest, sed dubitat, & tantum scelus
- 715 *Iuuat ordinare. CH. quem tamen ferro occupat?*
NVN. Primus locus (ne deesse pietatem putes)
Auo dicatur: Tantalus prima hostia est.
CH. Quo iuuenis animo, quo tulit vultu necem?
NVN. Stetit sui securus, & non est preces
- 720 *Perire frustra passus: ast illi ferus*
In vulnere ensem abscondit, & penitus premens
Iugulo manum commisit: educto stetit
Ferro cadauer: cumq; dubitasset diu
Hac parte an illa caderet, in patruum cadit.
- 725 *Tunc ille ad aras Plisthenem seuus trahit,*
Adicitq; fratri, colla percussa amputat;
Ceruice caesa truncus in pronum ruit;
Querulum cucurrit murmure incerto caput.
CH. Quid deinde gemina cæde perfundus facit?
- 730 *Puerone parcit? an scelus sceleri ingerit?*
NVN. Silua iubat qualis Armenia leo,
In cæde multa victor armento incubat,
Cruore rictus madidus, & pulsa fame
Non ponit iras; hinc & hinc tauros premens,
- 735 *Vitulis minatur, dente iam lasso piger,*
Non aliter Atreus sequit, atque ira tumet,
Ferrumq; gemina cæde perfusum tenens,
Oblitus in quem fureret, infesta manu
Exegit ultra corpus. at pueri statim
- 740 *Pectore receptus ensis, in tergo exiit.*

Cadit ille, & aras sanguine extingvens suos;
Per utrumq; vulnus moritur. CH. ô (anum scelus!

NVN. Exhorruisti? hæcenus non stat nefas;
Plus est. CH. an ultra maius aut atrocius

745 Natura recipit. NVN. sceleris hunc finem putas?
Gradus est. CH. quid ultra potuit? obiecit feris
Lanianda forsân corpora, atque igne arcuit?

NVN. Vtinam arcuisset! ne tegat functos humus,
Ne soluat ignis, auib; epulandos licet

750 Ferisq; triste pabulum sauis trahat.
Votum est sub hoc, quod esse supplicium solet.

Pater insepultos spectet. ô nullo scelus

Credibile in auro, quodq; posteritas neget!

Erepta viuis extra pectoribus tremunt,

755 Spirantq; vena, cordq; adhuc pauidum salit.

At ille fibras tractat, ac fata inspicit,

Et adhuc calentes viscerum venas notat:

Postquam hostia placuere, securus vacat

Iam fratris epulis. ipse diuissim secat

760 In membra corpus, amputat trunco tenus

Humeros patentes; & lacertorum moras;

Denudat artus dirus, atque ossa amputat;

Tantum ora seruat, & datas fidei manus.

Hæc veribus hærent viscera, & lentis data

765 Stillant caminis; illa flammatus latex

Querente aheni iactat: inpositas dapes

Transsiliit ignis, indq; crepitantes focos

Bis ter regeßtus, & pati inßsus moram

Inuitus ardet stridet in veribus iecur,

770 Nec facile dicam, corpora an flamma gemant;

Gemuere; piceus ignis in fumos abit;

Et ipse fumus tristis, ac nebulâ grauis

Non rectus exit, seq̄, in excelsum leuat,
 Ipsos penates nube deformi obsidet.

- 775 O Phœbe patiens, fugeris retro licet,
 Medioq̄ ruptum merferis cœlo diem,
 Serò occidisti: lancinat natos pater,
 Artusq̄ mandit ore funesto suos,
 Nitet fluente madidus unguento comam,
 780 Grauisq̄ vino: saepe praclusa cibum
 Tenuere fauces. in malis unum hoc tuis
 Bonum est Thyesta, quòd mala ignoras tua,
 Sed & hoc peribit. verterit cursus licet
 Sibi ipse Titan, obuium ducens iter;
 785 Tenebrisq̄ facinus obruat tetrum nouis,
 Nox missa ab ortu tempore alieno grauis;
 Tamen videndum est: tota patefient mala.

CHORVS.

Anapæstici.

- QVò terrarum, superumq̄ parens,
 Cuius ad ortus noctis opaca,
 790 Decus omne fugit, quòd vertis iter,
 Medioq̄ diem perdis Olympo
 Cur Phœbe tuos rapis ad spectus?
 Nondum sera nuncius hora
 Nocturna vocat lumina vesper:
 795 Nondum Hesperia flexura rota
 Iubet emeritos soluere currus:
 Nondum in noctem vergente die
 Tertia misit buccina signum.
 Stupet ad subita tempora cœna
 800 Nondum fessis bubus arator.
 Quid te atherio pepulit cursu?
 Quæ causa tuos limite certo

- Deiecit equos? nunquid aperto
 Carcere Ditis victi tentant
- 805 Bellagigantes? nunquid Tityus
 Pectore fesso renouat veteres
 Saucius iras? num reiecto
 Latus explicuit monte Typhœus?
 Nunquid seruitur via Phlegraos
- 810 Alta per hesios & Thessalicum
 Thressâ premitur Felion Ossa?
 Solita mundi periere vices:
 Nihil occasus, nihil ortus erit:
 Stupet Eoos assueta deo
- 815 Tradere frenos genitrix prima
 Roscida lucis, peruersa sui
 Lumina regni. nescit fesso
 Tingere currus, nec fumantes
 Sudore iubas mergere ponto.
- 820 Ipse insueto nouus hospitio,
 Sol auroram videt occiduus,
 Tenebrasq; iubet surgere nondum
 Nocte paratâ. non succedunt
 Astra, nec ullo micat igne polus:
- 825 Nec luna graues digerit umbras.
 Sed quidquid id est, utinam nox sit.
 Trepidant trepidant pectora magno
 Perculsa metu, ne fatali
 Cuncta ruinâ quassata labent,
- 830 Iterumq; deos hominesq; premat
 Deforme chaos: iterum terras,
 Et mare & ignes, & vaga picti
 Sidera mundi natura tegat,
 Non æterna facis exortu

- 835 *Dux astrorum secula ducens*
Dabit astatibus brumæq; notas.
Non Phœbeis obuia flammis,
Demet nocti luna timores,
Vincetq; sui fratris habenas,
- 840 *Curuo breuius limite currens.*
Ibit in unum congesta sinum
Turba decrum.
Hic qui sacris peruius astris
Secat obliquo tramite zonas,
- 845 *Flectens longos signifer annos,*
Lapsa videbit sidera labens.
Hic qui pondum vere benigno,
Reddit zephyro vela tepenti,
Aries præcepit in undas,
- 850 *Per quas pauidam vexerat Hellen.*
Hic qui nitido taurus cornu
Præfert Hyadas, secum Geminos
Trahet, & curui brachia Cancri
Leo flammiferis astibus ardens
- 855 *Iterum è cœlo cadet Herculeus.*
Cadet in terras Virgo relictas;
Iustaq; cadent pondera Libras
Secumq; trahent Scorpion acrem.
Et qui neruo tenet Æmonio
- 860 *Pennata senex spicula Chiron,*
Rupto perdet spicula neruo.
Pigram referens hiemem gelidus
Cadet Ægoceros, frangetq; tuam,
Quisquis es, urnam. tecum excedent
- 865 *Vltima cœli sidera Pisces.*
Monstraq; nunquam perfusa mari

- Merget condens omnia gurgēs.
 Et qui medias diuidit Vrsas,
 Fluminis instar, lubricus Anguis:
 870 Magnosq; minor iuncta Draconi
 Frigida duro Cynosura gelu:
 Custosq; sui tardus plaustri
 Iam non stabilis ruet Arctophylax.
 Nos è tanto visipopulo
 875 Digni, premeret quos euerso
 Cardine mundus:
 In nos atas vltima venit.
 O nos dura sorte creatos,
 Seu perdidimus solem miseri,
 880 Siue expulimus!
 Abeant questus, discede timor.
 Vita est auidus, quisquis non vult
 Mundo secum pereunte mori.

ACTVS QVINTVS.

ATREVS.

- 885 **A** Equalis astris gradior, & cunctos super
 Altum superbo vertice attingens polum.
 Nunc decora regni teneo, nunc solium patris.
 Dimitto superos: summa votorum attigi.
 Bene est, abundè iam sat est etiam mihi.
 Sed cur satis sit? pergam, & implebo patrem.
 890 Funere suorum: ne quid obstaret pudor,
 Dies recessit; perge, dum cœlum vocat.
 Vtinam quidem tenere fugientes deos
 Possem, & coactos trahere, vt vlticem dāperem
 Omnes viderent! quod sat est videat pater.
 895 Etiam die nolente discutiam tibi
 Tenebras, miseria sub quibus latitant tua.

- Nimis diu conuiuia securo iaces
 Hilariq; vultu: iam satis mensis datum est,
 Satisq; Baccho: sobrio tanta ad mala*
 900 *Opus est Thyeste. turba famularis fores
 Templi relaxa; festa patefiat domus.
 Libet videre, capita natorum intuens
 Quos det colores, verba qua primus dolor
 Effundat, aut ut spiritu expulso stupens*
 905 *Corpus rigeſcat; fructus hic operis mei est.
 Miserum videre nolo, sed dum fit miser.
 Aperta multâ testa conlucent face.
 Resupinus ipse purpura atque auro incubat,
 Vino grauatum fulciens leuâ caput.*
 910 *Eructat. ô me cœlitum excelſiſſimum,
 Regumq; regem? vota transcendendi mea.
 Satur est, capaci ducit argento merum.
 Ne parce potu, restat etiam nunc cruor
 Tot hostiarum; veteris hunc Bacchi color*
 915 *Abſcondit; hoc hæc mensa claudatur scypho;
 Mistum suorum sanguinem genitor bibat;
 Meum bibisset. ecce iam cantus ciet,
 Festaſq; voces, nec satis menti inperat.*

THYESTES.

Anapæstici.

- 920 **P***ECTora longis hebetata malis,
 iam sollicitas ponite curas;
 Fugiat moeror, fugiatq; pauor,
 Fugiat trepidi comes exsiliij
 Tristis egestas, rebusq; grauis
 Pudr adſictis. magis unde cadas,*
 925 *Quàm quò, refert; magnum ex alto
 Culmine lapsum, stabilem in plano*

Figere gressum: magnum ingenti
 Strage malorum pressum, fracti
 Pondera regni, non inflexâ

930 Ceruice pati: nec degenerem
 Victumq; malis, rectum inpositas
 Ferre ruinas. Sed iam seui
 Nubila fati pelle, ac miseri
 Temporis omnes dimitte notas:

935 Redeant vultus ad lata boni,
 Veterem ex animo mitte Thyesten.

ja Proprium hoc miseros sequitur vitium,
 Nunquam rebus credere latis.
 Redeat felix fortuna licet,

940 Tamen adstrictos gaudere piget.
 Quid me reuocas, festumq; vetas
 Celebrare diem? quid flere iubes
 Nulla surgens dolor ex causa?
 Quis me prohibet flore decenti

945 Viacire comam? prohibet, prohibet.
 Verna capiti fluxere rose;
 Pingui madidus crinis amomo
 Inter subitos stetit horrores;
 Imber vultu nolente cadit.

950 Venit in medias voces gemitus;
ja Mœror lacrymas amat adsuctas.
 Flendi miseris dira cupido est.

Libet insaustos mittere questus,
 Libet & Tyrio saturas ostro

955 Rumpere vestes: ululare libet.
 Mittit luctus signa futuri
 Mens, antè sui presaga mali.
 Instat nautis fera tempestas,

- Cum sine vento tranquilla tument.
 960 Quos tibi vultus quosve tumultus
 Fingis demens? credula praesta
 Pectora fratri: iam quidquid id est.
 Vel sine causa, vel sera times.
 Nolo infelix; sed vagus intrà
 965 Terror oberrat. subitos fundunt
 Oculi fletus, nec causa subest.
 Dolor an metus est? an habet lacrymas
 Magna voluptas?

S. Lagema

ATREVS. THYESTES.

- 970 Festum diem germane, consensu pari
 Celebremus: hic est sceptrum qui firmet mea,
 Solidamq; pacis adliget certa fidem.
 THY. Satis dapis me, nec minus Bacchi tenet.
 Augere cumulus hic voluptatem potest,
 Si cum meis gaudere felici datur.
 975 ATR. Hic esse natos crede in amplexu patris,
 Hic sunt, eruntq; nulla pars prolis tua
 Tibi subtrahetur: ora, qua exoptas dabo,
 Totumq; turba iam sua implebo patrem.
 Satiaberis, ne metue: nunc misti meis,
 980 Iucunda mensa sacra iuuenilis colunt.
 Sed accientur. poculum infuso cape
 Gentile Baccho. THY. capio fraterna dapis
 Donum. paternis vina libentur diis,
 Tunc hauriantur. sed quid hoc? non vult manus
 985 Parere: crescit pondus, & dextram grauat.
 Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,
 Circaq; rictus ore decepto effluit.
 Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
 Vix lucet ignis, ipse quin ather grauis

990 *Inter diem noctemq; desertus stupet.
 Quid hoc? magis magisq; concussi labane
 Conuexa coeli; spissior densis coit
 Caligo tenebris, noxq; se in nocte abdidit.
 Fugit omne sidus. quidquid est, fratri, precor,*

995 *Natisq; parcat. omnis in vile hoc caput
 Abeat procella. redde iam natos mihi.*

ATR. *Reddam, & tibi illos nullus eripiet dies.*

THY. *Quis hic tumultus viscera exagitat mea?*

Quid tremuit intus? sentio impatiens onus

1000 *Meumq; gemitu non meo pectus gemit.*

Adeste nati, genitor infelix vocat;

Adeste, visis fugiet hic vobis dolor.

Vnde obloquuntur? ATR. expedi amplexus pater.

Venere; natos ecquid agnoscis tuos?

1005 *THY. Agnosco fratrem. sustines tantum nefas*

Gestare tellus non ad infernam Styga

Te nosq; mergis? rupta & ingenti via

Ad chaos inane regna cum rege abripis?

Non tota ab imo tecta conuellens solo,

1010 *Vertis Mycenae? stare circa Tantalum,*

Auosq; natos, si quis intra Tartara est,

Vterque iam debuimus, hinc compagibus

Et hinc reuulsis, huc tuam inmani sinu

Demitte vallem, nosq; defossos tege

1015 *Acheronte toto; noxia supra caput*

Anima vagentur nostrum; & ardenti freto

Phlegethon arenas igneus totas agens,

Exitia supra nostra violentus fluat.

Inmota tellus pondus ignarum iaces?

1020 *ATR. Recipe hosce citius; liberis tandem tuis*

Diu expetitis, nulla per fratrem est mora,

Fuere, osculare, diuide amplexus tribus.

THY. Hoc foedus? hac est gratia? hac fratris fides?

Sic odia ponis? non peto, incolumes pater.

1025 Natos ut habeam; scelere quod saluo dari

Odiōq; possit, frater hoc fratrem rogo,

Sepelire liceat. redde, quod cernas statim

Vri; nihil te genitor habiturus rogo,

Sed perditurus. ATR. quidquid è natis tuis

1030 Superest, habebis; quodq; non superest, habes.

THY. Vtrumne sauis pabulum alitibus iacent?

An belluis seruantur an pascunt feras?

ATR. Epulatus ipse es inpiã natos dape.

THY. Hoc est deos quod puduit hoc egit diem

1035 Auersum in ortus. quas miser voces dabo?

Questusq; quos que verba sufficient mihi?

Abscissa cerno capita & auulsas manus,

Et rupta fractis cruribus vestigia.

Hoc est quod auidus capere non potuit pater.

1040 Voluuntur intus viscera, & clusum nefas

Sine exitu luctatur, & quarit viam.

Da frater ensem, sanguinis multum mei

Habet ille, ferro liberis demus viam.

Negatur ensis. pectora inliso sonent

1045 Concussa planctu. sustine infelix manum.

Parcamus umbris. tale quis vidit nefas?

Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam

Heniochus habitans. quisve Cecropis metus

Terris Procrustes? genitor en natos premo,

1050 Premorq; natis. sceleris est aliquis modus?

ATR. Sceleri modus debetur, ubi facias scelus,

Non ubi reponas. hoc quoque exiguum est mihi

Ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua

- Diffundere ora debui, ut viuentium
 1055 Biberes cruorem. verba sunt ira data:
 Dum propero, ferro vulnera inpresso dedi.
 Cecidi ad aras, cæde votinâ focos
 Placavi: & artus, corpora exanima amputans,
 1060 In parua carpsi frustra: & hæc feruentibus
 Demersi ahenis, illa lentis ignibus
 Stillare iussi. membra nervosq; abscondi
 Viuentibus: graciliq; traiectas veru
 Mugire fibras vidi, & adgressi manu
 Meâ ipse flammæ. omnia hæc meliùs pater
 1065 Fecisse potuit. cecidit incassum dolor.
 Scidit ore natos in pio, sed nesciens,
 Sed nescientes. THY. clusa littoribus vagis
 Audite maria; vos dij audite hoc scelus,
 Quocumque diffugistis; audite inferi;
 1070 Audite terræ; noxq; Tartaræ grauis
 Et atra nube, vocibus nostris vaca;
 Tibi sum relictus, sola tu miserum vides,
 Tu quoque sine astris. vota non faciam improba;
 Pro me nihil precabor; ecquid iam potest
 1075 Pro me esse? vobis vota prospicient mea.
 Tu summe cæli rector, ætheria potens
 Cominator aula nubibus totum horridis
 Conuolue mundum, bella ventorum undique
 Donnitte, & omni parte violentum intona;
 1080 Manuq; non qua tectæ, & inmeritas domos
 Telo petis minore; sed qua montium
 Tergemina moles cecidit, & qui montibus
 Stabant pares Gigantes, hæc arma expedi,
 Ignesq; torque; vindica amissum diem.
 1085 Iaculare flammæ; lumen ereptum polo
 Fulminibus

- Fulminibus exple: causa, ne dubites diu,
 Vtriusque mala sit: si minus, mala sit mea.
 Me pete: trisulco flammearum telo facem
 Per pectus hoc trans mitte. si natos pater*
- 1090 *Humare, & igni tradere extremo volo,
 Ego sum cremandus. Si nihil superos mouet,
 Nullumq; telis inpios numen petit;
 Æterna nox permaneat, & tenebris tegat
 Immensa longis scelera: nil Titan queror,*
- 1095 *Si perseueras. ATR. nunc meas laudo manus,
 Nunc parta vera est palma. perdideram scelus.
 Nisi sic doleres: liberos nasci mihi
 Nunc credo, castus nunc fidem reddi toris.
 TH. Quid liberi meruere? ATR. quod fuerant tui.*
- 1100 *TH. Natos parenti? ATR. fateor; & quod me inuat
 Certos THY. piorum presides testor deos.
 AT. Quid coniugales? TH. scelere quis p̄s̄at scelus?
 ATR. Scio quid queraris, scelere prærepto doles;
 Nec quod nefandas hauseris tangit dapes:*
- 1105 *Quod non pararis. fuerat hic animus tibi,
 Instruere similes inscio fratri cibos,
 Et adiuuante liberos matre adgredi,
 Similiq; letho sternere: hoc unum obstitit,
 Tuos putasti. THY. vindices aderunt dei:*
- 1110 *His puniendum vota te tradunt mea.
 ATR. Te puniendum liberis trado tuis.*

L. ANNÆI SENECAE
I V N I O R I S

Oedipus.

Personæ.

OEDIPVS. IOCASTA. CHORVS.
CREON. TIRESIAS. MANTO.
SENEX. PHORBAS. NVNCIVS.

A C T V S P R I M V S.

OEDIPVS. IOCASTA.

I Am nocte pulsa dubius effulsit dies,
Et nube mæstum squallida exoritur iubar,
Lumenq; flamma triste luctifica gerens,
Iam cernet auida peste solatas domos:
5 Stragemq; quam nox fecit, ostendet dies.
Quisquamne regno gaudet? ô fallax bonum,
Quantum malorum fronte quam blanda tegis?
Ut alta ventos semper excipiunt iuga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta,
10 Quamuis quieti, verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.
Quam bene parentis sceptrâ Polybi fugeram,
Curis solutus, exsul, intrepidus, vagans:
Calum deosq; testor, in regnum incidi.
15 Infanda timeo, ne mea genitor manu
Perimatur: hoc me Delphicæ laurus monent,
Aliudq; nobis indicant maius scelus.
Est maius aliud patre mactato nefas?
Præ misera pietas! eloqui fatum pudet.

Thala-

- 20 Thalamos parentis Phœbus, & diros toros
 Nato minatur, in pia incestos face.
 Hic me paternis expulit regnis timor.
 Nunc ego penates profugus excessi meos,
 Parum ipse fidens mihi met, in tuto tua
- 25 Natura posui iura. cum magna horreas,
 Quæ posse fieri non putes, metuas tamen.
 Cuncta expauesco, meq; non credo mihi.
 Iam iam aliquid in nos fata moliri parant.
 Nam quid rear, quod ista Cadmea lues
- 30 Infesta genti strage tam latè edita
 Mihi parcit uni. cui reseruamur malo?
 Inter ruinas urbis, & semper nouis
 Deslenda lacrymis funera, ac populi struem,
 Incolumis adsto, scilicet Phœbi reus.
- 35 Sperare poteris sceleribus tantis dari
 Regnum salubre? fecimus coelum nocens. *Pueri*
 Non aura gelido lenis adflatu fouet
 Anhela flammis corda; non Zephyri leues
 Spirant; sed ignes auget astiferi Canis
- 40 Titan, Leonis terga Nemeæ premens.
 Deseruit amnes humor, atque herbas color,
 Aretq; Dirce; tenuis Ismenos fluit, *Teca*
 Et tingit inopi nuda vix vnda vada.
 Obscura calo labitur Phœbi soror;
- 45 Tristiq; mundus nubilo pallet nouo.
 Nullum serenis noctibus sidus micat:
 Sed grauis & ater incubat terris vapor.
 Obtexit arces calitum, ac summas di mos
 Inferna facies. denegat fructum Ceres
- 50 Adulta, & altis flaua cum spicis cremat:
 Arente culmo sterilis emoritur seges.

Nec vlla pars immunis exitio vacat.

Sed omnis atas pariter & sexus ruit;

Iuuenesq; senibus iungit, & natis patres

55 Funesta pestis. vna fax thalamos cremat;

Fletuq; acerbo funera & questu carent.

Quin ista tanti peruicax clades mali

Siccavit oculos: quodq; in extremis solet,

Feriere lacryma. portat hunc ager parens

60 Supremum ad ignem, mater hunc amens gerit,

Properatq;, vt alium regerat in eundem rogam.

Quin luctu in ipso luctus exoritur nouus,

Suaq; circa funus exsequia cadunt,

Tum propria flammis corpora alienis cremant.

65 Diripitur ignis, nullus est miseris pudor.

Non ossa tumuli sancta discreti tegunt:

Arsisse satis est. pars quota in cineres abit?

Deest terra tumulis, iam rogos silua negant.

Non vota, non ars vlla correptos leuant,

70 Cadunt medentes, morbus auxilium trahit.

Adfusus aris supplices tendo manus,

Matura poscens fata: praecurram vt prior

Patriam ruentem: neue post omnes cadam;

Fiamq; regni funus extremum mei.

75 O seua nimium numina, o fatum graue!

Negatur vni nempe in hoc populo mihi

Mors tam parata? sperne letali manu

Contacta regna. linque lacrymas, funera,

Tabifica caeli vitia, qua tecum inuehis

80 Infaustus hospes: profuge iamdudum ocyus

Vel ad parentes. 10. quid iuuat coniux mala

Grauare questu? regium hoc ipsum recr,

Aduersa capere; quodq; sit dubius magis

- Status, & cadentis inperl moles labat;*
 85 *Hoc stare certo pressius, fortem gradu.*
Haud est virile, terga fortuna dare.
- OED. *Abest pauoris crimen, ac probrum procul,*
Virtusq; nostra nescit ignauos metus.
Si tela contra stricta, si vis horrida
- 90 *Mauortis in me rueret, aduersus feros*
Audax gigantes obuias ferrem manus.
Nec Sphingæ cæcis verba nectentem modis
Fugis; cruentos vatis infandæ tuli
Rictus, & albens ossibus sparsis solum.
- 95 *Cumq; è superna rupe iam præda imminens*
Aptaret alas, verbera & cauda mouens,
Sæui leonis more, conciperet minas;
Carmen poposci; sonuit horrendum, insuper
Crepuere mala; saxaq; impatiens mora
- 100 *Reuulsit unguis, viscera expectans mea.*
Nodosa sortis verba, & inplexos dolos,
Ac triste carmen alitis solui fera.
- IO. *Quid sera mortis vota nunc demens facis?*
Licuit perire. laudis hoc precium tibi
- 105 *Sceptrum, & peremptæ Sphingis hæc merces datur.*
 OED. *Ille ille dirus callidi monstri cinis*
In nos rebellat; illa nunc Thebas lues
Perempta perdit. vna iam superest salus,
Si quam salutis Phœbus ostendit viam.

CHORVS.

Sapphici, & Anapæstici, & in fine
 Iambici:

- 110 **O** *Ccidis Cadmi generosa proles*
Vrbe cum tota. viduas colonis
Respicis terras miseranda Thebe.

Carpitur

*Carpitur lethotuus ille Bacche
Miles, extremos comes vsque ad Indos,*

115 *Ausus Eois equitare campis,
Figere & mundo tua signa primo.
Cinnamis siluas Arabum beatas
Vidit, & versas equitis sagittas,
Terga fallacis metuenda Parthi.*

120 *Littus intravit pelagi rubentis.
Promit hic ortus, aperitq; lucem
Phœbus, & flammâ propiore nudos
Inficit Indos.*

Stirpis inuicta genus interimus,

sa 125 *Labimur sauo rapiente fato:
Ducitur semper noua pompa morti.
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœsti, serieq; tristis
Hæret, & turba tumulos petenti*

130 *Non satis septem patuere porta.
Stat grauis strages premiturq; iuncto
Funere funus.*

*Prima vis tardas tetigit bidentes;
Laniger pingues malè carpsit herbas.*

135 *Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur segnis; patuit sub ictu
Ponderis vasti resoluta ceruix.*

140 *Nec cruor ferrum maculauit, atrâ
Turpis è plaga sanies profusa est.
Segnior cursu sonipes in ipso
Concidit gyro, dominumq; pronò
Prodidit armo.*

- 145 *Incubant pratis pecudes relicta;*
Taurus armento pereunte marcet;
Deficit pastor grege diminuto,
Tabidos inter moriens iuuenos.
Non lupos cerui metuunt rapaces;
- 150 *Cessat irati fremitus leonis;*
Nulla villosis feritas in urfis.
Perbibit pestem latebroso serpens,
Aret, & sicco moritur veneno.
Non silua sua decorata coma,
- 155 *Fundit opacis montibus umbras.*
Non rura virent ubere gleba;
Non plena suo vitis Iaccho
Brachia curuat.
Omnia nostrum sensere malum.
- 160 *Rupere Erebi claustra proiundi*
Turba sororum face tartarea:
Phlegethonq; sua motam ripa
Miscuit undis Styga Sidonijs.
Mors alta auidos oris hiatus
- 165 *Pandit, & omnes explicat alas.*
Quiq; capaci turbida cymba
Flumina seruat durus senior,
Nauita crudus, vix assiduo
Brachia conto lassata refert,
- 170 *Fessus turbam vectare nouam.*
Quin Tenarij vincula ferri
Rupisse canem fama, & nostris
Errasse locis; mugisse solum;
Vaga per lucos simulacra virum
- 175 *Maiora viris: bis Cadmeum*
Niue discussa tremuisse nemus.

*Iam turbatam sanguine Dircen,
Nocte silenti*

Amphionios ululasse canes.

180 *O dira noui facies leti,
Grauior leto! piger ignauos
Adligat artus languor; & agro
Rubor in vultu; maculaq; caput
Sparfere leues; tum vapor ipsam*

185 *Corporis arcem flammens urit,
Multoq; genas sanguine tingit.
Oculiq; rigent, & sacer ignis
Pascitur artus. resonant aures,
Stillatq; niger naris adunca*

190 *Cruor, & venas rumpit hiantes.
Intima creber viscera quassat
Gemitus stridens, tunc amplexu
Frigida presso saxa fatigant,
Quos liberior domus elato*

195 *Custode sinit. petitis fontes,
Aliturq; sitis laticis ingestis.
Prostrata iacet turba per aras,
Oratq; mori. solum hoc faciles
Tribuere dei. delubra petunt,*

200 *Haud ut voto numina placent,
Sed inuat ipsos satiare deos.*

Quisnam ille propero regiam gressu petit?

Adestne clarus sanguine ac factis Creos?

An ager animus falsa pro veris videt?

205 *Adest petitus omnibus votis Creos.*

ACTVS SECVNDVS.

OEDIPVS. CREO.

Trimetri iambici, & Tetrametri trochaici,
& quidam heroici hexametri.

H Orrore quati^{or}, sata quò vergant timens,
Trepidumq^{ue}, gemino pectus euentu labat.
Vbi lata duris mista in ambiguo iacent,
Incertus animus scire cum cupiat, timet.

210 Germane nostra coningis, fessis opem
Si quam reportas, voce properata edoce.

CR. Respon^{sa} dubia sorte perplexa latent.

OED. Dubiam salutem qui dat adflētis, negat.

CR. Ambage flexā Delphico mos est deo

215 Arcana tegere. OED. fare sit dubium licet;
Ambigua soli noscere Oedipoda datur.

CR. Cadem expiari regiam exsilio deus,

Et interemptum Laium vlcisci iubet.

Non antè calo lucidus curret dies,

220 Haustusq^{ue}, tutos atheris puri dabit.

OED. Ecquis peremptor inclyti regis fuit?

Quem memoret, ede, Phœbus, vt pœnas luat.

CR. Sit precor dixisse tutū visu & auditu horridū,

Torpor incedit per artus, frigidus sanguis coit.

225 Vt sacrata templa Phœbi supplici intraui pede,

Et pias, numen precatus, ritè summissi manus.

Gemina Parnassi niualis arx trucem sonitū dedii.

Imminēs Phœbea laurus tremuit, & mouit domū

Ac repentè sancta fontis lympha Castalij stetit.

230 Incipit Lethaa vates spargere horrentes comas,

Et pati conmotā Phœbū, contigit nondum specum.

Emicat vasto fragore maior humano sonus:

Mitia Cadmeis remeabunt sidera Thebis,

- Si profugus Dircen Ismenida liqueris hospes,
 235 Regis cade nocens, Phœbo iam notus & infans.
 Nec tibi longa manent scelerata gaudia cadis:
 Tecum bella geres natis quoque bella relinques,
 Turpis maternos iterum reuolutus in ortus.
 OED. Quod facere monitus calitum iussus paro,
 240 Functi cineribus regis hoc decuit dari,
 Ne sancta quisquam sceptrâ violaret dolo.
 Regi tuenda maximè regum est salus.
 CR. Queritur peremptū nemo, quē incolumē times.
 OED. Curam perempti maior excussit timor.
 245 CR. Pium prohibuit vllus officium metus?
 OED. Prohibent nefandi carminis tristes mina.
 Nunc expietur numinum imperio scelus.
 Quisquis deorum regna placatus vides:
 Tu tu, penes quem iura præcipitis poli;
 250 Tuq; ô sereni maximum mundi decus,
 Bis sena cursu signa qui vario regis,
 X Qui tarda celeri secula euoluis rota;
 Sororq; fratri semper occurrens tuo,
 Noctiuaga Phœbe; quiq; ventorum potens
 255 Æquor per altum cœrulos currus agis;
 Et qui carentes luce disponis domos,
 Adeste. cuius Laius dextra occidit,
 Hunc non quieta tecta, non fidi lares,
 Non hospitalis exsulem tellus ferat,
 260 Thalamis pudendis doleat & prole impia.
 Hic & parentem dextera perimat sua,
 Faciatq; (num quid grauius optari potest?)
 Quidquid ego fugi. non erit venia locus:
 Per regna iuro quaq; nunc hospes rego,
 265 Et qua reliqui, perq; penetrales deos;

- Per te pater Neptune, qui fluctu breui
 Vtrimque nostro geminus ad ludis solo.
 Et ipse nostris vocibus testis veni
 Fatidica vatis ora Cirrhea mouens.
- 170 Ita molle senium ducat, & summum diem
 Securus alto reddat in solio parens,
 Solasq; Merope nouerit Polybi faces,
 Vt nulla fontem gratia eripiet mihi.
 Sed quo nefastum facinus admissum loco est,
- 175 Memorato: aperto Marte, an insidiis iacet?
 CR. Frondifera sancta nemora Castalia petens,
 Calcauit altis oblitum dumis iter,
 Trigemina qua se spargit in campos via:
 Secat una gratum Phocidos Baccho solum,
- 180 Vnde altus arua deserit calum petens
 Clementer acto colle Parnassus biceps:
 At vna bimares Sisyphi terras adit,
 Olenia in arua: tertius trames caua
 Conualle serpens, tangit errantes aquas,
- 185 Gelidumq; dirimit amnis Elei vadum:
 Hic pace fretum, subita pradonum manus
 Adgressa ferro, facinus occultum tulit.
 In tempore ipso, sorte Phœbea excitus
 Tiresia tremulo tardus adcelerat gradu,
- 190 Come sq; Manto luce viduatum trahens.
 OEDIPVS. TIRESIAS. MANTO.
 S Acrate diuis, proximum Phœbo caput,
 Responsa solue, fare quem pœna petant.
 TIR. Quod tardo fatum, lingua quod querit moras,
 Haud te quidem magnanime mirari addecet.
- 295 Visu carentem magna pars veri latet,
 Sed quod vocat me patria, quod Phœbur, sequar.

Fata eruantur, si foret viridis mihi
 Calidusq; sanguis, pectore excuterem deum.
 Adpellite aris candidum tergo bouem,

300 Curuoq; nunquam colla depressum iugo.
 Tu lucis inopem nata genitorem regens,
 Manifesta sacri signa fatidici refer.

MAN. Opima sanctas victima ante aras stetit.

TIR. In vota superos voce solenni voca,

305 Araq; dono turis Eoi exstrue.

MAN. Iam tura sacris calitum ingessi fossis.

TIR. Quid flamma: largas iamne comprehendit dapes?

MAN. Subito refulsit lumen, & subito occidit.

TIR. Vtrumne clarus ignis & nitidus stetit,

310 Rectusq; purum verticem calo tulit.

Et summam in auras fusus explicuit comam?

An latera circa serpit incertus via,

Et fluctuante turbidus fumo labat?

MAN. Non una facies mobilis flammæ fuit:

315 Imbrifera qualis implicat varios sibi

Iris colores, parte qua magnâ poli

Curuata picto nunciat nimbos sinu;

Quis desit illi, quisne sit dubites color,

Carulea fuluis mista oberrauit notis;

320 Sanguinea rursus: vltimum in tenebras abit.

Sed ecce pugnax ignis in partes duas

Discedit, & se scindit vnus sacri

Discors fauilla. genitor horresco intuens.

Libata Bacchi dona permutat cruor,

325 Ambitq; densus regium fumus caput,

Ipsosq; circa spissior vultus sedet,

Et nube densâ sordidam lucem abdidit.

Quid sit, parens effare. TIR. quid fari queam

Inter tumultus mentis adtonita vagos?

330 *Quidnam loquar? sunt dira, sed in alto, mala.*
Solet ira certis numinum ostendi notis.

Quid istud est, quod esse prolatum volunt,
Iterumq; nolunt, & truces iras tegunt?

Pudet deos nescio quid. Huc properè admoue,

335 *Et sparge salsâ colla taurorum molâ.*

Placidone vultu sacra & admotas manus

Patiuntur? MAN. altum taurus adtolleus caput;

Primos ad ortus positus, expauit diem,

Trepidusq; vultum obliquat, & radios fugit.

340 *TIR. Vnône terram vulnere adficti petunt?*

MAN. Iuuenca ferro semet opposito induit,

Et vulnere vno cecidit. at taurus duos

Perpeffus ictus, huc & huc dubius ruit,

Animamq; fessus vix reluctantem exprimit.

345 *TIR. Vtrum citatus vulnere angusto micat,*

An lentus altis irrigat plagas cruor?

MAN. Huius per ipsam, quâ patet pectus, viam

Effusus amnis: huius exiguo graues

Maculantur ictus imbres; sed versus retro

350 *Per ora multus sanguis, atque oculos redit.*

TIR. Infausta magnos sacra terrores cient.

Sed ede certas viscerum nobis notas.

MAN. Genitor quid hoc est: nō leui motu, ut solent.

Agitata trepidant exta; sed totas manus

355 *Quatiunt: nouusq; profilit venis cruor.*

Cor marcet & gram penitus, ac mersum latet;

Liuentq; venæ; magna pars fibris abest,

Et felle nigro tabidum spumat iecur.

Ac, semper omen vnico imperio graue,

360 *En capita paribus bina consurgunt toris,*

- Sed utrumque casum tenais abscondit capus
 Membrana, latebram rebus occultis negans,
 Hostile valido robere insusgit latus,
 Septemq; venas tendit, has omnes retro*
 365 *Prohibens reuerti limes obliquus secat.
 Mutatus ordo est, sede nil propria iacet;
 Sed acta retro cuncta. non anima capax
 In parte dextra pulmo sanguineus iacet.
 Non laua cordis regio; non molli ambitu*
 370 *Omenta pingues viscerum obtendunt sinus.
 Natura versa est; nulla lex utero manet.
 TIR. Scrutemur unde tantus hic extis rigor?
 MAN. Quod hoc nefas? conceptus innupta bouis.
 Nec moresolito positus, alieno in loco*
 375 *Inplet parentem; membra cum gemitu mouet.
 Tremulo rigore debiles artus micant;
 Infecit atras liuidus fibras cruor;
 Tentantq; turpes mobilem trunci gradum;
 Et inane surgit corpus, ac sacros petit*
 380 *Cornu ministros: viscera effugiunt manum.
 Neque ipsa, qua te pepulit, armenti grauis
 Vox est; nec usquam territi resonant greges.
 Inmugit aris ignis, & trepidant foci.
 OED. Quid ista sacri signa terrifici ferant,
 385 Exprore: voces aure non timida hauriam.
 Solent suprema facere securos mala.
 TIR. His inuidebis, quibus opem quaeris malis.
 OED. Memora, quod vnum scire caelicola volunt,
 Contaminarit rege quis caso manus.*
 390 *TIR. Nec alta cali pinna qua leuis secat,
 Nec fibra viuis rapta pectoribus potest
 Ciere nomen. alia tentanda est via,*

- Ipse euocandus noctis eterna plagis
 Emissus Erebo, ut cadis uict. rem indicet.
 395 Reſeranda tellus, Ditis implacabile
 Numen precandum; populus inferna Stygis
 Huc extrahendus. Ede, cui mandes ſacrum:
 Nam te, penes quem ſumma regnorum, eſt neſas
 Inuiſere umbras. OED. Te Creo hic poſcit labor.
 400 Ad quem ſecundum regna reſpiciunt mea
 TIR. Dum nos profunda clauſtra laxamus Stygis,
 Populare Bacchi laudibus carmen ſonet.

CHORVS.

- Hexametri, trochaici, choriambici, iambici, da-
 ctylīci, ſapphici, anapaſtici, puri & impuri, &c.
Effuſam redimite comam nutante corymbo,
 Mollia Niſeis armati brachia thyriſis.
 405 Lucidum cœli decus, huc ades uotis
 Qua tibi nobiles Theba, Bacche, tuæ a Maxima
 Palmis ſupplicibus ferunt.
 Huc aduerte fauens uirgineum caput.
 Vultu ſidereo diſcute nubila,
 410 Et triſtes Erebi minas,
 Auidumq; fatum. te decet uernis comam
 Cingi floribus:
 Te caput Tyria cohibere mitra;
 Hederæq; mollem
 415 Bacciferâ religare frontem:
 Spargere effuſos ſine lege crines,
 Ruſſus adducto reuocare nodo.
 Qualis iratam metuens nouercam
 Creueras falſos imitatus artus,
 420 Crine ſtauenti ſimulata uirgo,
 Luteâ veſtem retinente zona.

- Vnde tam molles placuere cultus,
 Et sinus laxi, fluidumq; syrma.
 Vidit aurato residere curru,
 425 Veste cum longa regeres leones,
 Omnis Eoa plaga vasta terra;
 Qui bibit Gangem; niueumq; quisquis
 Frangit Araxem.*
- Te senior turpi sequitur Silenus a sello,
 430 Turgida pampineis redimitus tempora sertis,
 Conditam lasciui deducunt orgia mysta.
 Te Bassaridum comitata cohors:
 Nunc Edon I pede pulsauit
 Sola Pangai; nunc Threicio
 435 Vertice Pindi; nunc Cadmeas
 Inter matres in pia Menas
 Comes Ogygio venit Iaccho,
 Nebride sacra praecineta latus.
 Tibi commota pectora matres
 440 Fudere comam, thyrsuq; leuem
 Vibrante manu. iam post laceros
 Pentheos artus Thuyades aestro
 Membra remissa, velut ignotum
 Videre nefas.*
- 445 Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi,
 Nereidumq; choris Cadmeia cingitur Ino.
 Ius habet in fluctus magni puer aduena ponti,
 Cognatus Bacchi, numen non vile Palamon.
 Te Tyrrhena puer rapuit manus,
 450 Et tumidum Nereus posuit mare.
 Carula cum pratis mutat freta.
 Hinc verno platanus folio viret,
 Et Phaebo laurus carum nemus:*

- Garrula per ramos auis obstrepit;
 455 Vinaces hederas ramus tenet;
 Summa ligat vitis carchesium;
 Idæus prora fremuit leo;
 Tigris puppe sedet Gangetica;
 Dum pirata freto pauidus natat;
 460 Et noua demersos facies habet.
 Brachia prima cadunt prædonibus,
 Inlisumq; vtero pectus coit.
 Paruula dependet lateri manus,
 Et dorso fluctum curuo subit,
 465 Lunatâ scindit caudâ mare,
 Et sequitur curuus fugientia carbasa delphin.
 Diuite Pactolus verit te Lydius undâ,
 Aurea torrenti deducens flumina ripâ.
 Laxauit victos arcus, Geticaq; sagittas
 470 Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.
 Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.
 Sensere terra Zedacum feroces:
 Et quos vicinus Boreas ferit
 Arua mutant: quasq; Mæotis
 475 Adluit gentes frigida fluctu:
 Quasq; despectat vertice summo
 Sidus Arcadium, geminumq; plaustrum,
 Ille dispersos domuit Gelonos:
 Arma detraxit trucibus puellis:
 480 Ore deiecto petiere terram
 Thermodontiaca graues caterua,
 Positis tandem leuibus sagittis,
 Mites facta. sacer & Citharon
 Sanguine inundauit,
 485 Ophioniâq; cade.

Proetides filuas petiere & agros,
 Praesidem Bacchum coluit nouerca,
 Naxos Aegeo redimita ponto,

Tradit thalamis virginem relictam,
 490 Meliore pensans damna marito.

Pumice sicco

Fluxit Nyctileus latex.

Garruli gramen secuere riuu,

Conbibit dulces humus alta succos,

495 Niveiq; lactis candidos fontes,

Et mista odoro Lesbia cum thymo.

Ducitur magno noua nupta caelo:

Solenne Phoebus carmen

Edit, infusis humero capillis

500 Concutit tedas geminus Cupido:

Telum deposuit Iuppiter igneum,

Condidit Baccho veniente fulmen.

Lucida dum current annosi sidera mundi,

Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem,

505 Lunaq; dimissos dum plena recolliget ignes,

Dum matutinos praedicet Lucifer ortus,

Altaq; caruleum dum Nerea nesciet Arctos,

Candida formosi venerabimur ora Lyai.

ACTVS TERTIVS.

OEDIPVS. CREO.

ET si ipse vultus flebiles praesert notas,
 510 Expone cuius capite placemus deos.

CR. Fari iubes, tacere qua suadet metus.

OED. Si te ruentes non satis Theba mouent,

At scepra moueant lapsa cognata domus.

CR. Nescisse cupies nosse qua nimum expetis.

515 OED. Iners malorum remedium ignorantia est.

Itan³

Itan' & salutis publica indicium obrues?

CR. *Vbi turpis est medicina, sanari piget.*

OED. *Audita fare, vel malo domitus graui,
Quid arma possint regis irati scies.*

320 CR. *Odere reges dicta que dici iubent.*

OED. *Mittêris Erebo vile pro cunctis caput,
Arcana sacri voce ni retegis tuâ.*

CR. *Tacere liceat: nulla libertas minor*

A rege petitur. OED. *Sape vel lingua magis
325 Regi atque regno muta libertas obest.*

CR. *Vbi non licet tacere, quid cuiquam licet?*

OED. *Imperia soluit, qui tacet, iussus loqui.*

CR. *Coacta verba placidus accipias precor.*

OED. *Vlline pena vocis expressa fuit?*

330 CR. *Est procul ab vrbe lucus ilicibus niger,
Dircea circa vallis irrigua loca.*

Cupressus altis exserens siluis caput

Virente semper adligat trunco nemus;

Curuosq; tendit quercus & putres sita

335 *Annoſa ramos: huius abruptis latus*

Edax vetustas. illa iam fessâ cadens

Radice, fulta pendet aliena trabe,

Amara baccis laurus; & tiliæ leues;

Et Paphia myrtus & per immensum mare

340 *Motura remos alnus; & Phœbo obuia*

Enode zephyris pinus opponens: latus.

Media stat ingens arbor, atque umbrâ graui

Siluas minores urget; & magno ambitu

Diffusa ramis vna defendit nemus.

345 *Tristis sub illa, lucis & Phœbi inscius,*

Restagnat humor frigore æterno rigens.

Limosâ pigrum circuit fontem palus.

- Huc ut sacerdos intulit senior gradum,
 Haud est moratus; præstitit noctem locus:
 550 Tunc fossa tellus; & super rapti rogis
 Iaciuntur ignes. ipse funesto integit
 Vates amictu corpus, & frontem quatit.
 Lugubris imos palla perfundit pedes.
 Squallente cultu mæstus ingreditur senex,
 555 Mortifera canam taxus adstringit comam.
 Nigro bidentes vellere, atque atra boues
 Retro trahuntur. flamma prædatur dapcs,
 Viuumq; trepidat igne ferali pecus.
 Vocat inde manes teq; qui manes regis,
 560 Et obsidentem claustra letalis lacus:
 Carmenq; magicum voluit, & rapido minax
 Decantat ore quidquid aut placat leues
 Aut cogit umbras. sanguinem libat focus,
 Solidaq; pecudes vrit, & multo specum
 565 Saturat cruore. libat & niueum insuper
 Lactis liquorem; fundit & Bacchum manu
 Laua, canitq; rursus. & terram intuens
 Grauiore manes voce & adtonitâ ciet.
 Latrauit Hecates turba; ter valles cana.
 570 Sonuere mæstum; tota succusso solo
 Pulsata tellus. Audior, vates ait;
 Rata verba fudi, rumpitur cæcum chaos,
 Iterq; populus Ditis ad superos datur.
 Subsedit omnis silua. & erexit comam;
 575 Duxere rimas robora; & totum nemus
 Concussit horror: terra se retro dedit,
 Gemuitq; penitus: siue tentari abditum
 Acheron profundum mente non aquâ tulit:
 Siue ipsa tellus ut daret functis viam,

- 580 *Compagē rupta sonuit: aut ira furens
Triceps catenas Cerberus mouit graues.
Subitò dehiscit terra, & inmensò sinu
Laxata patuit. ipse pallentes deos
Vidi inter umbras; ipse torpentes lacus,*
- 585 *Noctemq; veram: gelidus in venis stetit
Hæsitq; sanguis: saua profiluit cohors.
Et stetit in armis omne vipereum genus
Fratrū, caterua dente Dircaø satæ,
Auidumq; populi pestis Ogygij malum.*
- 590 *Tum torua Erinnys sonuit, & cæcus Furor
Horrorq;, & vnâ quidquid æterna creant
Celantq; tenebra; Luctus auellens comam,
Ægredq; lapsum sustinens Morbus caput.
Grauis senectus sibimet, & pendens Metus.*
- 595 *Nos liquit animus. ipsa, quæ ritus senis
Artesq; norat, stupuit. intrepidus parens,
Audaxq; damno conuocat Ditis feri
Exsanguē vulgus; illico nebula leues
Volitant, & auras libero calo trahunt.*
- 600 *Non tot caducas educat frondes Eryx;
Nec vere flores Hybla tot medio creat;
Cum examen alto neçtitur densum globo;
Fluctusq; non tot frangit Ionium mare,
Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas*
- 605 *Permutat hiemes ales, & calum secans
Tepente Nilo pensat Arctoas niues;
Quot ille populos vatus eduxit sonus.
Pauida latebras nemoris umbrosi petunt
Anima trementes. primus emergit solo,*
- 610 *Dextra ferocem cornibus taurum premens
Zetus, manuq; sustinet laua chelym,*

- Qui saxa dulci traxit Amphion sono.
 Interq; natos Tantalus tandem suos,
 Tutò superba fert caput fastu graui,
 615 Et numerat umbras. peior hac genitrix adest
 Furibunda Agaue, tota quam sequitur manus
 Partita regem: sequitur & Bacchas lacer
 Pentheus, tenetq; saeuus etiam nunc minas.
 Tandem vocatus saepe pudibundum extulit
 620 Caput, atque ab omni desidet turba procul,
 Celatq; semet. instat, & Stygias preces
 Geminat sacerdos, donec in apertum efferat
 Vultus opertos Laius. fari horreo!
 Stetit per artus sanguine effuso horridus,
 625 Padore foedo squallidam obiectus comam,
 Et ore rabido fatur: O Cadmi efferat,
 Cruore semper lata cognato domus,
 Vibrat thyrsos: enthea natos manu
 Lacerate potius; maximum Thebis scelus
 630 Maternus amor est; patria non ira deum,
 Sed scelere raperis. non graui flatu tibi
 Lueticus auster; nec parum pluuio aethere
 Satiata tellus halitu sicco nocet;
 Sed rex cruentus, precia qui saua necis
 635 Sceptra, & nefandos occupat thalamos patris,
 Inuisa proles. sed tamen peior parens
 Quam natus utero rursus insausto grauis,
 Egit qui in ortus semet; & matri inpius
 Foetus regessit; quidq; (vix mos est feris)
 640 Fratres sibi ipse genuit. implicitum malum,
 Magisq; monstrum Sphinge perplexum sua,
 Te te, cruenta sceptra qui dextra geris,
 Te pater inultus vrbe cum tota petam,

- Et mecum Erynnes pronubas thalami traham,
 654 Traham sonantes verbera, incestam domum
 Vertam, & penates in pio Marte obteram.
 Proinde pulsum sinibus regem ocyus
 Agite exsulem. quodcumque funesto gradu
 Solum relinquet, vere florifero virens
 650 Reparabit herbas; spiritus puros dabit
 Vitalis aura; veniet & siluis decor.
 Lethum, luesq̄, mors, labor, tabes, dolor,
 Comitatus illo dignus, excedent simul.
 Et ipse rapidis gressibus sedes volet
 655 Effugere nostras: sed graues pedibus moras
 Addam, & tenebo: reptet incertus via,
 Baculo senili triste pratentans iter.
 Præripite terras, auferam cælum pater.
 OED. Et ossa & artus gelidus inuasit tremor.
 660 Quidquid timebam facere, fecisse arguor.
 Tori iugalis abnuuit Merope nefas,
 Sociata Polybo: sospes absoluit manus
 Polybus meas: uterque defendit parens
 Cædem stuprumq̄. quis locus culpa est super?
 665 Multo ante Theba Læium amissum gemunt,
 Bæota gressu quàm meo tetigi loca.
 Falsusne senior, an deus Thebis grauis?
 Iam iam tenemus callidi socios doli.
 Mentitur ista, præferens fraudi deos,
 670 Vates, tibiq̄, sceptrâ despondet mea.
 CR. Egon' ut sororem regiâ expelli velim?
 Si me fides sacrata cognati laris
 Non contineret in meo certum statu:
 Tamen ipsa me Fortuna terreret nimis
 675 Sollicita semper, liceat hoc tutò tibi

Exuere pondus, ne recedentem opprimat.

Iam te minore tutior pones loco.

OED. Hortaris etiam, sponte deponam ut mea

Tam grauia regna? CR. suadeam hoc illis ego

680 *In vtrumq; quis est liber etiam nunc status.*

Tibi iam necesse ferre fortunam tuam.

OED. Certissima est regnare cupienti via,

Laudare modica, & otium ac somnum loqui.

Ab inquieto saepe simulatur quies.

685 *CR. Parumne me tam longa defendit fides?*

OED. *Aditum nocendi perfido praestat fides?*

CR. *Solutus onere regio, regni bonis*

Fruor, domusq; ciuium coetu viget;

Nec vlla vicibus surgit alternis dies,

690 *Qua non propinqui munera ad nostros lares*

Sceptri redundant, cultus, opulenta dapes,

Donata multis gratia nostra salus:

Quid tam beata deesse fortuna rear?

OE. *Quod res secunda non habent unquam modum.*

695 *CR. Incognita igitur ut nocens causa cadam?*

OED. *Num ratio vobis reddita est vita mea?*

Num audita causa est nostra Tiresia? tamen

Sontes videmur. facitis exemplum, sequor.

CR. *Quid si innocens sum? OE. dubia pro certis solent*

700 *Timere reges. CR. qui pauet vanos metus,*

Veros fatetur. OED. quisquis in culpa fuit,

Dimissus odit omne quod dubium putat.

CR. *Sic odia fiunt. OED. odia qui nimium timet,*

Regnare nescit: regna custodit metus.

705 *CR. Qui sceptrum duro sauis imperio regit,*

Timet timentes: metus in auctorem redit.

OED. *Seruate sententiam saxo inclusum specu:*

Ipse ad penates regios referam gradum.

Anapaſtici, choriambici, ſapphici, trochaici
& Iambici inter ſe mixti & confuſi.

- 710 **N**on tu tantis cauſa periculis,
Non hæc Labdacidas premunt
Fata: ſed veteres Deum
Ira ſequuntur. Caſtaliũ nemus
Vmbra Sidonio præbuit hoſpiti,
Lauitq; Dirce Tyrios colonos:
- 715 Vt primũ magni natus Agenoris,
Feſſus per orbem furta ſequi Iouis,
Sub noſtra ramis conſtitit arboris,
Prædonem numerans ſuum;
Monitũq; Phœbi
- 720 Iuſſus erranti comes ire vacca,
Quam non flexerat
Vomer, aut tardi iuga curua pluſtri;
Deſeruit fugas, nomenq; genti
Inauſpicata de boue tradidit:
- 725 Tempore ex illo noua monſtra ſemper
Protulit tellus:
Aut anguis imis vallibus editus,
Annoſa ſupra robora ſibilat,
Supraq; pinus,
- 730 Supra Chaonias celſior arbores
Cœruleum erexit caput,
Cũ maiore ſui parte recumberet.
Aut feta tellus, in pio partu
Effudit arma:
- 735 Sonuit reflexo clauſicum cornu,
Littuſq; adunco ſtridulos cantus
Elifit ære. antè non linguas

- Alias, & arma vocis ignota*
Clamore primum hostico experti.
 740 *Agmina campos cognata tenent.*
Dignaq; iacto semine proles
Vno atatem permensa die,
Post luciferi nata meatus,
Ante Hesperios occidit ortus.
 745 *Horret tantis aduena monstris.*
Populiq; timet bella recentis,
Donec cecidit saua iuuentus;
Genitrixq; suo reddi gremio
Modo productos vidit alumnos.
 750 *Hac transierit ciuile nefas.*
Illa Herculeae norint Thebae
Prælia fratrum.
Quid Cadmei fata nepotis,
Cum viuacis cornua cerui
 755 *Frontem ramis texere nouis;*
Dominumq; canes egere suum?
Præcepit siluas montesq; fugit
Citus Actæon, agiliq; magis
Pede per saltus, & saxa vagus.
 760 *Metuit motas zephyris plumas,*
Et qua posuit retia vitat:
Donec placidi fontis in undâ
Cornua vidit, vultusq; feros.
Vbi virgineos fouerat artus
 765 *Nimum saui diua pudoris.*

ACTVS QVARTVS.

OEDIPVS. IOCASTA.

C*Vras reuoluit animus, & repetit metus.*
Obiisse nostro Læium scelere autumant

- Superi inferiq;: sed animus contrà innocens,
Sibiq; melius quàm deis notus, negat.*
- 770 *Redit memoria tenue per vestigium,
Cecidisse nostri stipitis pulsu obuium,
Datumq; Diti, cum prior iuuenem senex
Curru superbus pelleret Thebis procul,
Phoea trifidas regio quâ scindit vias.*
- 775 *Vnanima coniux explica errorem precor,
Quæ spatia moriens Læius vita tulit:
Primòne in auro viridis, an fracto occidit?
IO. Inter senem iuuenemq; sed propior seni.
OED. Frequensne turba regium cinxit latus?*
- 780 *IO. Plures fefellit error ancipitis via;
Paucos fidelis curribus iunxit labor.
OED. Aliquisne cecidit regio fato comes?
IO. Vnum fides virtusq; consortem addidit.
OED. Teneo nocentem; conuenit numerus, locus:*
- 785 *Sed tempus adde. IO. decima iam metitur seges.*

SENEA. OEDIPVS.

- C***Orinthius te populus in regnum vocat
Patrium: quietem Polybus æternam obtinet.*
- OED. *Vt vndique in me sæua fortuna inruit!
Ediffere agedum, quo cadat fato parens.*
- 790 *SE. Animam senilem mollis exsoluit sopor.
OED. Genitor sine vlla cæde defunctus iacet.
Testor, licet iam tollere ad cælum piè
Puras nec vlla scelera metuentes manus.
Sed pars magis metuenda fatorum manet.*
- 795 *SE. Omnem paterna regna discutunt metum.
OED. Repetam paterna regna, sed matrem horreo.
SE. Metuis parentem, quæ tuum reditum expetens
Solicita pendet? OED. ipsa me pietas fugat.*

- SE. *Vidua m relinques? OED. t angis en ipsos metus.*
- 800 SE. *Effare, mersus quis premat mentem timor:
Præstare tacitam regibus soleo fidem.*
OED. *Connubia matris Delphico admonitu tremo.*
SE. *Timere vana desine, & turpes metus
Depone, Merope vera non fuerat parens.*
- 805 OED. *Quod subditiui præmium nati petiit?*
SE. *Regnum: superbam liberi adstringunt fidem.*
OED. *Secreta thalami, fare, quo excipias modo.*
SE. *Ha te parenti paruulum tradunt manus.*
OED. *Tu me parenti tradis? at quis me tibi?*
- 810 SE *Pastor niuoso sub Citharonis iugo.*
OED. *In illa temet nemora quis casus tulit?*
SE. *Illo sequebar monte cornigeros greges.*
OED. *Nunc adice certas corporis nostri notas.*
SE. *Forata ferro gesseras vestigia,*
- 815 *Tumore nactus nomen, ac vitio pedum.*
OED. *Quis fuerit ille, qui meum dono dedit
Corpus, requiro. SE. regios pauit greges;
Minor sub illo turba pastorum fuit.*
OED. *Eloquere nomen. SE. prima languescit senum*
- 820 *Memoria, longo lassâ sublabens situ.*
OED. *Potésne facie noscere ac vultu virum?*
SE. *Fortasse noscam. sape iam spatio obrutam
Leuis exoletam memoriam reuocat nota.*
OED. *Ad sacra & aras omne compulsus pecus*
- 825 *Duces sequantur: ite properè, accersite
Famuli, penes quos summa consistit gregum.*
SE. *Sine ista ratio siue fortuna occulit,
Latère semper patere quod latuit diu:
Sape eruentis veritas patuit malo.*
- 830 OED. *Malum timeri maius his aliquod potest?*

- SE. *Magnum esse, magnâ mole quod petitur, scias.
Concurrit illinc publica, hinc regis salus,
Vtrunque patria: contine medias manus,
Ut nil laceffas, ipsa se fata explicant.*
- 835 Non expedit concutere felicam statum.
OED. *Tutò mouetur quidquid extremo in loco est.* *Ja*
SE. *Nobilius aliquid genere regali adpetis?
Ne te parentis pigeat inuenti vide.*
OED. *Nec poenitendi sanguinis quaram fidem;*
- 840 *Sed nosse certum est. ecce grandæuus senex,
Arbitria sub quo regij fuerant gregis,
Phorbas. refer sine nomen aut vultum senis?*
SE. *Adridet animo forma: nec notus satis;
Nec rursus iste vultus ignotus mihi.*
- 845 *Regnum obtinente Laio famulus greges
Agitasti opimos, sub Citharonis plaga?*
PHORBAS. SENEX. OEDIPVS.
LÆTUS Citharon pabulo semper nouo
LÆTIVA nostro prata submittit gregi.
- SE. *Noscisne memet? P. dubitat anceps memoria.*
- 850 OED. *Huic aliquis à te traditur quondam puer?
Effare, dubitas? cur genas mutat color?
Quid verba quaris? veritas odit moras.*
PH. *Obdusta longo temporum tractu moues.*
OED. *Fatere, ne te cogat ad verum dolor.*
- 855 PH. *Inutile isti munus infantem dedi.
Non potuit ille luce, non cælo frui.*
SE. *Procul sit omen: viuit, & viuat precor.*
OED. *Supereffe quare traditum infantem negas?*
PH. *Ferrum per ambos tenue transactum pedes*
- 860 *Ligabat artus: vulneri innatus tumor,
Puerile foedâ corpus urebat lue.*

- SE. *Quid quaris ultra: fata iam accedunt propè.*
 OE. *Quis fuerit infans, edoce.* PH. *prohibet fides.*
 OE. *Huc aliquis ignem: flamma iam excutiet fidè,*
 865 *Per tam cruentas vera quarenti vias.*
 PH. *Ignosce quaeso, si ferus videor tibi,*
Et inpotens, iam parta vindicta in manu est.
 OED. *Dic vera: quisnam, quòve generatus patre*
Qua matre genitus? PH. *coniuge est genitus tua.*
 870 OED. *Dehisce tellus, tuq; tenebrarum potens,*
In tartara ima rector umbrarum rape
Retro reuersas generis ac stirpis vices.
Congerite ciues saxa in infandum caput;
Maclate telis, me petat feroparens;
 875 *Me natus; in me coniuges arment manus;*
Fratresq; & ager populus ereptos rogis
Iaculetur ignes, seculi crimen vagor,
Odium deorum, iuris exitium sacri;
Qua luce primùm spiritus hausi rudes,
 880 *Iam morte dignus. redde nunc animos parens;*
Nunc aliquid aude sceleribus dignum tuis.
 I, *perge, propero regiam cursu pete,*
Gratare matri, liberis auclâ demo.

CHORVS. Trochaici.

- 885 **F** *Ata si liceat mihi*
Fingere arbitrio meo,
Temperem zephyro leui
Vela, ne pressa graui
Spiritu antenna tremant:
Lenis & modicum fluens
 890 *Aura, nec vergens latus,*
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me mediâ vebat

- Vita decurrens viâ.*
Cnoſſium regem timens,
 895 *Alta dum demens petit,*
Artibus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincer, ac falſis nimis
Imperat pennis puer,
 900 *Nomen eripuit freto.*
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter,
Nube ſub media ſtetit,
Alitem expectans ſuum:
 905 *Qualis accipitris minas*
Fugit, & ſparſos metu
Colligit fœtus auis:
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer,
 910 *Comes audacis viæ.*
Quidquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco.
Sed quid hoc? poſtis ſonat;
Mœſtus & famulus manu
 915 *Regius quaſſat caput.*
Ede quid portes noui.

ACTVS QVINTVS.
 NVNCIVS.

- P**Radicta poſtquam fata & infandum genus
 Deprendit, ac ſe ſcelere conuictum Oedipus
 Damnauit: ipſe regiam infeſtus petens,
 920 *Inuiſa propero tectâ penetrauit gradu.*
Qualis per arua Libycus inſanit leo.
Fulvam minaci fronte concutiens iocam:

- Vultus furore toruus, atque oculi truces,
 Gemitus, & altum murmur, & gelidus fluit
- 925 Sudor per artus. spumat, & voluit minas,
 Ac mersus altè magnus exundat dolor.
 Secum ipse saeuus grande nescio quid parat,
 Suisq; fati simile. Quid pœnas moror?
 Vt hoc scelestum pectus aut ferro petat,
- 930 Aut feruido aliquis igne vel saxo domet?
 Quæ Tigris aut quæ sæua visceribus meis
 Incurrat ales? ipse tu scelerum capax
 Sacer Citharon, vel feras in me tuas
 Emitte siluis, mitte vel rabidos canes.
- 935 Nunc redde Agauen. anime quid mortem times?
 Mors innocentem sola fortuna eripit.
 Hac fatus aptat impiam capulo manum,
 Ensemq; ducit. Itane tam magnis breues
 Pœnas sceleribus soluis? atque vno omnia
- 940 Pensabis icthū? moreris? hoc patri sat est:
 Quid deinde matri? quid malè in lucem editis
 Natis? quid ipsi, quæ tuum magnâ luit
 Scelus ruinâ, flebili patria dabis?
 Soluenda non est illa, quæ leges ratas
- 945 Natura in vno vertit Oedipode, nouos
 Commenta partus: supplicis eadem meis
 Nouetur. iterum viuere atque iterum mori
 Liceat: renasci semper, vt toties noua
 Supplicia pendas. utere ingenio miser:
- 950 Quòd sæpe fieri non potest, fiat diu.
 Mors eligatur longa: queratur via,
 Quæ nec sepultis mistus, & viuus tamen
 Exemptus erres. morere, sed citra patrem.
 Cunctaris anime? subitus an vultus grauat

- 955 *Perfusus imber, ac rigat fletu genas?*
Et flere satis est? hæcenus fundent leuem
Oculi liquorem: sedibus pulsi suis
Lacrymas sequantur. hi maritales statim
Fodiuntur oculi. Dixit, atque ira furit;
- 960 *Ardent minaces igne truculento genas;*
Oculiq; vix se sedibus retinent suis.
Violentus, audax, mutus, iratus, ferox.
Tantum cruentus gemuit, & dirum fremens
Manus in ora torsit: ac contra truces
- 965 *Oculi steterunt, & suam intenti manum*
Vltro insequuntur, vulneri occurrunt suo.
Scrutatur avidus manibus unciis lumina;
Radice ab ima funditus vulsos simul
Euoluit orbis: hæret in vacuo manus,
- 970 *Et fixa penitus unguibus lacerat cauos*
Altè recessus luminum, & inanes sinus;
Sæuitq; frustra, plusq; quàm sat est furit,
Tantum est periculum lucis: ad tollit caput,
Causiq; lustrans orbibus cæli plagas,
- 975 *Noctem experitur: quidquid effossis malè*
Dependet oculis, rumpit; & victor deos
Conclamat omnes: Parcite en patria, precor:
Iam iussa feci: debitas pœnas tuli:
Inuenta thalamis digna nox tandem meis.
- 980 *Rigat ora sædus imber, & lacerum caput*
Largum reuulsis sanguinem venis vomit.

CHORVS.

Anapæstici.

Fatis agimur: cedit fatis.

Non sollicitæ possunt curæ

Mutare rati stamina fusi.

- 985
- Quidquid patimur mortale genus,*

*Quidquid**esse. P. de
La Yra.*

- ✓ a Quidquid facimus, venit ex alto.
 Seruatq; sua decreta colus
 7 Lachesis, durâ reuoluta manu.
 2 Omnia certo tramite vadunt:
 2 990 Primusq; dies dedit extremum.
 Non illa Deo vertisse licet,
 2 Qua nexa suis currunt causis.
 It cuique ratus, prece non vllâ
 2 Mobilis, ordo. multis ipsum
 2 995 Timuisse nocet: multi ad fatum
 Venere suum, dum fata timent.
 2 Sonuere fores, atque ipse suum
 Duce non vlllo molitur iter
 Luminis orbis.

OEDIPVS. CHORVS. IOCASTA.

- 1000 **B** Ene habet, peractum est, iusta persolui patri.
 Iuuant tenebra. quis Deus tandem mihi
 Placatus atra nube perfundit caput?
 Quis scelera donat? conscium euasi diem.
 Nil patricida dextera debes tue.
 1005 Lux te refugit. vultus Oedipodem hic decet.
 CH. Ene ecce rapido seua prosiluit gradu
 Iocasta vecors: qualis attonita & furens
 Cadmea mater abstulit nato caput,
 Sensitq; raptum; dubitat, adflictum adloqui
 1010 Cupit, pauetq;. iam malis cessit pudor.
 10. Cupiunt, & horrent ora. nam quid te vocem?
 Natúmne? dubitas? natus es; nati pudet?
 Inmitis oro nate, quò auertis caput,
 Vacuosq; vultus? OED. quis frui tenebris vetat?
 1015 Quis reddit oculos? mater en, matris sonus.
 Perdidimus operam. congregi fas amplius

*Haud est. nefandos diuidat vastum mare,
Dirimatq; tellus abdita: & quisquis sub hoc
In alia versus sidera, ac solem auium*

1010 *Dependet orbis, alterum ex nobis ferat.*

IO. *Fati ista culpa est; nemo fit fato nocens.*

OED. *Iam parce verbis mater, & parce auribus;
Per has reliquias corporis trunci precor,
Per inauspicatum sanguinis pignus mei,*

1025 *Per omne nostri nominis fas & nefas.*

IO. *Quid anime torpes? socia cur scelerum dare
Pœnas recusas? omne confusum perit,
Incesta, per te iuris humani decus.*

Morere, ac nefastum spiritum ferro exige.

1030 *Non si ipse mundum concitans diuum sator*

*Corusca sauâ tela iaculetur manu,
Vnquam rependam sceleribus pœnas pares
Mater nefanda. mors placet: mortis via
Quærat. agedum commoda matri manu,*

1035 *Si patricida es: restat hoc operi vltimum.*

*Rapiatur ensis: hoc iacet ferro meus
Coniux. quid illum nomine haud vero vocas?
Socer est. vtrûmne pectori insigam meo
Telum? an patenti conditum iugulo inprimam?*

1040 *Eligere nescis vulnus. hunc dextra hunc pete*

*Vterum capaxem, qui virum & natum tulit.
CH. Iacet perempta, vulnere inmoritur manus;
Ferrumq; secum nimius eiecit cruor.*

OED. *Te fatidice, te præsidentem veri Deum*

1045 *Compello, solum debui fatis patrem.*

*Bis patricida, plusq; quam timui nocens,
Matrem peremi; scelere confecta est meo.
O Phœbe mendax, fata superavi impia.*

- Pavitante gressu sequere fallaces vias,
 1050 Suspensa plantis efferens vestigia.
 Cæcam tremente dextera noctem rege.
 I, gradere præceps, lubricos ponens gradus.
 I, profuge, vade, siste ne in matrem incidas.
 Quicumque fessi corpore, & morbo graues
 1055 Semianima trahitis corpora: en fugio, exeo,
 Releuate colla: mitior cæli status
 Post terga sequitur; quisquis exilem iacens
 Animam retentat, viuidos haustus leuis
 Concipiat. ite, ferte depositis opem:
 1060 Mortifera mecum vitia terris extraho.
 Violenta fata, & horridus mortis tremor,
 Maciesq; & atra pestis, & rabidus dolor
 Mecum ite, mecum; ducibus his uti libet.

L. ANNÆI SENECAE
 I V N I O R I S
 Hippolytus.

Personæ.

HIPPOLYTUS. CHORVS. PHÆDRA.
 THESEVS. NVNCIVS. NVTRIX.

A C T V S P R I M V S.

HIPPOLYTUS. Anapaſtici.

ITE, umbras cingite silvas,
 Summaq; montis iuga Cecropij.
 Celeri plantâ lustrate vagi

Quæ saxa solo Carpeneto
 Subiecta iacent; quæq; Thriasi
 5 Vallibus amnis rapidâ currens

- Verberat vnda. scandite colles
 Semper canos niue Riphæa,
 Hac hac alij, qua nemus altâ
 Textitur alno; quæ prata iacent;
- 10 Qua rorifera mulcens aura
 Zephyrus vernas euocat herbas. *— agros*
 Vbi per glareas lenis Ilissus,
 Vbi Meander super æquales
 Labitur agros piger, & steriles
- 15 Amne maligno radit arenas.
 Vos, qua Marathon tramite lauo
 Saltus aperit; quâ comitata
 Gregibus paruis nocturna petunt
 Pabula foeta. vis, qua tepidis
- 20 Subditus austris frigora mollit
 Durus Acarnan; alius rupem
 Dulcis Hymetti; paruas alius
 Calcet Aphidnas. pars illa diu
 Vacat immunis, qua curuati
- 25 Littora ponti Sunion vrget.
 Si quem tangit gloria silua,
 Vocat hunc Philipis;
 Hic versatur metus agricolis,
 Vulnere multo iam notus aper.
- 30 At vos laxas canibus tacitis
 Mittite habenas;
 Teneant acres lora molossos.
 Et pugnaces tendant Cressæ
 Fortia trito vincula collo;
- 35 At Spartanos, genus est audax
 Auidumq; fera, nodo cautus,
 Propiore liga. veniet tempus

- Cum latratu caua saxa sonent,
 Nunc demissi nare sagaci
 40 Captent auras, lustraq; presso
 Quarant rostro, dum lux dubia est,
 Dum signa pedum roscida tellus
 Inpressa tenet.
 Alius raras ceruice graui
 45 Portare plagas, alius teretes
 Properet laqueos. picta rubenti
 Linea pinnâ vano eludat
 Terrore feras. tibi libretur
 Missile telum: tu graue dextrâ
 50 Lauaq; simul, robur lato
 Dirige ferro: tu precipites
 Clamore feras subseffor ages:
 Tu iam victor curuo solues
 Viscera cultro.
 55 Ades en comiti diua virago,
 Cuius regno pars terrarum
 Secreta vacat: cuius certis
 Petitur telis fera, que gelidum
 Potat Araxen, & qua stanti
 60 Ludit in Istro: tua Getulos
 Dextra leones, tua Cretans
 Sequitur cernas: nunc veloces
 Figis damas leuiore manu:
 Tibi dant varia pectora tigres,
 65 Tibi villosi terga bisontes,
 Latiscq; feri cornibus vri.
 Quidquid solus pascitur auis;
 Sine illud inops nouit Garamas,
 Sine illud Arabs diuine siluâ,

- 70 *Sine ferocis iugæ Pyrenes,
Sive Hyrcani celant saltus,
Vacuisq; vagus Sarmata campis
Arcus metuit, Diana, tuos.
Tua si gratus numina cultor*
- 75 *Tulit in saltus, retia vincetas
Tenuere feras; nulli laqueum
Rupere pedes; fertur plaustro
Prada gementi; tum rostra canes
Sanguine multo rubicunda gerunt,*
- 80 *Repetitq; casas rustica longo
Turba triumpho.
En Diua faue, signum arguti
Misere canes, vocor in siluas.
Hac hac pergam quâ via longum*
- 85 *Compensat iter.*

PHÆDRA. NVTRIX.

- *Magna vasti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumera rates
Tenuere pontum, quidquid Assyriâ tenus
Tellure Nereus peruium rostris secat;*
- 90 *Cur me in penates obsidem inuisos datam,
Hostiq; nuptam degere atatem in malis,
Lacrymisq; cogis? profugus en coniux abest,
Præstaq; nupta quam solet Theseus fidem.
Fortis per altas inuij retro lacus*
- 95 *Vadit tenebras miles audacis proci,
Solio ut reuulsam regis inferni abstrahat,
Pergit furoris socius: haud illum timor
Pudorq; tenuit, stupra & inlicitos toros
Acheronte in imo quarit Hippolyti pater.*
- 100 *Sed maior alius incubat mœsta dolor:*

- Non mē quies nocturna ; non altus sopor
 Soluere curis: alitur, & crescit malum,
 Et ardet intus; qualis Æthæo vapor
 Exundat antro. Palladis tela vacant;
 105 Et inter ipsas pensa labuntur manus.
 Non colere donis templa votiuis libet;
 Non inter aras Attidum mistam choris,
 Iactare tacitis conscias sacris faces,
 Nec adire castis precibus aut ritu pio
 110 Adiudicatam præsidem terra deam.
 Iuuat excitatas consequi cursu feras,
 Et rigida molli gesa iaculari manu.
 Quid tendis anime? quid furens saltus amas?
 Fatale miseræ matris agnosco malum,
 115 Peccare noster nouit in siluis amor.
 Genitrix tui me miseret ; infando malo
 Correpta , pecoris efferi sæuum ducem
 Audax amasti toruus, inpatiens iugi.
 Adulter ille, ductor indomiti gregis,
 120 Sed amabat aliquid; quis meas miseræ deus
 Aut quis iuuare Dædalus flammæ queat?
 Non, si ille remeet arte Mopsopiâ potens
 Qui nostras cacâ monstra conclusit domo,
 Promittat ullam casibus nostris opem.
 125 Stirpem perosa Solis inuisi Venus,
 Per nos catenas vindicat Martis sui,
 Suasq; ; probris omne Phœbeum genus
 Onerat nefandis. nulla Minois leui
 Defuncta amore est, iungitur semper nefas.
 130 NVT. Théseia coniux, clara progenies Iouis,
 Nefanda casto pectore exturba ocyis.
 Extingue flammæ, né ve te diræ spei

Præbe obsequentem. quisquis in primo obstitit
Repulitq; amorem, tutus ac victor fuit;

- 135 Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Sed recusat ferre quod subiit iugum.
Nec me fugit, quàm durus & veri insolens
Ad recta flecti regius nolit tumor.

PH. Quemcunque dederit exitum casus, feram:

- 140 Fortem facit vicina libertas senem.

NVT. Obstare primum est velle, nec labi viâ,
Pudor est secundus, nosse peccandi modum.

Quò misera pergis? quid domum infamem granas,
Superaq; matrem? maius est monstro nefas:

- 145 Nam monstra fato, moribus scelera imputes.
Si, quòd maritus supera non cernit loca.

Tutum esse facinus credis, & vacuum metu
Erras. teneri crede Lethæo abditum

Thesea profundo, ferre perpetuam Stygem;

- 150 Quid ille, lato maria qui regno premit,
Populisq; reddit iura centenis pater,

Latere tantum facinus occultum sinet?

Sagax parentum est cura. Credamus tamen
Astu doloq; tegere nos tantum nefas;

- 155 Quid ille rebus lumen infundens suum
Matris parens? quid ille, qui mundum quatit,
Vibrans corusca fulmen Aethnaum manu,
Sator deorum? credis hoc posse effici
Inter videntes omnia ut lateas auos?

- 160 Sed, ut secundus numinum abscondat fauor

Coitus nefandos, utq; contingat stupro

Negata magnis sceleribus semper fides;

Quid pœna prasens conscia mentis pauor

Animusq; culpa plenus, & semet timens?

- 165 *Scelus aliquatutum, nulla securum tulit.*
Compesce amoris inpij flammam precor,
Nesq̄, quod non vlla tellus barbarā
Commisit unquam, non vagus campis Geta,
Nec inhospitalis Taurus, aut sparsus Scythes.
- 170 *Expelle facinus mente castifica horridum:*
Memorq̄ matris, metue concubitus nouos.
Miscere thalamos patris & nati adparas,
Vterq̄, prolem capere confusam inpio?
Perge, & nefandis verte naturam ignibus.
- 175 *Cur monstra cessant? aula cur fratris vacat?*
Prodigia toties orbis insueta audiet,
Natura toties legibus cedit suis,
Quoties amabit Cressa? RHÆ. quæ memoras scio
Vera esse nutrix, sed furor cogit sequi
- 180 *Peiora: vadit animus in præceptis sciens,*
Romeatq̄, frustra sana consilia adpetens.
Sic cum grauatam nauita aduersâ ratem
Propellit undâ, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado:
- 185 *Quod ratio postulat, vincit ac regnat furor,*
Potensq̄, tota mente dominatur deus.
Hic volucer omni regnat in terra potens,
Ipsumq̄, flammis torret indomitis Iouem.
Gradiuus istas belliger sensit faces,
- 190 *Opifex trisulci fulminis sensit deus,*
Et qui furentes semper Æthnæis iugis
Verfat caminos, igne tam paruo calet.
Ipsumq̄, Phœbum, tela qui neruo regit,
Figit sagittâ certior missa puer,
- 195 *Volitatq̄, cælo pariter & terris gravis.*
NVT. Deum esse Amorem turpiter vitio fauens

- Finxit libido : quoq; liberior foret,
 Titulum furori numinis falsi addidit:
 Natum per omnes scilicet terras vagum*
 200 *Erycina mittit, ille per cælum volans,
 Proterua tenera tela molitur manu,
 Regnumq; tantum minimus in superos habet.
 Vana ista demens animus adsciuit sibi,
 Venerisq; numen finxit, atque arcus dei.*
 205 *Quisquis secundis rebus exsultat nimis,
 Fluitq; luxu, semper insolita adpetens,
 Hunc illa magna dira fortuna comes
 Subit libido, non placent sueta dapés,
 Non tecta sani moris, aut vilis cibus.*
 210 *Cur in penates rariùs tenues subit
 Hac delicatas eligens pestis domos?
 Cur sancta paruis habitat in tectis Venus?
 Mediumq; sanos vulgus adfectus tenet,
 Et se coërcent modica? contra diuites,*
 215 *Regnoq; fulti plura quàm fas est, petunt?
 Quod non potest, vult posse qui nimium potest.
 Quid deceat alto praditam solio vides.
 Metue ac verere sceptrà remeantis viri.*
 PH. *Amoris in me maximum regnum fero,*
 220 *Reditusq; nullos metuo. non unquam amplius
 Conuexa tetigit supera, qui mersus semel
 Adiit silentem nocte perpetuâ domum.*
 NVT. *Ne crede. Ditis cluserit regnum licet,
 Canisq; diras Stygius obseruet fores,*
 225 *Solus negatas inuenit Theseus vias.*
 PH. *Veniam ille amori forsitan nostro dabit.*
 NVT. *Inmitis etiam coniugi casta fuit,
 Experta suam est barbara Antiope manum.*

Sed posse flecti coniugem iratum putæ:

230 *Quis huius animum flectet intractabilem?*

Exosus omne femina nomen fugit,

Inmitis annos calibi vita dicat,

Connubia vitat, genus Amazonium scias.

PH. *Hunc in niuosi collis harentem iugis,*

235 *Et aspera agili saxa calcantem pede,*

Sequi per alta nemora, per montes placet.

NVT. *Resistet ille, seq; mulcendum dabit,*

Castosq; ritus Venere non castâ exuet?

Tibi ponet odium, cuius odio forsitan

240 *Persequitur omnes? PH. precibus haud vinci potest?*

NVT. *Ferus est. PH. amore didicimus vinci feros.*

NVT. *Fugiet. PH. per ipsa maria si fugiat sequar.*

NV. *Patris memento .P. meminimus matris simul.*

NV. *Genus omne profugit PH. pellicis careo metu.*

245 *NVT. Aderit maritus. PH nempe Pirithoi comes.*

NVT. *Aderitq; genitor. PH. mitis Ariadnæ pater.*

NVT. *Per has senectæ splendoras supplex comas,*

Fessumq; curis pectus, & cara vbera

Precor, furorem siste, teq; ipsam adiuuua.

Pars sanitatis velle sanari fuit.

PH. *Non omnis animo cessit ingenuo pudor.*

Paremus altrix. qui regi non vult amor

Vincatur. haud te fama maculari sinam.

Hac sola ratio est vnicum effugium mali,

255 *Virum sequamur, morte prauertam nefas.*

NVT. *Moderare alumna mentis effrenæ inpetus,*

Animos coërce, dignam ob hoc vitâ reor,

Quòd esse temet autumas dignam nece.

PH. *Decreta mors est, queritur fati genus,*

260 *Laqueone vitam finiam, an ferro incubens*

*An missa præceptis arce Palladiâ cadam.
Prò castitatis vindicem armemus manum.*

NVT. *Sic te senectus nostra præcipiti sinet
Perire letho: siste furibundum impetum.*
265 PH. *Prohibere ratio nulla periturum potest,
Vbi quis mori constituit & debet mori.*

NVT. *Solamen annis unicum fessis, heras,
Si tam proteruus incubat menti furor,
Contemne famam: fama vix verofauct, fama*
270 *Peius merenti melior, & peior bono.
Tentemus animum tristem & intractabilem.
Meus iste labor est, adgredi iuuenem ferum,
Mentemq; seuam flectere inmitis viri.*

CHORVS. Sapphici & Anapæstici.

275 **D** *Iua non miti generata ponto,
Quam vocat matrem geminus cupido;
Impotens flammis simul & sagittis,
Iste lasciuus puer, acrè nitens,
Tela quàm certo iaculatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,*

280 *Igne furtiuo populante venas.
Non habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax isti puero, per orbem
Spargit effusas agilis sagittas.*

285 *Qua; nascentem videt ora solem,
Qua; ad occasus iacet ora seros,
Si qua feruenti subiecta Cancro est,
Si qua maioris glacialis Vrse
Semper errantes patitur colonos,*

290 *Novit hos æstus. iuuenum feroces
Concitat flammæ: senibusq; fessis*

- Rursus extinctos reuocat calores:
 Virginum ignoto ferit igne pectus:
 Et iubet cœlo superos relicto*
- 295 *Vultibus falsis habitare terras.
 Thessali Phœbus pecoris magister
 Egit armentum, positoq; plectra
 In pari tauros calamo vocauit.
 Induit formas quoties minores,*
- 300 *Ipse qui cœlum nebula sçq; ducit
 Candidas ales modò mouit alas,
 Dulcior vocem moriente cygno.
 Fronte nunc torua petulans iuuençis
 Virginum strauit sua terga ludo*
- 305 *Perç; fraternos noua regna fluctus
 Vngula lentos imitante remos,
 Pectore aduerso domuit profundum,
 Pro sua veçtor timidus rapina.
 Arsit obscuri dea clara mundi*
- 310 *Noçte deserta, nitidosç; fratri
 Tradidit currus aliter regendos;
 Ille nocturnas agitare bigas
 Discit, & gyro breuiore flecti
 Nec suum tempus tenuere noçtes,*
- d.* 315 *Et dies tardo remeavit ortu,
 Dum tremunt axes grauiore curru.
 Natus Alcmenâ posuit pharetram,
 Et minax vasti spoliũ leonis,
 Passus aptari digitis smaragdos,*
- 320 *Et dari legem rudibus capillis;
 Crura distincto religauit auro,
 Luteo plantas cohibente focco;
 Et manũ, clauam modò qua gerebat,*

- Fila deduxit properante fuso.
 325 Vidit Perses ditiſq; ferax
 Lydia regni, deiecta feri
 Terga leonis;
 Humeriſq; quibus ſederat alti
 Regia cali, tenuem Tyrio
 330 Stamine pallam.
 Sacer eſt ignis, credite laſis,
 Nimumq; potens. qua terra ſalo
 Cingitur alto, quaq; atherio
 Candida mundo ſidera currunt;
 335 Hæc regna tenet puer inmitis.
 Spicula cuius ſentit in imis
 Cœrulus undis grex Nereidum;
 Flammamq; nequit releuare mari.
 Ignes ſentit genus aligerum.
 340 Venere inſtincti quàm magna gerunt
 Grege pro toto bella iuueni!
 Si coniugio timuere ſuo,
 Poſcunt timidi prælia cerui,
 Et mugitu dant concepti
 345 Signa fuoris. tunc virgatas
 India tigres decolor horret:
 Tunc vulnificos acuit dentes
 Aper; & toto eſt ſpumens ore:
 Pœni quatiunt colla leones;
 350 Cùm mouit amor; tum ſilua gemit
 Murmure ſauo.
 Amat inſani bellua ponti;
 Lucaq; boues. vendicat omnes
 Natura ſibi. Nihil immune eſt;
 355 Odiumq; perit, cùm inſiſſit amor;

Veteres cedunt ignibus ira.

Quid plura canam? vincit saevas

Cura nouercas.

ACTVS SECVNDVS.

NVTRIX. PHÆDRA.

- 360 **S** Pes nulla tantum posse leniri malum,
 Finisq; flammis nullus insanis erit.
 Torretur a stu tacito, & inclusus quoque,
 Quamuis tegatur, proditur vultu furor.
 Erumpit oculis ignis, & lapsa gena
 Lucem recasant, nil idem dubia placet,
- 365 Artusq; variè iactat incertus dolor.
 Nunc ut soluto labitur moriens gradu,
 Et vix labante sustinet collo caput:
 Nunc se quieti reddit, & somni inmemor
 Noctem querelis ducit: adtolli iubet,
- 370 Iterumq; poni corpus: & solui comas;
 Rursusq; fingi: semper inpatiens sui
 Mutatur habitus: nulla iam Cereris subit
 Cura, aut salutis, vadit incerto pede.
 Iam viribus defecta; non idem vigor,
- 375 Non ora tingens nitida purpureus rubor.
 Populatur artus cura iam gressus tremunt.
 Tenerq; nitidi corporis cecidit decor;
 Et, qui tenebant signa Phœbeæ facis
 Oculi, nihil gentile nec patrium micant;
- 380 *laga.* Lacryma cadunt per ora, & assiduo gena
 Rore inrigantur; qualiter Tauri iugis
 Tepido madescunt imbre perfusa niues.
 Sed en patefcunt regia fastigia;
 Reclinis ipsa sedis aurata toro
- 385 Solitos amictus mente non sanâ abnuvit.

- PH. Remouete famula purpuram, atq; auro inlitas
 Vestes; procul sit muricis Tyrj rubor,
 Qua sila ramis vltimis Seres legunt;
 Breuis expeditos zona constringat sinus;
 390 Ceruix monili vacua; nec niueus lapis
 Deducat aures, Indici donum maris:
 Odore crinis sparsus Assyrio vacet,
 Sic temere iacta colla perfundant coma
 Humerosq; summos; cursibus mota citis
 395 Ventos sequantur: laua se pharetra dabit;
 Hastile vibret dextra Thessalicum manus.
 Talis seueri mater Hippolyti fuit.
 Qualis relictis frigidi Ponti plagis,
 Egit cateruas Atticum pulsans solum,
 400 Aut Tanais, aut Maotis, & nodo comas
 Coegit, emisitq; lunata latus
 Protecta pelta; talis in siluas ferar.
 NVT. Regina, sauis ecquis est flammis modus?
 Depone questu, non leuat miseros dolor;
 405 Agreste placata virginis numen dea.
 Regina nemorum, sola qua montes colis,
 Et vna solis montibus coleris dea,
 Conuerte tristes omnium in melius minas.
 O magna siluas inter & lucos dea,
 410 Clarumq; caeli sidus, & noctis decus,
 Cuius relucet mundus alterna face,
 Hecate triformis, en ades ceptis fauens,
 Animum rigentem tristis Hippolyti doma:
 Amare discat, mutuos ignes ferat,
 415 Det facilis aures, mitiga pectus ferum,
 Inuerte mentem: toruus, auersus, ferox,
 In iura Veneris redeat, huc vires tuas

*Intende. sic te lucidi vultus ferant,
Et nube rupta cornibus puris eas.*

- 420 *Sic te regentem frena nocturni aetheris
Detrahere nunquam Thessali cantus queant,
Nullusq; de te gloriam pastor ferat.
Ades inuocata. iam faues votis dea.
Ipsam intuo solenne venerantem sacrum,*
- 425 *Nullo latus comitante. quid dubitas? dedit
Tempus locumq; casus, utendum artibus.
Trepidamus: haud est facile mandatum scelus
Audere. verum iusta, qui reges timet,
Deponat; omne pellat ex animo decus,*
- 430 *Malus est minister regij imperij pudor,*

HIPPOLYTUS. NVTRIX.

Q*uid huc seniles fessa moliris gradus
Ostida nutrix, turbidam frontem gerens
Et moesta vultus? sospes est certe parens,
Sospesq; Phadra stirpis & gemina iugum.*

- 435 *NVT. Metus remitte, prospero regnum in statu est,
Domusq; florens sorte felici viget:
Sed tu beatis mitior rebus veni:*

*Namque anxiam me cura sollicitat tui,
Quod te ipse pœnis grauibus infestus grauas.*

- 440 *Quem fata cogunt, hic quidem uiuat miser:
At si quis ultro se malis offert volens,
Seq; ipse torquet, perdere est dignus bona
Quis nescit uti. Potius annorum memor,
Mentem relaxa; noctibus festis facem*

- 445 *Adtolle; curas Bacchus exoneret graues.
Ætate fruere: mobili cursu fugit.
Nunc facile peccus, gratam nunc inueni Venus:
Exsultet animus: cur toro viduo iaces?*

- Tristem iuuentam solue: nunc luxus rapes;
 450 Effunde habenas; optimos vitæ dies
 Effluere prohibe. Propria describit Deus
 Officia, & æuum per suos ducit gradus.
 Latitia iuuenem, frons decet tristis senem.
 Quid te coërces, & necas rectam indolem?
 455 Seges illa magnum fœnus agricola dabit,
 Quæcumque latis tenera luxuriat satis:
 Arborq; celso vertice euincit nemus,
 Quam non maligna cadit aut resecat manus.
 Ingenia melius recta se in laudes ferunt,
 460 Si nobilem animam vegeta libertas alit.
 Truculentus, & siluester, & vitæ inscius,
 Tristem iuuentam Venere desertâ colis.
 Hoc esse munus credis indictum viris,
 Vt dura tolerant, cursibus domitent equos,
 465 Et sæua bella Marte sanguineo gerant?
 Prouidit ille maximus mundi parens,
 Cùm tam rapaces cerneret fati minas,
 Vt damna semper sobole repararet nouâ.
 Excedat, agedum, rebus humanis Venus,
 470 Quæ supplet ac restituit exhaustum genus;
 Orbis iacebit squallido turpis situ,
 Vacuum sine vllis classibus stabit mare,
 Alesq; cœlo deerit, & siluis fera;
 Solis & aër peruius ventis erit,
 475 Quàm varia lethi genera mortalem trahunt,
 Carpuntq; turbam, pontus, & ferrum, & doli!
 Sed fata credas deesse: sic atram Styga,
 Iam petimus vltro. calibem vitam probet
 Sterilis iuuentus: hoc erit quidquid vides,
 480 Vnius aui turba, & in semet ruet.

Proinde vita sequere naturam ducem,
 Urbem frequenta, ciuium cœtus cole.

HIP. Non alia magis est libera, & vitio carens,
 Ritusq; melius vita qua priscos colat;

Quàm que relictis mœnibus siluas amat.
 Non illum auara mentis inflammat furor,
 Qui se dicauit montium insontem iugis:
 Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
 Non pestilens inuidia, non fragilis fauor.

490 Non ille regno seruit; aut regno imminens
 Vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
 Spei metuq; liber. haud illum niger
 Edaxq; liuor dente degeneri petit.

Nec scelera populos inter atque vrbes sita

495 Nouit; nec omnes conscius strepitus pauet.
 Haud verba fingit. mille non quarit regi
 Diues columnis, nec trabes multo insolens
 Suffigit auro. non cruor largus pias
 Inundat aras; fruge nec sparsi sacra

500 Centena niuei colla submitunt boues:
 Sed rare vacuo potitur, & aperto aethere
 Innocuus errat: callidas tantum feris
 Struxisse fraudes nouit, & fessus graui
 Labore, niueo corpus Ismeno fouet.
 Nunc ille ripam celeris Alpei legit:

505 Nunc nemoris alti densa metitur loca,
 Vbi Lerna puro gelida perlucet vado.
 Sedemq; mutat; hinc aues querula fremunt,
 Ramiq; ventis lenè percussi tremunt,
 Veteresq; fagi. iuuat aut amnis vagi

510 Pressisse ripas, cespitem aut nudo leues
 Duxisse somnos, siue fons largus citas

- Defundit undas, siue per flores nouos
 Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
- 515 Excussa siluis poma compescunt famem,
 Et fraga paruis vulsa dumetis cibos
 Faciles ministrant. Regios luxus procul
 Est impetus fugisse. sollicito bibant
 Auro superbi. quàm iuuat nudâ manu
- 520 Captasse fontem! certior somnus premit
 Secura duro membra versantem toro,
 Non in recessu furta, & obscuro inprobis
 Quærit cubili, seq̃ multiplici timens
 Domo recondit; æthera ac lucem petit,
- 525 Et teste cœlo uiuit. hoc equidem reor
 Vixisse ritu prima quos mistos deis
 Profudit atas. nullus his auri fuit
 Cæus cupido, nullus in campo sacer
 Diuisit agros arbiter populis lapis.
- 530 Nondum secabant credula pontum rates;
 Sua quisq̃ norat maria. non vasto aggere
 Crebraq̃ turre cinxerant vrbes latus.
 Non arma seuâ miles aptabat manu,
 Nec torta clusas fregerat saxo graui
- 535 Balista portas. iussa nec dominum pati
 Iuncto ferebat terra seruitium boue.
 Sed arua per se foeta, poscentes nihil
 Pauere gentes. silua natiuas opes,
 Et opaca dederant antra natiuas domos.
- 540 Rupere fœdus, impius lucri furor,
 Et ira præceps, quæq̃ succensas agit
 Libido mentes. uenit imperij sitis
 Cruenta: factus præda maiori minor.
 Pro iure vires esse. tum præmium manu

545 *Bellare nuda, saxaq; & ramos rudes
Vertère in arma. non erat gracili leuis
Armata ferro cornus, aut longo latus
Mucrone cingens ensis, aut crista caput
Galea comantes: tela faciebat dolor.*

550 *Inuènit artes bellicus Mauors nouas,
Et mille famas mortis; hinc terras cruor
Infecit omnes fusus, & rubuit mare.
Tum scelera dempto sine per cunctas domos
Ière. nullum caruit exemplo nefas.*

555 *A fratre frater, dexterâ nati parens
Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,
Perimuntq; foetus in pia matres suos:
Taceo nouercas: mitius nil est feris.*

Muger
560 *Sed dux malorum femina, & scelerum artifex
Obsedit animos, cuius incesta stupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt,
Et versa ab imo regna tot populos premunt.
Sileantur alia: sola coniux Aegei
Medea reddit feminas dirum genus.*

655 *NVT. Cur omnium fit culpa, paucarum scelus?
HIP. Detestor omnes, horreo, fugio, exsecror.
Sit ratio, sit natura, sit dirus furor;
Odisse placuit. ignibus iunges aquas;
Et amica ratibus antè promittet vada*

570 *Incerta Syrtis; antè ab extremo sinu
Hesperia Tethys lucidum adtollet diem;
Et ora damis blanda praebebunt lupi:
Quàm victus animum femina mitem geram.*

*NVT. Sæpe obstinatus induit frenos amor,
575 Et odia mutat. regna materna adspice.
Illa feroces sentiunt Veneris iugum.*

Testaris istud unicus genitus puer.

HIP. Solamen unum matris amissa fero.

Odisse quòd iam feminas omnes licet.

580 NVT. Vt dura cautes undique intractabilis

Resistit undis, & laceffentes aquas

Longè remittit: verba sic spernit mea.

Sed Phædra præcepſ graditur, impatiens moræ.

Quò se dabit fortuna? quò verget furor?

585 PH. Altrix profare quid feras; quonam in loco eſt?

NVT. Terrâ repenti corpus exanimum cadit;

Et ora morti similis obduxit color.

Adtolle vultus, dimoue vocis moras:

Tuus en, alumna, temet Hippolytus tenet.

590 PH. Quis me dolori reddit, atque æstus graues

Reponit animo? quàm bene excideram mihi?

HIP. Cur dulce munus reddita lucis fugis?

PH. Aude anime, tenta, perage mandatum tuum.

Intrepida constent verba. qui timide rogat,

595 Docet negare, magna pars sceleris mei

Olim peracta eſt: serus eſt nobis pudor.

Amauimus nefanda, si cœpta exsequor,

Forſan iugali crimen abscondam face.

Honestâ quedam scelera successus facit.

600 Age, incipe anime. commodes paulum, precor,

Secretus aures: si quis eſt, abeat comes.

HIP. En locus ab omni liber arbitrio vacat.

PH. Sed ora cœptis transitum verbis negant:

Vis magna vocem emittit, at maior tenet.

605 Vos testor omnes cœlites, hoc, quod volo

Me nolle. HIP. Animusne cupidus effari nequit?

PH. Cura leues loquuntur, ingentes stupent.

HIP. Committe curas auribus mater meis.

- PH. *Matris superbum est nomen & nimium potens,*
 610 *Nestros humiliter nomen adfectus decet:*
Me vel sororem Hippolyte vel famulam voca;
Famulamq; potius: omne seruitium feram.
Non me per altas ire si iubeas niues,
Pigeat gelatus ingredi Pindi iugis:
 615 *Non si per ignes ire, & infesta agmina,*
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Mandata recipe sceptrâ, me famulam accipe.
Te imperia regere, me decet iussa exsequi.
Muliebris non est regna tutari urbium.
 620 *Tu, qui iuuenta flore primano viges,*
Ciues paterno fortis imperio rege.
Sinu receptam supplicem ac seruam tege.
Miserere vidua. HIP. sumenus hoc omen Deus
Auertat, aderit sospes actutum parens.
 625 PH. *Regni tenacis dominus, & tacita Stygis,*
Nullam relictos fecit ad superos viam.
Thalami remittet ille raptorem sui?
Nisi fortè amori placidus & Pluto sedet.
HIP. Illum quidem aequi cœlites reducem dabunt.
 630 *Sed, dum tenebit vota in incerto Deus,*
Pietate caros debita fratres colam,
Et te tuebor; esse ne viduam putes:
Ac tibi parentis ipse supplebo locum.
 PH. *O spes amantum credula, ô fallax amor!*
 635 *Satisne dixit? precibus admotis agam.*
Miserere, tacita mentis exaudi preces.
Libet loqui, pigetq;. HIP. quodnã istud malum est?
 PH. *Quod in nouercam cadere vix credas malum.*
 HIP. *Ambigua voce verba perplexâ iacis;*
 640 *Effare aperte. PH. pectus insanum vapor*

*Amorq̄ torret, intimas seuus vorat
Penitus medullas: atque per venas meat
Visceribus ignis mersus, & venis latens
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.*

- 645 HIP. *Amore nempe Thesei casto furis?*
PH. *Hippolyte, sic est: Thesei vultus amo,
Illos priores, quos tulit quondam puer,
Cum prima puras barba signaret genas,
Monstriq̄, cæcam Cnossii vidit domum,*
- 650 *Et longa curuâ fila collegit viâ.
Quis tum ille fulsit? presserant vitta comam,
Et ora flauus tenera tingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes tori:
Tuâue Phœbes vultus, aut Phœbi mei;*
- 655 *Tuusq̄ potius: talis, en talis fuit
Cum placuit hosti, sic tulit celsum caput.
In te magis refulget incomptus decor,
Et genitor in te totus, & torua tamen
Pars aliqua matris, miscet ex æquo decus;*
- 660 *In ore Graio Scythicus apparet rigor.
Si cum parente Creticum intrasses fretum,
Tibi fila potius nostra neuisset soror.
Te te soror, quacumque siderei poli
In parte fulges, inuoco ad causam parem;*
- 665 *Domus sorores vna conripuit duas:
Te genitor, at me natus. en supplex iacet
Adlapsa genibus regia proles domus.
Respersa nullâ labe, & intacta, innocens,
Tibi mutor vni; certa descendi ad preces.*
- 670 *Finem hic dolori faciet, aut vita dies.
Miserere amantis. HIP. magne regnator deum
Tam lentus audis scelera? tam lentus vides?*

- Ecquando seu fulmen emittes manu?
 Si nunc serenum est? omnis impulsus ruas
 675 Æther, & atris nubibus condat diem,
 Ac versa retro sidera obliquos agant
 Retorta cursus. tuq; sidereum caput,
 Radiate Titan, tu nefas stirpis tua
 Speculare, lucem merge, & in tenebras fuge.
 680 Cur dextra, diuim rector atque hominum, vacas
 Tua? nec trifulca mundus ardescit face?
 In me tona, me fige, me velox cremet
 Transactus ignis: sum nocens merui mori.
 Placui nouerca. Dignus an stupris ego?
 685 Sceleriq; tanto visus ego solus tibi
 Materia facilis? hoc meus meruit rigor?
 O scelere vincens omne femineum genus,
 O maius ausa matre monstrifera malum;
 Genitrice peior! illa se tantum stupro
 690 Contaminauit. & tamen tacitum diu
 Crimen biformis partus exhibuit nota,
 Scelusq; matris arguit vultu truci
 Ambiguus infans. ille te venter tulit.
 Oter quaterq; prospero fato dati,
 695 Quos hausit, & peremit, & leto dedit
 Odium, dolusq;! genitor inuideo tibi,
 Colchide nouerca maius hoc, maius malum est:
 PH. Et ipsa nostra fata cognosco domus:
 Fugienda petimus, sed mei non sum potens.
 700 Te vel per ignes, per mare insanum sequar,
 Rupestq; & amnes vnda quos torrens rapit.
 Quacumque gressus tuleris, hac amens ferar.
 Iterum superbe genibus aduoluo tuis.
 MIB. Procul inpudicos corpore à casto amone

- 705 *Tactus. quid hoc est? etiam in amplexus ruit.
Stringatur ensis; merita supplicia exigat,
En impudicum crine contorto caput
Laua reflexi. Iustior nunquam fociis
Datus tuis est sanguis, arcitenens dea.*
- 710 PH. *Hippolyte nunc me compotem voti facis:
Sanas furentem. maius hoc voto meo est,
Saluo ut pudore manibus immoriar tuis.*
HIP. *Abscede, uiue, ne quid exores: & hic
Contactus ensis deserat castum latus.*
- 715 *Quis eluet me Tanais? aut qua barbaris
Maotis undis Pontico incumbens mari?
Non ipse toto magnus Oceano pater
Tantum expiaret sceleris. ô silua, ô fera!*
NV. *Deprensa culpa est. anime quid segnis stupes?*
- 720 *Regeramus ipsa crimen, atque ultro inpiam
Venerem arguamus: scelere uelandum est scelus.
Tutissimum est inferre, cum timeas, gradum.
Ausa priores simus an passa nefas,
Secreta cum sit culpa, quis testis sciet?*
- 725 *Adeste Athena, fida famulorum manus
Fer opem; nefandi raptor Hippolytus stupri
Instat premitq;, mortis intentans metum,
Ferro pudicam terret. En praeceps abit,
Ensemq;, trepida liquit adtonitus fuga.*
- 730 *Signus tenemus sceleris. Hanc moestam prius
Recreate: crinis tractus, & lacera coma,
Ut sunt remaneant; facinoris tanti notas
Referte in urbem. Recipe iam sensus heras.
Quid te ipsa lacerans omnium adspectum fugis?*
- 735 *Mens impudicam facere, non casus, solet.*

HIPPOLYTUS.
CHORVS.

Sapphici, Choriambici, & Dactylici.

- F** Vgit insana similis procella,
Ocyor nubes glomerante Coro.
Ocyor cursum rapiente flammâ,
Stella cum ventis agitata longos
- 740 Corripit ignes.
Conferat tecum decus omne priscum
Fama miratrix senioris aui.
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarius quanto micat orbe pleno,
- 745 Cum suos ignes cœunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe;
Nec tenent stella faciem minores.
Qualis est primas referens tenebras
- 750 Nuncius noctis, modo lotus undis
Hesperus, pulsus iterum tenebris
Lucifer idem.
Et tu thyrsigerâ Liber ab India,
Intonsâ iuuenis perpetuum comâ,
- 755 Tigres pampineâ cuspide territans,
Ac mitrâ cohibens cornigerum caput,
Non vinces rigidâs Hippolyti comas.
Nec vultus nimium suspicias tuos:
Omnes per populos fabula distulit,
- 760 Phadra quem Bromio pratulerit soror.
Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breue temporis,
Ut velox celeri pede laberis!
Non sic prata nouo vere decentia
- 765 Æstatis calida despoliat vapor,

- Sæuit solstitio cùm medius dies,
 Et noctem breuibus præcipitat rotis;
 Languescunt folio lilia pallido,
 Et grata capiti deficiunt rose:
 770 Vt fulgor teneris qui radiat genis
 Momento rapitur, nullaq; non dies
 Formosi spoliū corporis abstulit.
 Res est forma fugax. quis sapiens bono
 Confidat fragili: dum licet, utere:
 775 Tempus sed tacitum subruit, horaq;
 Semper præterita deterior subit.
 Quid deserta petis? tutior auis
 Non est forma locis, te nemore abditum,
 Cùm Titan medium constituit diem,
 780 Cinget turba licens Naiades improba,
 Formosos solita claudere fontibus,
 Et somnis facient insidias tuis
 Lasciva nemorum multiuaga dea,
 Panes quas Dryadas montiuagi petunt.
 785 Aut te stellifero despiciens polo
 Sidus post veteres Arcadas editum
 Currus non poterit flectere candidos.
 Et nuper rubuit, nullaq; lucidis
 Nubes sordidior vultibus obstitit.
 790 At nos solliciti lumine turbido,
 Tractam Thessalicis carminibus rati,
 Tinnitus dedimus. tu fueras labor,
 Et tu causa mora; te dea noctium
 Dum spectat, celeres sustinuit vias.
 795 Vexent hanc faciem frigora parcius,
 Hæc solem facies rariùs adpetat,
 Lucebit Pario marmore clariùs.

Συμολυα

018

- Quàm grata est facies torua viriliter:
 Et pondus veteris triste supercilli!
- 800 Phæbo colla licet splendida compares;
 Illum casaries, nescia colligi,
 Perfundens humeros ornat & integit;
 Te frons hirta decet, te breuior coma
 Nullâ lege iacens. tu licet asperos
- 805 Pugnacesq; deos viribus arceas:
 Et vasti spacio vincere corporis
 Æquas Herculeos iam iuuenis toros,
 Martis belligeri pectore latior.
 Si dorso libeat cornipedis vehi,
- 810 Frenis Castorea mobilior manu
 Spartanum poteris flectere Cyllarum.
 Amentum digitis tendeprioribus,
 Et totis iaculum dirige viribus;
 Tam longè dociles spicula figere
- 815 Non mittent gracilem Cretes arundinem.
 At si tela modo spargere Parthico
 In cœlum placeat, nullâ sine alite
 Descendent, tepido viscere condita;
 Prædam de mediis nubibus adferes.
- 820 Raris forma viris (secula prospice)
 Impunita fuit: te melior deus
 Tutum prætereat, formaq; nobilis
 Deformis senij limina transeat.
 Quid sinat inausum femina præcepss furor?
- 825 Nefanda iuueni crimina insonti adparat.
 In scelere querit crine lacerato fidem,
 Decus omne turbat capitis; humectat genas.
 Instruitur omnis arte femineâ dolus.
 Sed iste quisnam est regium in vultu decus

- 830 Gerens, & alto vertice adtolleus caput?
 Vt ora iuueni paria Pirithoo gerit,
 Ni languido candore pallerent gena,
 Staretq; recta squallor incultus coma.
 En ipse Theseus redditus terris adest.

ACTVS TERTIVS.

THESEVS. NVTRIX.

- 835 Tandem profugi noctis aeternae plagam,
 Vastoq; manes carcere umbrantem polum?
 Vt vix cupitum sufferunt oculi diem!
 Iam quarta Eleusis dona Triptolemi secat,
 Paremq; toties libra composuit diem,
- 840 Ambiguus ut me sortis ignota labor
 Detinuit inter mortis & vitae mala.
 Pars vna vitae mansit extincto mihi.
 Mersus malorum finis Alcides fuit;
 Qui cum reuulsum Tartaro extraheret canem,
- 845 Me quoque supernas pariter ad sedes tulit.
 Sed fessa virtus robore antiquo caret,
 Trepidantq; gressus. heu labor quantus fuit
 Phlegethonte ab imo petere longinquum aethera,
 Pariterq; mortem fugere, & Alcidem sequi!
- 850 Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?
 Expromat aliquis: luctus, & lacrimae, & dolor.
 Et limine ipso mcesta lamentatio;
 Hospitia digna prorsus inferno hospite.
- NVT. Tenet obstinatum Phaedra consilium necis,
- 855 Fletusq; nostros spernit, ac morti imminet.
 TH. Quae causa leti? reduce cur moritur viro?
 NVT. Haec ipsa letum causa maturum adtulit.
 TH. Perplexa magnum verba nescio quid tegunt:
 Effare aperte quis grauet mentem dolor.

- 860 NVT. *Haud pandit ulli, mæsta secretum occultis,
Statuitq; secum ferre, quo moritur malum.
Iam perge, queso, perge, properato est opus.*
TH. *Referate clusos regij postes laris.*

THESEVS. PHÆDRA

- 865 **O** *Sociæ thalami, siccine aduentum viri,
Et expetiti coniugis vultum excipis?
Quin ense viduas dexteram? atque animum mihi
Restituis? & te quidquid è vita fugat
Expromis?* PH. *eheu per tui sceptrum imperi,
Magnanime Theseu, perq; natorum indolem,*
870 *Tuosq; reditus, perq; iam cineres meos,
Permitte mortem.* TH. *causa qua cogit mori?*
PH. *Si causa leti dicitur, fructus perit.*
TH. *Nemo istud alius, me quidem excepto, audiet.
Aures pudicas coniugis solas times?*
875 *Effare: fido pectore arcana oculam.*
PH. *Alium silere quod voles, primus sile.*
TH. *Leti facultas nulla continget tibi.*
PH. *Mori volenti deesse nunquam mors potest.*
TH. *Quod sit luendum morte delictum indica.*
880 PH. *Quod viuo. T. lacryma nonne te nostra mouët?*
PH. *Mors optima est perire dum lacrymant sui.*
TH. *Silere pergit. Verbere ac vinculis annus
Altrixq; prodet quidquid hæc fari abnuît,
Vincite ferro, verberum vis extrahat*
885 *Secreta mentis.* PH. *ipsa iam fabor, mane.*
TH. *Quidnã ora mæsta auertis, & lacrymas genis
Subito coortas veste prætentâ obtegis?*
PH. *Te te creator cœlitum testem inuoco,
Et te coruscum lucis ætheris iubar,*
890 *Ex cuius ortu nostra dependet domus*

*Tentata precibus restiti: ferro ac minis
Non cessit animus, vim tamen corpus tulit.
Labem hanc pudoris eluet noster cruor.*

TH. *Quis, ede, nostri decoris euerfor fuit?*

395 PH. *Quem rere minimè.* TH. *quis sit audire expecto.*

PH. *Hic dicet ensis quem tumultu territus
Liquit stuprator, ciuium adcursum timens.*

TH. *Quod facinus, heu me, cerno? quod monstrum in-
Regale paruis asperum signis ebur,* (tuor?)

900 *Capulo refulget gentis Attæ decus.*

*Sed ipse quonam euasit? PH. hi trepidum fugam
Videre famuli concitum celeri pede.*

THESEVS.

PRò sancta pietas, prò gubernator poli,
Et qui secundum in fluctibus regnum tenes,

905 *Vnde ista venit generis infandi lues?*

*Hunc Graia tellus aluit, an Taurus Scythes,
Colchusve Phasis? redit ad auctores genus,
Stirpemq; primam degener sanguis refert.
Est prorsus iste gentis armigera furor,*

910 *Odisse veneris fœdera; & castum diu
Vulgare populis corpus. ô tetrum genus,
Nullâque victum lege melioris soli!*

*Fera quoque ipsa veneris euitant nefas,
Generisq; leges inscius seruat pudor.*

915 *Vbi vultus ille, & ficta maiestas viri,*

*Atque habitus horrens, prisca & antiqua appetes.
Morumq; senium triste, & adpectu graues
O vita fallax, abditos sensus geris,
Animiq; pulchram turpibus faciem induis!*

920 *Pudor inpudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,*

Simulantq;

- Simulantq; molles dura. siluarum incolæ*
Ille efferatus, castus, intactus, rudis,
Mihi te reseruas? à meo primum toro
 925 *Et scelere tanto placuit ordiri virum?*
Iam iam superno numini grates ago,
Quòd ic̄ta nostrâ cecidit Antiopæ manu:
Quòd non ad antra Stygia descendens, tibi
Matrem reliqui. Profugus ignotas procul
 930 *Percurre gentes: te licet terra ultimo*
Submota mundo dirimat Oceani plagis,
Orbemq; nostris pedibus obuersum colas:
Licet in recessu penitus extremo abditus
Horrifera celsi regna transieris poli;
 635 *Hiemesq; supra positus & canas niues,*
Gelidi frementes liqueris Boreæ minas
Post te furentes, sceleribus pœnas dabis.
Profugum per omnes pertinax latebras premam:
Longinqua, clusa, abstrusa, diuersa, inuia
 940 *Emetiemur; nullus obstabit locus.*
Huc vota mittam, tela quò mitti haud queunt.
Scis unde redeam. genitor æquoreus dedit,
Vt vota prono trina concipiam deo,
Et inuocatâ munus hoc sanxit Styge.
 945 *En perage donum triste regnator freti.*
Non cernat ultrâ lucidum Hippolytus diem.
Adeatq; manes iuuenis irato patre.
Fer abominandam nunc opem nato parens.
Nunquam supremum numinis munus tui
 950 *Consumeremus, magnani premerent mala.*
Inter profunda Tartara, & Ditem horridum,
Et imminentes regis inferni minas,
Voto peperi. redde nunc pactam fidem

Genitor. moraris? cur adhuc unda silent?

- 955 Nunc atra ventis nubila inpellentibus
 Subtexe noctem, sidera & cælum eripe.
 Effunde pontum, vulgus & quorem cie,
 Fluctusq; ab ipso tumidus Oceano voca,

CHORVS. Anapæstici.

O Magna parens natura deum!

Tuq; igniferi rector Olympi,

- 960 Qui sparsa cito sidera mundo
 Cursusq; vagos rapis astrorum,
 Celeriq; polos cardine versas.
 Cur tibi tanta est cura perennes
 Agitare vias ætheris alti?

- 965 Vt nunc cane frigora brumæ
 Nudent siluas; nunc arbutis
 Redeant umbra; nunc æstiu
 Colla Leonis Cererem magno
 Feruore coquant; viresq; suas

- 970 Temperet annus? sed cur idem
 Qui tanta regis, sub quo vasti
 Pondera mundi librata suos
 Ducunt orbis, hominum nimium
 Securrus ades, non sollicitus

- 975 Prodesse bonis, nocuisse malis?
 Res humanas ordine nullo
 Fortuna regit, spargitq; manus
 Munera cacâ, peiora fouens.
 Vincit sanctos dira libido.

- 980 Fraus sublimi regnat in aula.
 Tradere turpi fasces populus
 Gaudet; eosdem colit atque odit.
 Tristis virtus peruersa tulit

985 *Pramia recti. castos sequitur*
Mala paupertas: vitioq; potens
Regnat adulter.

O vane pudor, falsumq; decus!
Sed quid citato nuncius portat gradu?

990 *Restatq; mœstus lugubrem vultum gerens?*

ACTVS QVARTVS.

NUNCIVS. THESEVS.

O *Sors acerba & dura famulatus grauis,*
Cur me ad nefandos nuncium casus vocas?

TH. *Ne metue clades fortiter fari asperas;*
Non inparatum pectus arumnis gero.

995 NVN. *Vocem dolori lingua luctifica negat.*

TH. *i roloquere, quæ sors adgrauet quassam domum.*

NVN. *Hippolytus (heu me) flebili leto occubat.*

TH. *Natum parens obiisse iam pridem scio.*
Nunc raptor obiit: mortis effare ordinem.

1000 NVN. *Vt profugus urbem liquit infesto gradu,*

Celerem citatis passibus cursum explicans,

Celsos sonipedes ocyus subigit iugos

Et ora frenis domita substrictis ligat.

Tum multa secum effatus, & patrium solum

1005 *Abominatus, sæpe genitorem ciet,*

Acerq; habenis lora permissis quatit.

Cùm subito vastum tumuit ex alto mare,

Creuitq; in astra: nullus inspirat salo

Ventus, quieti nulla pars cœli strepit,

1010 *I lacidumq; pelagus propria tempestas agit.*

Non tantus auster Sicula disturbat freta,

Nec tam furenti pontus exsurgit sinu

Regnante Coro, saxa cùm fluctu tremunt.

Et cana summum spuma Leucatem ferit.

- 1015 *Consurgit ingens pontus in vastum aggerem,
Tumidumq; monstro pelagus in terram ruit.
Nec ista ratibus tanta construitur lues:
Terris minatur; fluctus haud cursu leui
Prouoluitur, nescio quid onerato sinu*
- 1020 *Gravis unda portat: qua nouum tellus caput
Ostendit astris? Cyclas exoritur noua.
Latuere rupes, numen Epidauri Dei,
Et scelere petra nobiles Scironides
Etque duobus terra comprimitur fretis.*
- 1025 *Hæc dum stupentes querimur, en totum mare
Inmugit, omnes undique scopuli adstrepunt:
Summum cacumen rorat expulso salo,
Spumat vomitq; vicibus alternis aquas;
Qualis per alta vehitur Oceani freta,*
- 1030 *Fluctus refundens, ore Phiseter capax.
Inhorruit concussus undarum globus,
Soluitq; sese, & litori inuexit malum
Maius timore. pontus in terras ruit,
Suumq; monstrum sequitur. os quassat tremor.*
- 1035 *TH. Quis habitus ille corporis vasti fuit?
NVN. Carulea taurus colla sublimis gerens,
Erexit altam fronte viridanti iubam:
Stant hispida aures: cornibus varius color;
Et quem feri dominator habuisset gregis,*
- 1040 *Et quem sub undis natus. hinc flammam vomit,
Oculi hinc relucent: carulâ insignis notâ
Opima ceruix arduos tollit toros:
Naresq; hiulcis haustibus patula fremunt:
Musco tenaci pectus ac palear viret:*
- 1045 *Longum rubenti spargitur fucolatus.
Tum ponè tergus vltima in monstrum coit*

- Facies, & ingens bellua inmensam trahit
 Squamosa partem. talis extremo mari
 Pristis citatas sorbet aut reddit rates.*
- 1050 *Tremuere terra: fugit adtonitum pecus
 Passim per agros; nec suos pastor sequi
 Meminit iuuenos: omnis è saltu fera
 Discessit, omnis frigido ex sanguis metu
 Venator horret. solus immunis metu*
- 1055 *Hippolytus arctis continet frenis equos,
 Pavidosq; nota vocis hortatu ciet.
 Est alta ad Argos collibus ruptis via,
 Vicina tangens spatia subpositi maris.
 Hic se illa moles acuit, atque iras parat.*
- 1060 *Vt cepit animos, seq; pratentans satis
 Prolusit ira; præpeti cursu euolat,
 Summam citato vix gradu tangens humum,
 Et torua currus ante trepidantes stetit.
 Contrà feroci natus insurgens minax*
- 1065 *Vultu, nec ora mutat; & magnum intonat:
 Haud frangit animum vanus hic terror meum,
 Nam mihi paternus vincere est tauros labor.
 Inobsequentes protinus frenis equi
 Rapuere currum: iamq; deerrantes viâ,*
- 1070 *Quacumq; pavidos rapidus euexit furor,
 Hac ire pergunt, seq; per scopulos agunt.
 At ille, qualis turbido rector mari
 Ratem retentat, ne det obliquum latus,
 Et arte fluctus fallit: haud aliter citos*
- 1075 *Currus gubernat, ora nunc pressis trahit
 Constricta frenis, terga nunc torto frequens
 Verbere coercet. sequitur assiduus comes,
 Nunc a qua carpens spatia; nunc contrà obuius
 Oberrat*

Oberrat, omni parte terrorem mouens.

- 1080 Non licuit ultra fugere: nam toruo obuius
 Incurrit ore corniger ponti horridus.
 Tam verò pauidâ sonipedes mente exciti
 Imperia soluunt, seq̃ luctantur iugo
 Eripere, rectiq̃ in pedes iactant onus,
- 1085 Præceps in ora natus, implicuit cadens
 Laqueo tenaci corpus: & quanto magis
 Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.
 Sensere pecudes facinus, & curru leui,
 Dominante nullo, quâ timor iussit, ruunt.
- 1090 Talis per auras non suum agnoscens onus,
 Soliq̃ falso creditum indignans diem,
 Phaethonta currus denio excussit polo.
 Latè cruentat arua, & inlissum caput
 Scopulis resultat: auferunt dum comas:
- 1095 Et ora durus pulcra populatur lapis:
 Peritq̃, multo vulnere infelix decor.
 Moribunda celeres membra peruoluunt rota.
 Tandemq̃, raptum truncus ambustâ sude
 Medium per inguen stipite eiectio tenet;
- 1100 Paulumq̃, domino currus adfixo stetit.
 Hæere biinges vulnere, & pariter moram
 Dominumq̃, rumpunt. inde semianimem secant
 Virgulta: acutis asperi vepres rubis.
 Omnisq̃ truncus corporis partem tulit.
- 1105 Errat per agros funebris famuli manus,
 Per illa quâ distractus Hippolytus loca
 Longum cruentâ tramitem signat nota:
 Mæstæq̃, domini membra vestigant canes.
 Necdum dolentum sedulus potuit labor
- 1110 Expl. re corpus. Hoccine est forma decus

Qui modo paterni clarus imperij comes,
 Et certus hares, siderum fulsit modo,
 Passim ad supremos ille conligitur rogos,
 Et funeri confertur. TH. ô nimium potens,

1115 Quanto parentes sanguinis vinclo tenes
 Natura, quàm te colimus inuiti quoque?
 Occidere volui noxium amissum fleo.

1120 NV. Haud quisquã honestè flere quod voluit potest.

TH. Equidem malorũ maximũ hunc cumulũ reor,

1125 Si abominanda casus optata efficit.

NVN. Et si odia seruas, cur madent fletu genæ?

TH. Quòd interemi, non quòd amisi, fleo.

CHORVS.

Anapæstici, choriambici, sapphici, iambici.

Q Vanti casus humana rotant!

Minus in paruis fortuna furit,

1130 Leuiusq; ferit leuiora Deus.

Seruat placidos obscura quies:

Præbet somnos casa securos.

Admota ætheriis culmina sedibus

Euros excipiunt, excipiunt Notos.

1135 Infani Boreæ minas

Imbriferumq; Corum.

Humida vallis raros patitur

Fulminis ictus: tremuit telo

Ionis altisoni Caucasus ingens,

1140 Phrygiumq; nemus Matris Cybeles.

Metuens calo Iuppiter alto

Vicina petit, non capit unquam

Magnos motus humilis t. t. t.

Plebeia domus, volat ambiguis

1145 Nobilis alis hora, nec ulli

Præstat

*Praestat velox fortuna fidem.
 Qui clara videt sidera mundi,
 Nitidumq; diem morte relicta,
 Luget mœstos tristis reditus;*

1145 *Ipsaq; magis flebile Auerno
 Sedis patriæ videt hospitium.*

*Pallas Attæa veneranda genti,
 Quod tuus cœlum superosq; Theseus
 Spectat, & fugit Stygias paludes,*

1150 *Castâ nil debes patruo rapaci:
 Constat inferno numerus tyranno.*

*Quæ vox ab altis flebilis tectis sonat?
 Strictoq; vecors Phædra quid ferro parat?*

ACTVS QVINTVS.
 THESEVS. PHÆDRA.

1155 *Quis te dolore percitam instigat furor?
 Quid ensis iste? quidve vociferatio?
 Planctusq; supra corpus inuisum volunt?*

PH. *Me me profundi seu dominator freti
 Inuade, & in me morstra cœrulei maris
 Emitte, quidquid intimo Tethys sinu*

1160 *Extrema gestat, quidquid Oceanus vagis
 Complexus undis ultimo fluctu tegit.*

*Odire Theseu semper, ô nunquam tuis
 Tutò reuerse, natus & genitor nece
 Reditus tuos luère: peruertis domum.*

1165 *Amore semper coniugum aut odio nocens.*

Hippolyte tales intuoꝝ vultus tuos?

Talesq; feci? membra quis seuus Scinis,

Aut quis Procrustes sparsit? aut quis Cressius

Dadalea vasto claustra mugitu replens,

1170 *Taurus biformis, ore cornigero ferox*

- Diuulsit? heu me, quò tuus fugit decor,
 Oculiq; nostrum sidus, exanimus iaces?
 Ades parumper, verbaq; exaudi mea.
 Nil turpe loquimur; hac manu poenas tibi
 175 Soluam, & nefando pectori ferrum inseram,
 Animaq; Phædræ pariter ac scelere exuam;
 Et te per undas, perq; Tartareos lacus,
 Per Styga, per amnes igneos amens sequar.
 Placemus umbras: capitis exuuias cape,
 80 Laceraq; frontis accipe abscissam comam.
 Non licuit animos iungere, at certè licet
 Iunxisse fata. morere, si casta es, viro;
 Si incesta, amori. coniugis thalamos petam
 Tanto impiatos facinore? hoc deerat nefas,
 85 Vt vindicato sancta fruereris toro?
 O mors amoris vna sed amen mali,
 O mors pudoris maximum læsi decus,
 Confugimus ad te, pande placatos sinus.
 Audite Athenæ, tuq; funestâ pater
 90 Peior nouercâ falsa memoravi, & nefas
 Quod ipsa demens pectore insano hau seram,
 Mentita sinxi: falsa punisti pater,
 Iuuenisq; castus crimine incestæ iacet,
 Pudicus, insons. recipe iam mores tuos;
 95 Mucrone pectus inpium iusto pete;
 Cruorq; sancto soluat insuuias viro.
 Quid facere raptò debeas nato parens
 Disce ex nouerca. condere Acherontis plagis.

THESEVS. CHORVS.

Trochaici tetrametri & iambici senarij.

- TH. Pallidi fauces Auerni, vosq; Tanærei specus,
 90 Vnda miseris grata Lethes, vosq; torpentes lacus.

- Inpiū rapite, atq; mersum premitte perpetuis mali
 Nunc adeste saua ponti monstra, nunc vastū ma
 Ultimo quodcunque Proteus aquoris abscedit sint
 Meq; ouantem scelere tanto rapite in altos gurgite*
- 1105 *Tuq; semper genitor ira facilis adsensor mea.
 Morte dignum facinus ausus, qui nouā natum ne
 Segregem sparsi per agros: quiq; dum falsum nefas
 Exsequor vindex, scelestus incidi in verum scelus
 Sidera & manes, & undas scelere compleui meo.*
- 1110 *Amplius sors nulla restat, regna me norunt tria.
 In hoc redimus? patuit ad calum via,
 Bina ut viderem funera, & geminam necem?
 Calebs & orbis, funebres unā face
 Ut concremarem proles ac thalami rogos?*
- 1115 *Donator atra lucis Alcida tuum
 Diti remitte munus, ereptos mihi
 Restitue manes. inpius frustra inuoco
 Mortem relictam. crudus, & leti artifex,
 Exitia machinatus insolita, efferā,*
- 1120 *Nunc tibi met ipse iusta supplicia inroga.
 Pinus coactō vertice attingens humum
 Calo remissa findat in geminas trabes,
 Mittatq; praeceps saxa per Scyronia.
 Grauiora vidi, qua pati clusos iubet*
- 1125 *Phlegethon nocentes igneo cingens vado.
 Qua poena maneat memet & sedes, scio.
 Umbra nocentes cedite, & cervicibus
 His his repositum degrauet fessas manus
 Saxum, seuus perennis Aëlij labor.*
- 1130 *Me ludat annis ora vicina adluens.
 Vultur relicto transuolet Tityo ferus,
 Meumq; poena semper ad crescat iecur.*

*Et tu mei requiesce Pirithoi pater:
Hac incitatis membra turbinibus ferat*

- 1235 *Nunquam resistens orbe reuoluto rota.
Dehisce tellus, recipe me dirum chaos,
Recipe: hac ad umbras iustior nobis via est.
Natum sequor. ne metue qui manes regis;
Casti venimus. recipe me aeterna domo:*
- 1240 *Non exiturum. non mouent diuos preces:
At si rogarem scelera, quàm proni forent?
CHO. The seu querelis tempus aeternum manet:
Nunc iusta nato solue, & absconde ocyus
Dispersa fœdè membra laniatu effero.*
- 1245 *TH. Huc huc reliquias vehite cari corporis,
Pondusq; & artus temere congestos date.
Hippolytus hic est? facinus agnosco meum.
Ego te peremi: neu nocens tantum semel
Solusve fierem, facinus au surus parens,*
- 1250 *Patrem aduocauit. munere en patrio fruor.
O triste fractis orbitas annis malum,
Complectere artus, quodq; de nato est super.
Miserande mœsto pectore incumbens foue.
Disiecta genitor membra laceri corporis*
- 1255 *In ordinem dispone, & errantes loco
Restitue partes. fortis hic dextra locus;
Hic laua frenis docta moderandis manus
Fonenda: laui lateris agnosco rotas.
Quàm magna lacrymis pars adhuc nostris abest?*
- 1260 *Durate trepida lugubri officio manus,
Fletusq; largos sistite arentes gena,
Dum membra nato genitor adnumerat suo,
Corpusq; fingit. hoc quidem est forma carens,
Et tarpe, multo & vulnere ambesum undique;*

- 1265 *Qua pars tui sit dubito, sed pars est tui:
 Hic hic repone, non suo at vacuo loco.
 Hac illa facies igne sidereo nitens,
 Inimica flectens lumina? hic cecidit decor,
 O dira fata numinum, ô sauus furor,
 1270 Sic ad parentem natus ex voto redit?
 En hac suprema dona genitoris cape,
 Sape efferendus! interim hac ignes ferant.
 Patefacite acerba cade funestam domum,
 Mopsopia claris tota lamentis sonet.
 1275 Vos adparate regij flammam rogi;
 At vos per agros corporis partes vagas
 Anquirite. istam terra defossam premat,
 Grauisq; tellus in pio capiti incubet.*

L. ANNÆI SENECAE

I V N I O R I S.

Troas.

Personæ.

HECVBA. PYRRHVS. CHORVS
 MVLIERV. ANDROMACHA.
 TALHYBIVS. SENEX. AGAMEMNON.
 VLYSSES CALCHAS. ASTYANAX.
 HELENA. NVNCIVS.

ACTVS PRIMVS.

HECVBA.

Q Vicunque regno fedit, & magna potens
 Dominatur aula, nec leues metuit deos,
 Animumq; rebus credulum latis dedit:
 Me videat, & te Troia: non vnquam tulit
 5 Documenta Fors maiora, quàm fragili loco X
 Starent superbi. columen euersum occidit
 Pollentis Asia, calitum egregius labor:

- Ad cuius arma venit, & qui frigidum
 Septena Tanain ora pandentem bibit;*
 10 *Et qui renatum prorsus excipiens diem;
 Tepidum rubenti Tigrin inmiscet freto;
 Et qua vagos vicina prospiciens Scythas
 Ripam caternis Ponticam viduis ferit;
 Excisa ferro est. Pergamum incubuit sibi.*
 15 *En alta muri decora congesti iacent;
 Tectis adustis regiam flamma ambiunt,
 Omnisq; latè fumat Assaraci domus.
 Non prohibet auidas flamma victoris manus
 Diripitur ardens Troia. nec calum patet*
 20 *Vndante fumo, nube ceu densâ obsitus,
 Ater fauillâ squallet Iliacâ dies.
 Stat auidus irâ victor, & lentum Ilium
 Metitur oculis, ac decem tandem ferus
 Ignoscit annis. horret adflictam quoque;*
 25 *Victamq; quamuis videat, haud credit sibi
 Potuisse vinci. spolia populator rapit
 Dardania; pradam mille non capiunt rates.
 Testor deorum numen aduersum mihi,
 Patriaq; cineres, teq; rectorem Phrygum,*
 30 *Quem Troia toto conditum regno tegit;
 Tuosq; manes, quo stetit stante Ilion,
 Et vos meorum liberum magni greges,
 Umbra minores: quidquid aduersi accidit,
 Quacunque Phœbas ore lymphato furens,*
 35 *Credi Deo vetante, prædixit mala,
 Prior Hecuba vidi grauida, nec tacui metus,
 Et vana vates ante Cassandram fui.
 Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes
 Nocturnus in vos sparsit, aut fallax Sinon:*

- 40 *Meus ignis iste est, facibus ardetis meis.
Sed quid ruinas Urbis eversa gemis
Viua senectus? respice infelix ad hos
Luctus recentes: Troia iam vetus est malum.
Vidi execrandum regia cadis nefas,*
- 45 *Ipsa sc̄q; ad aras maius admissum scelus
Leacida armis: cum ferox saua manu
Coma reflectens regium torta caput
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;
Quod penitus actum, cum recepisset libens,*
- 50 *Ensis senili haud tinctus è iugulo redit.
Placare quem non potuit à cade efferâ,
Mortalis cui cardinem extremum premens;
Superiq; testes sceleris, & quondam sacrum
Regni iacentis. ille tot regum parens*
- 55 *Caret sepulcro Priamus, & flamma indiget
Ardente Troia. non tamen superis sat est:
Donum ecce, Priami è nuribus & natis legens,
Sortitur urna. Præda quem vilis sequar?
Hic Hectoris coniugia despondet sibi,*
- 60 *Hic optat Heleni coniugem, hic Antenoris,
Nec deest tuos Cassandra qui thalamos petat.
Mea sors timetur: sola sum Danais metus.
Lamenta cessant turba captiua mea
Ferite palmis pectora, & planctus date,*
- 65 *Et iusta Troia facite. iam dudum sonet
Fatalis Ida iudicis diri domus.*

CHORVS. MULIERVM.

HECVBA. Anapæstici.

Non rude vulgus, lacrymisq; nouum
Lugere iubes: hoc continuis
Egimus annis, ex quo tetigit.

- 70 Phrygius Graias hospes Amyclas,
 Secuitq; fretum pinus matri
 Sacra Cybella. decies niuibus
 Canuit Ide,
 Ide nostris nudata rogis;
- 75 Et Sigis trepidus campis
 Decies secuit messor aristas;
 Vt nulla dies mœrore caret,
 Sed noua fletus causa ministrat.
 Ite ad planctus, miseramq; leua
- 80 Regina manum, vulgus dominam
 Vile sequemur: indociles
 Lugere sumus.
 HE. Fida casus nostri comites,
 Soluite crinem; per colla fluent
- 85 Mœsta capilli: tepido Troia
 Puluere turpis paret exertos
 Turba lacertos. veste remissâ
 Substringe sinus; uteroq; tenus
 Pateant artus. cui soniugio
- 90 Pectora velas captiue pudor?
 Cingat tunicas palla solutas:
 Vacet ad crebri verbera planctus
 Furibunda manus. placet hic habitus,
 Placet: agnosco Troada turbam.
- 95 Iterum luctus redeant veteres;
 Solitum flendi vincite morem.
 Hestora flemus.
 CH. Soluimus omnes lacerum multo
 Funere crinem, coma demisso est
- 100 Libera nodo; sparsitq; cinis
 Feruidus ora.

- HE. Complete manus. hoc ex Troia
 Sumpſiſſe licet, cadat ex humeris
 Vestis apertis, utrumque tegat
 105 Suffulta latus: iam nuda vocant
 Pectora dextras. nunc nunc vires
 Exprode dolor: Rhœtea ſonent
 Litora planctu.
 Habitanſq; cauis montibus Echo,
 110 Non (ut ſolita eſt) extrema brevis
 Verba remittat; totos reddat
 Troia gemitus. audiat omnis
 Pontus, & æther. ſauite manus.
 Pulſu vaſto tundite pectus:
 115 Non ſum ſolito contenta ſono.
 Hæctora flemus.
 CHO. Tibi noſtra ferit dextra lacertos,
 Humerosq; ferit tibi ſanguineos;
 Tibi noſtra caput dextera pulſat.
 120 Tibi maternis ubera palmis
 Laniata iacent: fluit, & multo
 Sanguine manat quamcumque tuo
 Funere feci rupta cicatrix
 Columen patria, mora foetorum:
 125 Tu praſidium: hrygibus ſeſſis.
 Tu murus eras, humerisq; tuis
 Stetit illa decem fulta per annos:
 Tecum cecidit. ſummuſq; dies
 Hæctoris idem patriaq; fuit.
 130 HE. Vertite planctus: Priamo veſtros
 Fundite fletus; ſatis Hæctor habet.
 CHO. Accipe, rector Phrygia, planctus,
 Accipe fletus bis capte ſenex;

- Nil Troia semel te rege tulit;
 135 Bis pulsata
 Dardana Graio mœnia ferro;
 Bisq; pharetras passa Herculeas
 Post elatos Hecuba partus,
 Regumq; rogos, postrema pater
 140 Funera cludis, magnoq; Ioui
 Victima casus Sigea premis
 Littora truncus.
 HE. Aliò lacrymas flectite vestras,
 Non est Priami miseranda mei
 145 Mors, Iliades. felix Priamus,
 Dicite cuncta. Liber manes
 Vadit ad imos. nec feret unquam
 Vincitâ Graium ceruice iugum.
 Non ille duos videt Atridas,
 150 Nec fallacem cernit Vlysses.
 Non Argolici prada triumphî
 Subiecta feret colla trophæus.
 Non adsuetas ad sceptrâ manus
 Post terga dabit; currusq; sequens
 155 Agamemmonios, aurea dextrâ
 Vincula gestans letis fiet
 Pompa Mycenis.
 CH. Felix Priamus, dicimus omnes,
 Secum excedens sua regna tulit:
 160 Nunc Elysi nemoris tutis
 Errat in umbris; interq; piâs
 Felix animas Hectora quarit,
 Felix Priamus. Felix quisquis
 Bello moriens, omnia secum
 165 Consumpta tulit.

ACTVS SECVNDVS.

TALTHYBIVS. CHORVS.

Quam longa Danais semper in portu mora,
 Seu petere bellum, petere seu patriam volunt?
 CH. Qua causa ratibus faciat & Danais moram,
 Effare, reduces quis Deus cludat vias?

170 TAL. Pauet animus, artus horridusquassat tremor,
 Maiore veris monstra vix capiunt fidem.

Vidi, ipse vidi: summa iam Titan iuga
 Stringebat; ortus vicerat noctem dies,
 Cum subito caco terra mugitu fremens,

175 Concussa cacos traxit ex imo sinus,
 Mouere silua capita, & excelsum nemus
 Fragore vasto tonuit, & lucus sacer,
 Idaa ruptis saxa ceciderunt iugis.

Nec sola tellus tremuit: & pontus suum

180 Adeste Achillem sensit, ac strauit vada.
 Tunc scissa tellus aperit immensos specus;
 Et hiatus Erebi peruium ad superos iter
 Tellure fracta prabet, ac tumulum leuat,
 Emicuit ingens umbra Thessali ducis;

185 Threicia qualis arma praludens tuis
 Iam Troia fatis, strauit: aut Neptunium
 Cana nitentem perculit iuuenem corna:
 Aut cum inter acies Marte violento furens
 Corporibus amnes clusit; & quarens iter

190 Tardus cruento Xanthus errauit vado:
 Aut cum superbo victor in curru stetit,
 Egitq; habenas, Hectorem & Troiam trahens.
 Inpleuit omne littus irati sonus:

Ite, ite inertes debitos manibus meis
 195 Auferte honores: soluite ingratas rates

Per nostra ituri maria, non paruo luet
 Iras Achillis Gracia, at magno luet
 Desponsa nostris cineribus Polyxena;
 Pyrrhi manu mactetur, & tumultum riget.

200 Hæc fatus altâ voce, dimisit diem,
 Repetenſq; Ditem, merſus ingentem ſpecum
 Coeunte terrâ iunxit, inmoti iacent
 Tranquilla pelagi, ventus abiicit minas,
 Placidumq; fluctu murmurat leni mare.

205 Tritonum ab alto cecinit hymenæum chorus.

PYRRHVS. AGAMEMNON.
 CALCHAS.

Cum læta pelago vela rediturus dares,
 Excidit Achilles: cuius vnus manu
 Impulſa Troia corruit tandem ſolo,
 Breui repenſans quidquid obiecit mora

210 Scyros, fretumq; Lesbos Ægeum ſecans.
 Illo remoto, dubia quò caderet ſtetit.
 Velis licet, quod petitur, ac properes dare,
 Serò es daturus. iam ſuum cuncti duces
 Tulere precium. quæ minor merces poteſt

215 Tanta dari virtuti? an is meruit parum,
 Qui fugere bellum iuſſus, & longa ſedens
 Æuum ſenectâ degere, ac Pylîj ſenis
 Transcendere annos, exuit matris dolos,
 Falfaſq; veſtes, faſſus eſt armis virum?

220 Inhoſpitali Telephus regno inpotens,
 Dum Myſia ferocis introitus negat,
 Rudem cruore regio dextram inbuit,
 Fortemq; eandem ſenſit, & mitem manum.
 Cecidere Theba; vidit Eetion capi

225 Sua regna victus, clade ſubuerſa eſt pari

- Adposita celso parua Lyrnessos iugo;*
Captaq; tellus nobilis Briseïde.
Et causa litis regibus Chryse iacet,
Et nota famâ Tenedos; & qua pascuo.
 230 *Fecunda pingui Thracios nutrit greges,*
Et sacra Phœbo Cilla: quid? quas adluit
Vernis Caicus gurgitem adtollens aquis?
Hac tanta clades gentium, ac tantus pauor,
Sparsa tot vrbes turbinis vasti modo,
 235 *Alterius esset gloria, ac summum decus:*
Iter est Achillis; sic meus venit pater,
Et tanta gessit bella, dum bellum parat.
Vt alia sileam merita, non vnus satis
Hector fuisset? Ilium vicit pater,
 240 *Vos diruistis. inclytas laudes iuuat,*
Et clara magni facta genitoris sequi.
Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,
Patruiq; Memnon, cuius ob luctum parens
Pallente mœstum protulit vultu diem,
 245 *Suiq; victor operis exemplum horruit,*
Didicitq; Achilles & deâ natos mori.
Tum versa Amazon vltimus cecidit timor,
Debes Achilli, merita si dignè æstimas,
Etsi Mycenis virginem atque Argis petat:
 250 *Dubitatur etiam? placita nec subito probas?*
Priamiq; natam Pelei nato ferum
Maclare credis? at tuam natam parens
Helena inmolaſti; solita iam & facta expeto.
 AG. *Iuuenile vitium est, regere non posse impetum.*
 255 *Ætatis alios feruor hic prima rapit,*
Pyrrhum paternus. spiritus quondam truces
Minaſq; tumidi lentus Æacida tuli,

- Quo plura possis, plura patienter feras.
 Quid eade dirâ nobilem clari ducis
 260 Adspergis umbram? noscere hoc primum decet;
 Quid facere victor debeat, victus pati.
 Violenta nemo imperia continuit diu:
 Moderata durant. quoq; fortuna altiùs
 Euexit ac leuauit humanas opes,
 265 Hoc se magis subprimere felicem decet,
 Variosq; casus tremere, metuentem deos
 Nimum fauentes. magna momento obrui
 Vincendo didici. Troia nos timidos facit
 Nimum ac feroces. stamus hoc Danai loco,
 270 Vnde illa cecidit. fateor, aliquando inpotens
 Regno, ac superbus, altiùs memet tuli:
 Sed fregit illos spiritus hæc, qua dare
 Potuisset alij, causa, fortuna fauor.
 Tu me superbum Priame, tu timidum facis:
 275 Ego esse quidquam sceptrâ, nisi vano putem
 Fulgore tectum nomen; & falso comam
 Vinclo decentem? casus hæc rapiet breuis;
 Nec mille forsan ratibus, aut annis decem.
 Non omnibus fortuna tam lenta inminet.
 280 Equidem fatebor (pace dixisse hoc tua
 Argiua tellus liceat) adfligi Phrygas,
 Vinciq; volui: ruere & equari solo,
 Etiam arcuissem. sed regi frenis nequit
 Et ira, & ardens hostis, & victoria
 285 Commissa nocti. quidquid indignum aut ferum
 Cuiquam videri potuit, hoc fecit dolor,
 Tenebraq; per quas ipse se irritat furor,
 Gladiusq; felix. cuius infecti semel
 Vecors libido est. quidquid enersa potest

- 290 *Supereffe Troia, maneat exactum satis*
Pœnarum, & ultra est, regia ut virgo occidat,
Tumuloq; dono detur, & cineres riget.
Et facinus atrox cadis ut thalamos vocem,
Non patiar, in me culpa cunctorum redit.
- 295 *Qui non vetat peccare, cum possit, iubet.*
 PYR. *Nullumne Achilles premium manes ferent?*
 AG. *Ferent; & illum laudibus cuncti canent;*
Magnumq; terra nomen ignota audient.
Quod si leuatur sanguine infuso cinis,
- 300 *Opima Phrygi colla cadantur gregis,*
Fluatq; nulli flebilis matri cruor.
Quis iste mos est, quando in inferias homo est
Impensus homini? detrahe inuidiam tuo
Odiuq; patri, quem coli poena iubes.
- 305 PYR. *O tumide, rerum dum secundarum status*
Extollit animos, tumide, cum increpuit metus
Regum; tyranne, iamne flammatum geris
Amore solito pectus, ac veneris noua?
Solusne toties spolia de nobis feres?
- 310 *Hac dextra Achilli victimam reddam suam:*
Quam si negas, retinesq; maiorem dabo,
Dignamq; quam det Pyrrhus. & nimum diu
A cade nostra regia cessat manus,
Paremq; poscit Priamus. AG. haud equidem nego
- 315 *Hoc esse Pyrrhi maximum in bello decus,*
Sauo peremptus ense quod Priamus iacet,
Supplex paterans. PYR. supplices nostri patris,
Hostesq; eosdem nouimus. Priamus tamen
Præsens rogauit, tu graui pavidus metu,
- 320 *Nec ad rogandum fortis, Aiaci preces*
Ithacoq; mandas, clusus, atque hostem tremens

- AG. *At non timebat tunc tuus fateor parens,
Interq; cades Gracia, atque vstas rates,
Segnis iacebat, belli & armorum inmemor,*
- 325 *Leui canoram verberans plectro chelym.*
 PYR. *Tunc magnus Hector arma contemnens tua
Cantus Achillis timuit: & tanto in metu
Naualibus pax alta Theſſalis fuit.*
- AG. *Nempe iisdem in iſtis Theſſalis naualibus*
- 330 *Pax alta rursus Hectoris patri fuit.*
 PYR. *Est regis alti ſpiritum regi dare.*
 AG. *Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?*
 PYR. *Mortem miſericors ſape pro vita dabit.*
 AG. *At nunc miſericors virgines buſto petis.*
- 335 *PYR. Iamne immolari virgines credis nefas?*
 AG. *I raſerre patriam liberis regem decet.*
 PYR. *Lex nulla capto parcit, aut poenam inpedit.*
 AG. *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*
 PYR. *Quodcumque libuit facere, victori licet.*
- 340 *AG. Minimum decet libere cui multum licet.*
 PYR. *His iſta iactas, quos decem annorum graui
Regno ſubactos Pyrrhus exſoluit iugo.*
 AG. *Hos Scyros animos? PY. ſcelere qua fratru caret.*
 AG. *Incluſa fluctu. PYR. nempe cognati maris.*
- 345 *Atrei & Thyeſta nobilem noui domum.*
 AG. *Ex virginis concepte furtiuo ſtupro,
Et ex Achille nate, ſed nondum viro.*
 PYR. *Illo ex Achille, genere qui mundum ſuo
Sparsus per omnem, coelitem regnum tenet;*
- 350 *Thetide aquor, umbras Aëaco, coelum Ioue.*
 AG. *Illo ex Achille, qui manu Paridis iacet.*
 PYR. *Quem nec deorum cominus quiſquam petit.*
 AG. *Compescere equidem verba, & audacem malo*

- Poteram domare; sed meus captis quoque
 355 Scit parcere ensis; potius interpres deum
 Calchas vocetur. fata si poscunt, dabo.
 Tu qui Pelasga vincla soluisti rati,
 Morasq; bellis; arte qui reseras polum,
 Cui viscerum secreta, cui mundi fragor,
 360 Et stella longâ semitam flammâ trahens
 Dant signa fati; cuius ingenti mihi
 Mercede constant ora, quid iubeat Deus
 Effare Calcha, nosq; consilio rege.
 CAL. Dant fata Danais, quo solent precis. viam.
 365 Mactanda virgo est Thessali busto ducis:
 Sed quo iugari Thessala cultu solent,
 Ionidésve, vel Mycenea nurus,
 Pyrrhus parenti coniugem tradat suo;
 Sic ritè dabitur. non tamen nostras tenet
 370 Hac una puppes causa. nobilior tuo
 Polyxene cruore debetur cruor,
 Quem fata quarunt: turre de summa cadat
 Priami nepos Hectoreus, & letum oppetat;
 Tum mille velis impleat classis freta.

CHORVS.

Choriambici.

- 375 **V**erum est, an timidos fabula decipit, ✱
 Vmbras corporibus viuere conditis?
 Cùm coniux oculis inposuit manum,
 Supremusq; dies solibus obstitit,
 Et tristes cineres urna coërcuit;
 380 Non prodest animam tradere funeri,
 Sed restat miseris viuere longius? ✱
 An toti morimur? nullaq; pars manet
 Nostri, cùm profugo spiritus halitu

- Inmixtus nebulis cessit in aëra,
 385 Et nudum tetigit subdita fax latu?
 Quidquid sol oriens, quidquid & occidens
 Nouit: caruleis Oceanus fretis
 Quidquid vel veniens vel fugiens, lauat,
 Ætas: ægæseo corripit gradu.
- 390 Quo bissona volant sidera turbine,
 Quo cursu properat secula voluere
 Astrorum dominus, quo properat modo
 Obliquis Hecate currere flexibus,
 Hac omnes petimus fata: nec amplius,
- 395 Iuratos superis qui tetigit lacus,
 Vsq̄quam est. ut calidis fumus ab ignibus
 Vanescit spaciū per breue sordidus;
 Ut nubes grauidas, quas modo vidimus,
 Arctoi borea dissicit impetus:
- 400 Sic hic, quo regimur, spiritus effluet,
 Post mortem nihil est, ipsaq̄ mors nihil,
 Velocis spatij meta nouissima.
 Spem ponant auidi, solliciti metum.
 Quæris quo iaceas post obitum loco?
- 405 Quo non nata iacent.
 Tempus nos auidum deuorat & chaos.
 + Mors indiuidua est noxia corpori,
 Nec parcens anima. Tanara, & aspero
 Regnum sub domino, limen & obsidens
- 410 Custos non facili Cerberus ostio,
 Rumores vacui, verbaq̄ inania,
 * Et par sollicito fabula somnio.

ACTVS TERTIVS.
ANDROMACHA. SENEX.
VLYSSES.

- Q** Vid mœsta Phrygia turba laceratis comas?
 Miserumq; tuns& pectus, effuso genas
 415 Fletu rigatis? leuia perpessa sumus.
 Si flenda patimur. Ilium vobis modo,
 Mihi cecidit olim, cum ferus curru incito
 Mea membra raperet, & graui gemeret sono
 Peliacus axis, pondere Hectoreo tremens.
 420 Tunc obruta atque euersa Troia concidit.
 Torpens malis rigensq; sine sensu feror.
 Iam erepta Danaïs coniugem sequerer meum.
 Nisi hic teneret. hic meos animos domat,
 Mori q; prohibet: cogit hic aliquid deos
 425 Adhuc rogare; tempus ærumna addidit.
 Hic mihi malorum maximum fructum abstulit.
 Nihil timere. prosperis rebus locus
 Ereptus omnis: dira, quâ veniant, habent.
 Miserrimum est timere, cum speres nihil.
 430 SE. Quis te repens commouit adflictam metus?
 AN. Exoritur aliquod maius è malo malum.
 Nondum ruentis Ilij fatum stetit.
 SE. Et quas reperiet, ut velit, clades Deus?
 AN. Stygij profundi claustra, & obscuri specus
 435 Laxantur. & ne desit euersis metus,
 Hostes ab imo conditi tumulo exeunt.
 Soli ne retro peruium est Danaïs iter?
 Certè aqua mors est, turbat, at que agit at Phrygas
 Communis iste terror. hic propriè meum
 440 Exterret animum noctis horrenda sopor.
 SE. Qua visa portent, esset in medium, metus.

- AN. *Partes ferè nox alma transierat duas,
 Clarumq; septem verterant stella iugum;
 Ignota tandem venit adflicta quies,
 Breuisq; fessis somnus obrepfit genis,*
 445 *(Si somnus ille est mentis adtonita stupor)
 Cum subitò nostros Hector ante oculos stetit;
 Non qualis ultro bella in Argiuos ferens,
 Graias petebat facibus Idais rates;*
 450 *Nec cade vastâ qualis in Danaos furens
 Vera ex Achille spolia simulato tulit;
 Non ille vultus flammeum incendens iubar:
 Sed fessus, ac deiectus, & fletu grauis,
 Similisq; nostro, squallidâ obtectus comâ.
 Iuuat tamen vidisse. tum quassans caput,
 455 Depelle somnos, inquit, & natum eripe,
 O fida coniux: lateat; hac una est salus.
 Omitte fletus. Troia quòd cecidit, gemis?
 Utinam iaceret tota. festina, amoue*
 460 *Quocumq; nostra paruulam stirpem domus.
 Mihi gelidus horror ac tremor somnum excutit,
 Oculosq; nunc hunc pauida nunc illuc ferens,
 Oblita nati, misera quasui Hectorem.
 Fallax per ipsos umbra complexus abit.*
 465 *O nate, magni certa progenies patris,
 Spes una Phrygibus, unica adflicta domus,
 Veterisq; soboles sanguinis nimium inclyti,
 Nimiumq; patri similis; hos vultus meus
 Habebat Hector, talis incessu fuit,*
 470 *Habituq; talis, sic tulit fortes manus,
 Sic celsus humeris, fronte sic toruâ minax,
 Ceruice fusam dissipans latâ comam.
 O nate serò Phrygibus, at matri citò*

- Eritne tempus illud, ac felix dies,
 475 Quo Troïci defensor & vindex soli,
 Recidua ponas Pergama, & sparsos fugæ
 Ciues reducas? nomen & patria suum,
 Phrygibusq; reddas? Sed mei fati memor,
 Tam magna timeo vota; quod captis sat est,
 480 Vitamus. Heu me, quis locus fidus meo
 Erit timori? quæve te sede occulam?
 Arx illa pollens opibus, & muris deùm
 Gentes per omnes clara, & inuidia capax,
 Nunc puluis altus, strata sunt flamma omnia,
 485 Superestq; vastâ ex urbe ne tantum quidem
 Quo lateat infans. quem locum fraudi legam?
 Est tumulus ingens coniugi caro sacer,
 Verendus hosti, mole quem immensâ parens.
 Opibusq; magnis struxit in luctus suos,
 490 Rex non auarus. optimè credam patri.
 Sudor per artus frigidus cotos cadit,
 Omen tremisco misera feralis loci.
 SE. Hæc caussa multos una ab interitu arcuit,
 Credi perisse. vix spei quidquam est super.
 495 Graue pondus illum, magna nobilitas, premit.
 AN. Ne prodat aliquis. SE. amoue testes doli.
 AN. Si quaret hostis? SE. urbe inuersa per It
 AN. Quid proderit latuisse redituro in manus?
 SE. Victor feroces impetus primos habet.
 500 AN. Quid? quòd latere sine metu magno nequit?
 SE. Miser occupet prasidia, securus legat.
 AN. Quis te locus, qua regio seducta, inuisa
 Tutò reponet? quis feret trepidis opem?
 Quis proteget? Qui semper, etiam nunc tuos
 505 Hector tuere; coniugis furtum pia

- Serua, & fideli cinere victurum excipe.*
Succede tumulonate: quid retro fugis,
Turpesq; latebras spernis? agnosco indolens:
Pudet timere. spiritus magnos fuge,
 510 *Animosq; veteres. sume quos casus dedit.*
En intuere, turba qua sumus super,
Tumulus puer. captiua. cedendum est malis,
Sanctas parentis conditi sedes, age,
Aude subire. fata si miseros iuuant,
 515 *Habes salutem: fata si vitam negant.*
Habes sepulchrum. SE. claustra commissum tegunt.
Quem ne tuus producat in medium timor,
à rocul hinc recede, teq; diuersam amoue.
 AN. *Leuius solet timere, qui propius timet.*
 520 *Sed, si placet, referamus hinc aliò pedem.*
SE. Cohibe parumper ora, questuq; opprime.
Gressus nefandos dux Cephaleu'm admouet.
 AN. *Dehisce tellus, tuq; coniux ultimo*
Specu reuulsam scinde tellurem, Stygis
 525 *Sinu profundo conde depositum n.eum:*
Adest Vlysses, & quidem dubio gradu
Vultuq; nectit pectore astus callidos.
 VLY. *Dura minister sortis, hoc primum peto.*
Vt ore quamuis verba dicantur meo,
 530 *Non esse credas nosira: Graiorum omnium*
I rocerumq; vox est, petere quos seras domus
Hectorea soboles prohibet: hanc fata expetunt.
Solicita Danaos facis incerta fides
Semper tenebit, semper à tergo timor
 535 *Respicere coget, arma nec poni sinet,*
Dum Phrygibus animos natus euersis dabit
Andromacha. AN. vester angur hoc Calchas canit?

- VLY. Et si taceret augur hac Calchas, tamen
 Dicebat Hector, cuius & stripem horreo.
 540 Generosa in ortus semina exsurgunt suos.
 Sic ille magni paruus armenti comes,
 Primisq; nondum cornibus findens cutem,
 Cervices subito celsus, & fronte arduus,
 Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.
 545 Qua tenera caso virga de trunco stetit,
 Par ipsa matri tempore exiguo subit,
 Umbraeq; terris reddit & caelo nemus:
 Sic male reiectus igne de magno cinis,
 Vires resumit. est quidem iniustus dolor
 550 Rerum & stimator: si tamen tecum exigas,
 Veniam dabis, quod bella, post hiemes decem,
 Totidemq; messes, iam senex miles timet,
 Aliasq; clades rursus, ac nunquam bene
 Troiam iacentem magna res Danaos mouet,
 555 Futurus Hector: libera nos hoc metu.
 Hac una naues causa deductas tenet;
 Hic classis haeret. neve crudelem putes,
 Quod sorte iussus Hectoris natum petam;
 Petissem Orestem: patere quid victor tulit.
 560 AN. Utinam quidem esses nate maternâ in manu,
 Nossemq; quis te casus ereptum mihi
 Teneret, aut qua regio: non hostilibus
 Confossa telis pectus, aut vinculis manus
 Secantibus praestrieta, non acri latus
 565 Vtrumque flammâ cincta, maternam fidens
 Vnquam exuisssem. Nate quis te nunc locus,
 Fortuna qua possedit? errore auio
 Vagus arua lustras, vastus an patria vapor
 Corripiet artus? sauus an victor tuo

570 *Lusit cruore, nunquid immanis fera
Morsu peremptus pascis Idaas aues?*

VLY. *Simulata remoue verba: non facile est tibi
Dacipere Vlysssem: vicimus matrum dolos,
Etiam dearum: cassa consilia amoue.*

575 *Vbi natus est. AN. ubi Hector, ubi cuncti Phryges,
Vbi Priamus. vnum quaris, ego quaro omnia.*

VLY. *Coacta dices, sponte quod fari abnuis.*

AN. *Tuta est, perire qua potest, debet, cupit,*

VLY. *Magnifica verba mors propè admota excutis.*

580 *AN. Si vis Vlysse cogere Andromacham metu,
Vitam minare: nam mori votum est mihi.*

VLY. *Verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui*

Quodcumque celas, adiget inuitam dolor,

Et pectore imo condita arcana eruet.

585 *Necessitas plus posse quam pietas solet.*

AN. *Propone flammam, vulnera, & diras mali*

Doloris artes, & famem, & seuam sitim,

Variasq; pestes undiq;, & ferrum inditum

Visceribus vstis, carceris caci luem,

590 *Et quidquid audet victor iratus, tumens*

VLY. *Stulta est fides, celare quod prodas statim.*

AN. *Animosa nullos mater admittit metus.*

VLY. *Hic ipse, quo nunc contumax perstas, amor*

Consulere paruis liberis Danaos monet.

595 *Post arma tam longinqua, post annos decem,*

Minus timerem quos facis Calchas metus.

Si mihi timerem: bella Telemacho paras.

AN. *Inmiti Vlyssi gaudium ac Danais dabo:*

Dandum est. fatere quos premis luctus dolor.

600 *Gaudete Atride, tuq; latifica, vt soles,*

Refer Pelasgis: Hectoris proles obIt.

- VLY. Et esse verum hoc quâ probas Danais fide?
 AN. Ita quod minari maximum victor potest,
 Contingat, & me fata maturo exitu
 605 Faciliq; soluant, ac meo condant solo,
 Et patria tellus Hectorem leuiter premat,
 Vt luce caret, vt inter extinctos iacet,
 Datusq; tumulo debita exanimis tulit.
- VLY. Expleta fata stirpe sublatâ Hectoris,
 610 Solidamq; pacem latus ad Danaos feram.
 Quid agis Vlysse? Danaïda credent tibi?
 Tu cui? parenti. fingit an quidquam parens,
 Nec abominanda mortis auspiciū pauet?
 Auspicia metuunt, qui nihil maius timent.
- 615 Fidem adligauit iureiurando suam.
 Si peierat, timere quid grauius potest?
 Nunc aduoca astus anime, nunc fraudes, dolos,
 Et totum Vlyssēm: veritas nunquam latet.
 Scrutare matrem: mœret, in lacrymat, gemit.
- 620 Et huc & illuc anxios gressus refert,
 Missasq; voces aure sollicita excipit.
 Magis hæc timet, quàm mœret. ingenio est opus.
 Alios parentes adloqui in luctu decet,
 Tibi gratulandum est, misera, quòd nato cares,
- 625 Quem mors manebat saua, præcipitem datum
 E turre, lapsis sola qua muris manet.
 AN. Reliquit animus, membra quatiuntur, labât,
 Torpetq; vinctus frigido sanguis gelu.
- VLY. En tremuit hæc, hæc parte querenda est mihi,
 630 Matrem timor detexit, iterabo metum.
 Ite ite celeres fraude materna abditum
 Hostem Pelasgi nominis, pestem ultimam,
 Vbicumque latitat, erutam in medium date.

Bene est, tenetur: perge, festina, adtrahere.

635 Quid respicis trepida? iam certè per It.
AN. Vtinam timerem, solitus ex longo est metus.

Dediscit animus serò quod didicit diu.

VLY. Lustrale quoniam debitum muris puer
Sacrum antecessit, nec potest vatem sequi

640 Meliore fato raptus: hoc Calchas ait

Modo piari posse rediveras rates,
Si placet undas Hectoris sparsi cinis,
Ac tumulus imo totus & quetur solo.

Nunc ille quoniam debitam effugit necem;

645 Erit admouenda sedibus sacris manus.

AN. Quid agimus? animū distrahit geminus timor:

Hinc natus, illinc coniugis cari cinis.

Pars vtra vincet? testor inmites deos,

Deosq; veros coniugis manes mei,

650 Non aliud Hector in meo nato mihi

Placere, quàm te: viuat, ut possit tuos

Referre vultus. prorutus tumulo cinis

Mergetur? ossa fluctibus spargi sinam

Disiecta vastis? potius hic mortem oppetat.

655 Foteris nefanda deditum mater neci

Videre? poteris celsa per fastigia

Missum rotari? potero, perpetiar, feram,

Dum non meus post fata victoris manu

Iactetur Hector. hic suam pœnam potest

660 Sentire: at illum fata iam in tuto locant.

Quid fluctuaris? statue, quem pœna extrahas.

Ingrata dubitas? Hector est illinc tuus.

Erras, utrimque est Hector: hic sensu potens,

Forsan futurus ultor extincti patris.

665 Vtrique parci non potest; quidnam facis?

- Serua è duobus anime, quem Danaï timent.*
 VLY. *Responsa peragam, funditus busta eruam.*
 AN. *Qua vendidistis? VL. pergã, & è summo aggere*
Traham sepulcra. AN. cœlitum adpello fidem,
 670 *Fidemq; Achillis. Pyrrhe, genitoris tui*
Munus tuere. VLY. tumulus hic campo statim
Toto iacebit. AN. fuerat hoc prorsus nefas
Danaïs inausum. templa violastis, deos
Etiã fauentes: busta transierat furor.
 675 *Resistam, inermes offeram armatis manus:*
Dabit ira vires. qualis Argolicas ferox
Turmas Amazon strauit: aut qualis deo
Percussa Menas, entheo siluas gradu
Armata thyrso terret, atque expers sui
 680 *Vulnus dedit nec sensit: in medios ruam,*
Tumuloq; cineris socia defenso cadam.
 VLY. *Cessatis? & vos flebilis clamor mouet,*
Furorq; cassus femina? iussa ocyus
Peragite. AN. Me me sternite hic ferro prius.
 685 *Repelle Auernum, rumpe fatorum moras,*
Molire terras Hec̃tor, ut Vlyssẽm domes:
Vel umbra satis est. arma concussit manu,
Iaculatur ignes. cernitis Danaï Hec̃torem?
An sola video? VLY. funditus cuncta crue.
 690 *AN. Quid agis? ruinã mater & natum & virum,*
Prosternis vnã. forsitan Danaos prece
Placare poteris. conditum elidet statim.
Immane busti pondus; intereat miser,
Vbicunque, patiũs, ne pater natum obruat,
 695 *Prematq; patrem natus. Ad genua accido*
Supplex Vlysse, quamq; nullius pedes
Nouere dextram, pedibus admoueo tuis;

- Miserere matris, & preces placidius pias*
Patensq; recipe: quodq; te celsum altiùs
 700 *Superi leuarunt, mitiùs lapsos preme.*
Misero datur quodcunque fortuna datur.
Sic te reuisat coniugis sancta torus,
Annosq;, dum te recipit, extendat suos
Laërta: sic te iuuenis excipiat tuus,
 705 *Et vota vincens vestra felici indole,*
Ætate auum transcendat, ingenio patrem.
Miserere matris: unicum adflicta mihi
Solamen hic est. VLY. exhibe natum, & roga.

ANDROMACHA.

Anapæstici.

- 710 **H** *Vc è latebris procede tuis*
Flebile matris furtum misera.
Hic puer, hic est terror Vlysse
Mille carinis. submitte manus,
Dominique pedes supplice dextrâ
Stratus adora: nec turpe puta
 715 *Quidquid miseros fortuna iubet:*
Pone ex animo reges atauos,
Magniq; senis iura per omnes
Inclyta terras: excidat Hector.
Gere captiuum, positoq; genu,
 720 *Si tua nondum funera sentis,*
Matris fletus imitare tua.
Vidit pueri regis lacrymas
Et Troia prior, paruuq; minas
Trucis Alcida flexit Priamus.
 725 *Ille, ille ferox, cuius vaslis*
Viribus omnes cessere fera;
Qui per fracto limine Ditis

- Cacum retro patefecit iter,
 Hostis parui victus lacrymis:
 730 Suscipe, dixit, rector habenas,
 Patrioq; sede celsus solio,
 Sed sceptrâ fide meliore tene:
 Hoc fuit, illo victore capi.
 Discite mites Herculis iras;
 735 An sola placent Herculis arma?
 Iacet ante pedes non minor illo
 Supplice supplex, vitamq; petit.
 Regnum Troia quocunque volet
 Fortuna ferat.*

VLYSSES. ANDROMACHA. ASTYANAX.

- 740 **M** *Atris quidem me mœror adtonita mouet:
 Magis Pelasga me tamen matres mouent;
 Quarum iste magnos crescit in luctus puer.
 AN. An has ruinas urbis in cinerem datas
 Hic excitabit? hæ manus Troiam erigent?*
- 745 *Nullas habet spes Troia, si tales habet.
 Non sic iacemus Troes, ut cuiquam metus
 Possimus esse. spiritus genitor facit?
 Sed nempe tractus ipse post Troiam pater
 Posuisset animos, magna quos frangunt mala.*
- 750 *Si pœna petitur, qua peti grauior potest?
 Famulare collo nobili subeat iugum.
 Servare liceat, aliquis hoc regi negat?
 VLY. Non hoc Vlysses, sed negat Calchas tibi.
 AN. O machinator fraudis, ô scelerum artifex,
 755 Virtute cuius bellicâ nemo occidit:
 Dolis & astu malefica mentis iacent
 Etiam Pelasgi, vatem & insontes deos
 Pratendis? hoc est pectoris facinus tui*

- Nocturne miles, fortis in pueri necem,
 760 *Iam solus audes aliquid, & claro die.*
 VLY. *Virtus Vlyssis nota Danais est satis,*
Nimisq; Phrygibus. non vacat vanis diem
Conterere verbis; anchoras classit legit.
 AN *Breuem moram largire, dum officium parens*
 765 *Nato supremum reddo, & amplexu ultimo*
Auidos dolores satio. VLY. misereri tui
Vtinam liceret! quod tamen solum licet,
Tempus moramq; dabimus. arbitrio tuo
Implere lacrymis; fletus erumnas leuat.
 770 AN. *O dulce pignus, o decus lapsa domus,*
Summumq; Troia funus, o Danaum timor,
Genitricis o spes vana, cui demens ego
Laudes parentis bellicas, annos aui
Medios precabar; vota destituit Deus.
 775 *Iliaca non tu scepra regali potens*
Gestabis aulâ; iura nec populis dabis,
Victasq; gentes sub tuum mittes iugum;
Non Graia cades terga, non Pyrrhum trahes;
Non arma tenerâ parua tractabis manu;
 780 *Sparsasq; passim saltibus latis feras*
Audax sequeris, nec stato lustris die
Solenne referens Troici lustris sacrum,
Puer citatas nobilis turmas ages,
Non inter aras mobili velox pede,
 785 *Reuocante flexo concitos cornu modos,*
Barbarica prisco templa saltatu coles.
O morte dirâ tristius leti genus;
Flebilius aliquid Hectoris magni nece
Muri videbunt. VLY. rumpe iam fletus parens.
 790 *Magnus sibi ipsi non facit finem dolor.*

AN. *Lacrymis Vlyffe parua, quã petimus, mora est.*
Concede paruos ut meã condam manu
Viuentis oculos. occidis paruos quidem,
Sed iam timendus: Troia te expectat tua.

795 I, *vade liber, liberos Troas vide.*

AST. *Miserere mater. AN. quid meos retines sinus,*
Manu sçq; matris? cassa praesidia occupas.
Fremitu leonis qualis audito tener
Timidum iuuençus adplicat matri latus;

800 *At ille sauus matre submotã leo,*
Pradam minorem morsibus vastis premens
Frangit, vehitq;: talis è nostro sinu
Te rapiet hostis. oscula & fletus, puer,
Lacerosq; crines excipe, & plenus mei

805 *Occurre patri: pauca materna tamen*
Perfer querela verba: Si manes habent
Curas priores, nec perit flammis amor;
Seruire Graio pateris Andromachen iugo
Crudelis Hector? lentus & segnis iaces?

810 *Rediit Achilles. Sume nunc iterum comas,*
Et sume lacrymas, quidquid è misero viri
Funere relictum est, sume qua reddas tuo
Oscula parenti. matris hanc solatio
Relinque vestem, tumulus hanc tetigit meus,

815 *Manesq; cari: quidquid hinc cineris latet,*
Scrutabor ore. VLY. nullus est flendi modus,
Abripite properè classis Argolica moram.

CHORVS. Sapphici.

Q*ua vocat sedes habitanda captas?*
Thessali montes, & opaca tempe?

820 *An viros tellus dare militares*
Aptior Phthie? meliorq; foetu

- Fortis armenti lapidosa Trachyn?
 An maris vasti domitrix Iolcos?
 Urbibus centum spaciola Crete?
- §25 Parua Gortyne, sterilisq; Tricce?
 An frequens ruscis leuibus Methone,
 Qua sub Octais latebrosa siluis
 Misit infestos Troia ruinis
 Non semel arcus?
- §30 Olenos tectis habitat a raris?
 Virginis Pleuros inimica diua?
 An maris lati sinuosa Troæzen?
 Pelion regnum Protei superbum,
 Tertius calo gradus? hic recumbens
- §35 Montis exesi spaciosus antro
 Iam trucis Chiron pueri magister,
 Tinnulas plectro feriente chordas,
 Tunc quoque ingentes acuebat iras
 Bella canendo.
- §40 An ferax varij lapidis Carystos?
 An tremens litus maris inquieti
 Semper Euripo properante Chalcis?
 Quolibet vento faciles Echidne?
 An carens nunquam Gonoessa vento?
- §45 Quæq; formidant Borean Enispa?
 Atticâ pendens eparethos orâ?
 An sacris gaudens tacitus Eleusis?
 Nunquid Aiakis Salamina veri?
 An ferâ notam Calidona seuâ?
- §50 Quâsve perfundit subiturus æquor
 Segnibus terras Titareffos undis?
 Bessan & Scarphen? Pylon an senilem?
 Pharin? an isam Iouis, & coronis

Elida claram?

855 *Quolibet tristis miseræ procella
Mittat, & donet cuicumque terra:
Dum, luem tantam Troia atque Achiuis
Quæ tulit, Sparte procul absit: absit
Argos, & sæui Pelopis Mycenæ;*

860 *Neritos parua breuior Zacyntho,
Et nocens saxis Ithace dolosiss.
Quod manet fatum, dom/nusq; quis te,
Aut quibus terris Hecube videndam
Ducet? in cuius moriere regno?*

ACTVS QVARTVS.

HELENA. ANDROMACHA. HECUBA.

865 *Quicumque hymen funestus, inlatabilis,
Lamenta, cades, sanguinem, gemitus habet,
Est auspice Helena dignus. euersis quoque
Nocere cogor Phrygibus: ego Pyrrhi toros
Narrare falsos iubeor, ego cultus dare*

870 *Habitusq; Graios. arte capietur mea,
Meaq; fraude concidet Paridis soror.
Fraudetur; ipsi leuius hoc equidem reor.
Optanda mors est, sine metu mortis mori.
Quid iussa cessas agere? ad auctorem redit*

875 *Sceleris coacti culpa. Dardania domus
Generosa virgo, melior adflictos deus
Respicere coepit, teq; felici parat
Dotare thalamo. tale coniugium tibi
Non ipsa sospes Troia, non Priamus daret;*

880 *Nam te elatæ maximum gentis decus
Ad sancta læti iura legitimi petit,
Cui regna campi lata Thessalici iacent.
Te magna Thetys, teq; tot pelagi dea,*

- Placidumq; numen & quoris tumidi Thetis
 885 Suam vocabunt: te datam Pyrrho socer
 Peleus nurum vocabit, & Nereus nurum.
 Depone cultus squalidos, festos cape.
 Dedisce captam, deprime horrentes comas,
 Crinemq; docta patere distingui manu.
- 890 Hic forsitan te casus excelso magis
 Solio reponet, profuit multis capi.
 AN. Hoc decrat unum Phrygibus euersis malum,
 Gaudere? flagrant strata passim Pergama.
 O coniugale tempus, an quisquam audeat
- 895 Negare? quisquam dubius ad thalamos eat,
 Quos Helena suadet? pestis, exitium, lues
 Vtriusque populi, cernis hos tumulos ducum?
 Et nuda totis ossa quae passim iacent
 Inhumata campis: hac hymen sparsit tuus.
- 900 Tibi fluxit Asia, fluxit Europa cruor;
 Cum dimicantes lenta prospiceres viros,
 Incerta voti. perge, thalamos adpara.
 Tedis quid opus est? quidve solenni face?
 Quid igne? thalamis Troia prae lucet nouis.
- 905 Celebrate Pyrrhi Troades connubia,
 Celebrate: digni planctus & gemitus sonent.
 HEL. Ratione quamuis careat, & flecti neget
 Magnus dolor, sociosq; nonnunquam sui
 Mæroris ipsos oderit: causam tamen
- 910 Possum tueri iudice infesto meam.
 Grauiora passa. luget Andromacha Hectorem,
 Et Hecuba Priamum, solus oculiè Paris
 Lugèdus Helena est. durū & inuisum & graue est
 Seruitia ferre: patior hoc olim iugum
- 915 Annis decem captiua. prostratum Ilium est,

- Verſi penates. perdere eſt patriam graue,*
Grauius timere. vos leuat tanti mali.
Comitatus : in me victus & victor furit.
Quam quiſque ſamulam traheret, incerto diu
 920 *Casu pependit : me meus traxit ſtatim*
Sine ſorte dominus. cauſſa bellorum fui,
Tantaq; Teucris cladis. hoc verum puta,
Spartana puppis veſtra ſi ſecuit freta;
Sin rapta Phrygiis prada remigibus fui,
 925 *Deditq; donum iudici victrix dea:*
Ignosce Paridi; iudicem iratum mea
Habitura cauſſa eſt iſta Menelaum manent
Arbitria. Nunc hanc luctibus paulum tuis
Andromacha omiſſis flecte. vix lacrymas queo
 930 *Retinere. A. quātū eſt Helena quod lacrymat malū!*
Cur lacrymat autem? fare quos Ithacus dolos
Quæ ſcelera nectat; vtrum ab Idais iugis
Iactanda virgo eſt? arcis an celfe edito
Mittenda ſaxorum per has vaſtum in mare
 935 *Voluenda rupes, latere quas ſciſſo lauāt*
Altum vadoſos Sigeon ſpectans ſinus?
Dic, fare, quidquid ſubdolo vultu regis.
Leuiora mala ſunt cuncta, quàm Priami gener,
Hecubaq; Pyrrhus. fare, quam poenam pares,
 940 *Exprome, & vnum hoc deme noſtris cladibus,*
Falli: paratas perpeti mortem vides.
HEL. Vtinam iuberet me quoque interpres deſtū
Abrumpere enſe lucis inuiſa moras.
Vel Achillis ante buſta, furibunda manu
 945 *Occidere Pyrrhi, fata comitantem tua*
Polyxene miſeranda, quam tradi ſibi,
Cineremq; Achilles ante maſtari ſuum.

Campo maritus ut sit Elyſio, iubet.

AN. *Vide ut animus ingens latus audierit necem?*

950 *Cultus decoros regia veſtis petit,*

Et admoueri crinibus patitur manum.

Mortem putabat illud, hoc thalamos putat.

At miſera luctu mater audito ſtupet;

Labefacta mens ſuccubuit. adſurge, adleua

955 *Animum, & cadentem miſera firma ſpiritum.*

Quam tenuis anima vinculo pendet leui.

Minimum eſt, quod Hecubam facere felicem poteſt,

Spirat, reuixit: prima mors miſeros fugit.

HEC. *Adhuc Achilles uiuit in pœnas Phrygum?*

960 *Adhuc rebellat? ô manum Paridis leuem!*

Cinis ipſe noſtrum ſanguinem ac tumultus ſiſit.

Modò turba felix latera cingebat mea:

Laffabar in tot oscula, & in totum gregem

Diuidere matrem: ſola nunc hac eſt ſuper,

965 *Votum, comes, leuamen, adſicta quies.*

Hac totus Hecuba foetus, hac ſola uocor

Iam uoce mater. dura & infelix age

Elabere anima. denique hoc unum mihi

Remitte ſunus. irrigat fletus genas,

970 *Imberq; uictò ſubitus è uultu cadit.*

Latere, gaude nata; quam uellet tuos

Cassandra thalamos, uellet Andromache tuos.

AN. *Nos Hecuba, nos nos Hecuba lugenda ſumus.*

Quas mota claſſis huc & huc ſparſas feret,

975 *Hanc cara tellus ſedibus patriis teget.*

HEL. *Magis inuidebis, ſi tuam ſortem ſcias.*

AN. *An aliqua pœna pars mea ignota eſt mihi?*

HEL. *Verſata dominos urna captiuus dedit.*

AN. *Cui ſamula tradar, ede: quem dominum uoco?*

980 HEL. *Te ſorte prima Scyrius inuenis tulit*

- AN. *Cassandra felix! quam furor sorte eximit,
Phœbusq̄. HEL. regum hanc maximus rector tenet.*
- HEC. *Estne aliquis, Hecubam qui suam dici velit?*
- HEL. *Ithaco obtigisti præda nolenti brevis.*
- 985 HEC. *Quis tam inpotens, ac dirus, & iniqua ferus
Sortitor urnæ, regibus reges dedit?
Quis tam sinister diuidit captas Deus?
Quis arbiter crudelis, & miseris grauis,
Eligere dominos nescit? & saua manu*
- 990 *Dat iniqua miseris fata? quis matrem Hectoris
Armis Achillis miscet? ad Vlysssem vocor.
Nunc victa, nunc captiua, nunc curætis mihi
Obsessa videor cladibus: domini pudet,
Non seruitutis. Hectoris spoliū feret,*
- 995 *Qui tulit Achillis? sterilis, & sanis fretis
Inclusa tellus, num capit tumulos meos?
Duc duc Vlysse: nil moror, dominum sequor:
Me mea sequentur fata. non pelago quies
Tranquilla veniat, sauiat ventis mare,*
- 1000 *Et bella, & ignis, & mea & Priami mala:
Dumq̄, ista venient, interim hac pœna in loco est:
Sortem occupauī, præmium eripuit mihi.
Sed incitato Pyrrhus adcurrit gradu,
Vultuq̄, toruo. Pyrrhe quid cessas? age*
- 1005 *Reclude ferro pectus, & Achillis tui
Coniunge sacros. perge mactator senum;
Et hic decet te sanguis: abreptam trahite,
Maculate superos cade funesta deos,
Maculate manes. quid precer vobis? precor*
- 1010 *His digna sacris æquora, hoc classi accidat
Toti Pelasgæ: ratibus hoc mille accidat,
Mea precabor, cum vehar, quidquid rati.*

- D**ulce mœrenti populus dolentum,
 Dulce lamentis resonare gentes.
- 1015 Lenius luctus lacrymaq; mordent,
 Turba quas fletu simili frequentat.
 Semper ab semper dolor ipse magnus
 Gaudet in multos sua fata mitti,
 Sed non solum patuisse pœna.
- 1020 Ferre, quam sortem patiuntur omnes,
 Nemo recusat.
 Nemo se credit miserum, licet sit.
 Tolle felices, remoueto multo
 Diuites auro, remoueto centum
- 1025 Rura qui scindant opulenta bubus;
 Pauperi surgent animi iacentes.
 Est miser nemo nisi comparatus.
 Dulce in inmensis posito ruinis,
 Neminem latos habuisse vultus.
- 1030 Ille deplorat, queriturq; fatum,
 Qui secans fluctum rate singulari
 Nudus in portus cecidit petitos.
 Æquior casum tulit & procellas,
 Mille qui ponto pariter carinas
- 1035 Obrui vidit, tabulâq; littus
 Naufraga spargi, mare cum coactis
 Fluctibus Corus prohibet reuerti.
 Questus est Hellen cecidisse Phryxus,
 Cum gregis ductor radiante villo,
- 1040 Aureo fratrem simul & sororem
 Sustulit tergo, mediocq; iactum
 Fecit in ponto. tenuit querelas
 Et vir, & Pyrrhe, mare cum viderent.

- Et nihil prater mare cūm viderent.
 1045 Vnici torris hominēs relictī.
 Soluet hunc questum, lacrymasq; nostras
 Sparget huc illuc agitata classis;
 Et tubā iussi dare vela nauta,
 Cūm semel ventis properante remo
 1050 prenderint altum, fugientq; littus.
 Quis status mentis miseris, vbi omnis
 Terradecrescet pelagusq; crescet,
 Celsa cūm longē latitabit Ide?
 Tum puer matri, genitrixq; nato,
 1055 Troia quā iaceat regione monstrans
 Dicet, & longē digito notabit;
 Ilium est illic, vbi fumus altē
 Serpit in cœlum, nebulaq; turpes.
 Troes hoc signo patriam videbunt.

ACTVS QVINTVS

NUNCIVS. ANDROMACHA. HECUBA.

- 1060 O Dirā fata, seu, miseranda, horrida,
 Quod tam ferum, tam triste bis quinis scelus
 Mars vidit annis? quod prius referens genam?
 Tuosue potius; an tuos luctus, anus?
 HEC. Quoscumq;, luctus fleueris, flebis meos.
 1065 Sua quemque tantum, me omnium clades premit.
 Mihi cūcta pereunt: quisquis est, Hecuba est miser,
 NVN. Mactata virgo est, missus è muris puer;
 Sed vterque letum mente generosā tulit.
 AN. Expone seriem cadis, & duplex nefas
 1070 Prosequere: gaudet animus arumnas meus
 Tractare totas: ede, & enarra omnia.
 NVN. Est vna magnā turris è Troiā super,
 Adsueta Priamo: cuius è fastigio

- Summisq; pinnis, arbiter belli sedens*
 1075 *Regebat acies: turre in hac blando sinu*
Fouens nepotem, cum metu versos graui
Danaos fugaret Hector & ferro & face,
Paterna puero bella monstrabat senex.
Hæc nota quondam turris, & muri decus,
 1080 *Nunc sæua cautes, undique effusâ ducum*
Plebisq; turbâ cingitur. totum coit
Ratibus relictiis vulgus: his collis procul
Acie[m] patenti liberam præbet locos,
His alta rupes, cuius è cacumine
 1085 *Erecta summos turba librauit pedes;*
Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus gerit,
Et tota populo silua suspensio tremitt;
Extrema montis ille prærupti petit,
Semusta at ille tecta, vel saxum imminens
 1090 *Muri cadentis pressat: atque aliquis (nefas)*
Tumulo ferus spectator Hæctoreo sedet.
Per spatia latè plena sublimi gradu
Incedit Ithacus, paruulum dextra trahens
Priami nepotem: nec gradu segni puer
 1095 *Ad alta pergit mœnia. ut summâ stetit*
Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,
Intrepidus animo: qualis ingentis fera
Paruus tenerq; fœtus, & nondum potens
Sauire dente, iam tamen tollit minas,
 1100 *Morsusq; inanes tentat, atque animis tumet:*
Sic ille dextra pressus hostili puer
Ferox, superbè mouerat vulgum, ac duces,
Ipsu[m]q; Vlysses: non flet è turba omnium,
Qui fletur. ac dum verba fatidici, & preces
 1105 *Concipit Vlysses vatis, & sauos ciet*

*Ad sacra superos, sponte dissiluit sua
In media Priami regna non trepidus puer.*

AN. *Quis Colchus hoc, quis sedis incerta Scythæ
Commisit? aut quæ Caspium tangens mare*

1110 *Gens iuris expers ausa? non Busiridis
Puerilis aras sanguis adspersit feri.*

*Nec parua gregibus membra Diomedes suis
Expulanda posuit. quis tuos artus teget,*

1115 *Tumuloq; tradet? NVN. quos enim princeps locus*

*Reliquit artus? ossa dissecta & graui
Elisa casu: signa clari corporis,*

Et ora, & illas nobilis patris notas

Confudit imam pondus ad terram datum.

Soluta ceruix; silicis incussu caput

1120 *Ruptum cerebro penitus expresso, iacet*

Deforme corpus. AN. sic quoque est similis patri.

NVN *Princeps ut altis cecidit è muris puer,*

Fleuitq; Achiuum turba quod fecit nefas;

Idem ille populus aliud ad facinus redit,

1125 *Tumulumq; Achillis. huius extremum latus*

Rhætea leni verberant fluctu vada.

Auersa cingit campus, & cliuo leui

Erecta medium vallis includens locum

Crescit theatri more: concursus frequens

1130 *Inpleuit omne littus: hi classis moras*

Hac morte solui ventur, hi stirpem hostium

Gaudent recidi: magna pars vulgi leuis

Odit scelus, spectatq;: nec Troës minus

Suum frequentant funus, & pauidi metu

1135 *Partem ruentis ultimam Troia vident.*

Cum subito thalami more precedunt faces.

It pronuba illi Tyndaris, mæstum caput

- Demissa: tali nubat Hermione face,
Phryges precantur: sic viro turpis suo
- 1140 Reddatur Helena, terror attonitos mouet
Vtrosque populos. ipsa deiectos gerit
Vultus pudore, sed tamen fulgent gena,
Magisq; solito splendet extremus decor:
Vt esse Phœbi dulcius lumen solet
- 1145 Iam iam cadentis, astra cum repetunt vices,
Premiturq; dubius nocte vicinâ dies.
Stupet omne vulgus, & ferè cuncti magis
Peritura laudant: hos mouet forma decus,
Hos mollis atas, hos vaga rerum vices:
- 1150 Mouet animus omnes fortis, & leto obuius.
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt,
Miserantur, ac mirantur. Vt primùm ardui
Sublime montis tetigit, atque altè editus
Iuuenis paterni vertice in busti stetit,
- 1155 Audax virago non tulit retro gradum,
Conuersa ad istum stat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes ferit.
Nouumq; monstrum, est Pyrrhus ad cadem piger.
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
- 1160 Subitus recepta morte prorupit cruor
Per vulnus ingens. nec tamen moriens adhuc
Deponit animos: cecidit, vt Achilli grauent
Factura terram, prona, & irato impetu.
Vterque fleuit cœtus: ac timidum Phryges
- 1165 Misere gemitum, clariùs victor gemit.
Hic ordo sacri. non stetit fusus cruor,
Humoue summa fluxit. abduxit statim,
Sanguisq; totum sanguinem tumulus bibit.
HEC. Ite, ite Danaï, petite iam tuti domos;

- 1170 *Optata velis maria diffusis secet
Secura classis: concidit virgo ac puer,
Bellum peractū est. Quò meas lacrymas feram?
Vbi hanc anilis exspuam leti moram?
Natam an nepotem? coniugem an patriam fleam?*
- 1175 *An omnia? an me? sola mors votum meum.
Infantibus violenta, virginibus venis,
Vbicunque properas seua: me solam times,
Vitasq; gladios inter, ac tela & faces,
Quasita totâ nocte cupientem fugis.*
- 1180 *Non hostis, aut ruina, non ignes meos
Absumfit artus: quàm propè à Priamo stet is?
NVN. Repetite celeri maria captiua gradu,
Iam vela puppis laxat, & classis mouet.*

L. ANNÆI SENECAE
I V N I O R I S
Agamemnon.

Personæ.

THYESTES. EVRYBATES. CLYTEMNESTRA.
CASSANDRA. NVTRIX. AGAMEMNON.
ÆGISTHVS. ELECTRA. CHORVS.

STROPHIVS.

A C T V S P R I M V S.

T H Y E S T E S.

O Paca linquens Ditus inferni loca,
Adsum profundo tartari emissus specu,
Incertus utras oderim sedes magis.

Fugio Thyestes inferas, superos fugo.

En horret animus, & pavor membra exculit.

Video paternos, unò fraternos lares.

Hoc est vetustum Pelopæe limen domus.

Hinc

- Hinc auspicari regium capiti decus
 Mos est Pelasgis. hoc sedent alti toro,
- 10 Quibus superba sceptrâ gestantur manu.
 Locus hic habenda curia; hic epulis locus.
 Libet reuerti. nōne vel tristes lacus
 Incolere satius? nōne custodem Stygis
 Trigemina nigris colla iactantem iubis?
- 15 Vbi ille celeri corpus euinctus rotâ
 In se refertur: vbi per aduersum inritus
 Redeunte toties luditur saxo labor:
 Vbi tondet ales auida secundum iecur.
 Et inter undas feruida exustus siti
- 20 Aquas fugaces ore decepto adpetit,
 Pœnas daturus calitum dapibus graues.
 Sed ille nostra pars quota est culpa senex?
 Reputemus omnes, quos ob infandas manus
 Quasitor urna Cnossius versat reos.
- 25 Vincam Thyestes sceleribus cunctos meis,
 A fratre vincar, liberis plenus tribus
 In me sepultis, viscera exedi mea.
 Nec hætenus fortuna maculauit patrem,
 Sed maius aliud ausa commisso scelus:
- 30 Nata nefandos petere concubitus iubet.
 Non pavidus hausi dicta, sed cepi nefas.
 Ergo ut per omnes liberos irem parens
 Coacta fati nata fert vterum grauem,
 Me patre dignum. versa natura est retro;
- 35 Auo parentem, (prò nefas) patri virum,
 Natis nepotes miscui, nocti diem.
 Sed sera tandem respicit fessos malis
 Post facta demum sortis incertæ fides.
 Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum.

- 40 Cuius secuta mille vexillum rates,
Iliaca velis maria texerunt suis:
Post bina Phœbi lustra denicto Ilio
Adest, daturus coniugi iugulum sua.
Iam iam natabit sanguine alterno domus,
- 45 Enses, secures, tela, diuisum graui
Ictū bipennis regium video caput.
Iam scelera propè sunt, iam dolus, cades, cruor.
Parantur epula. causa natalis tui
Ægysthe uenit. quid pudor vultus grauat?
- 50 Quid dextra dubio trepida consilio labat?
Quid ipse temet consulis, torques, rogas,
An deceat hoc te? respice ad matrem; decet.
Sed cur repente noctis æstiuæ vices
Hiberna longâ spacia producunt morâ?
- 55 Aut quid cadentes detinet stellas polo?
Phœbum moramur, redde iam mundo diem.

CHORVS.

Anapæstici.

- O Regnorum
Magnis fallax fortuna bonis,
In præcipiti dubioq; nimis
- 60 Excelsa locas! nunquam placidam
Sceptra quietem, certumve sui
Tenuere diem.
Alia ex alia cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas.
- 165 Non sic Libycis Syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus;
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niualis
Vicina polo;

- 70 Vbi carulcis immunis aquis,
 Lucida versat Plaustra Bootes:
 Vt pracipites regum casus
 Fortuna rotat.
 Metui cupiunt, metuiq; timent.
- 75 Non nox illis alma recessus
 Prabet tutos; non curarum
 Somnus domitor pectora soluit:
 Quas non arces scelus alternum
 Dedit in praceps: in pia quas non
- 80 Arma fatigant? iura, pudorq;
 Et coniugij sacrata fides,
 Fugiunt aulas; sequitur tristis
 Sanguinolentâ Bellona manu,
 Quaq; superbos vrit Erinnyis,
- 85 Tumidas semper cecinitata domos:
 Quas in planum qualibet hora
 Tulit ex alto.
 Licet arma vacent, cessentq; doli;
 Sidunt ipso pondere magna,
- 90 Ceditq; oneri fortuna suo.
 Vela secundis inflata notis,
 Ventos nimium timuere suos.
 Nubibus ipsis inserta caput
 Turris pluuiio vapulat austro:
- 95 Densa q; nemus spargens umbras
 Annosa videt robora frangi,
 Feriunt celsos fulmina colles:
 Corpora morbis maiora patent:
 Et cum in pastus armenta vagos
- 100 Vilia currunt, placet in vulnus
 Maxima ceruix.

Quidquid in altum fortuna tulit,
Ruitura leuat. modicis rebus
Longius animum est. felix, media

- 105 Quisquis turba parte quietus,
Aurâ stringit litora tutâ,
Timidusq; mari credere cymbam,
Remo terras propiore legit.

ACTVS SECVNDVS.

CLYTÆMNESTRA.

NVTRIX.

- 110 **Q**uid segnis anime tuta consilia expetis?
Quid fluctuaris? clusa iam melior via est.
Licuit pudicos coniugis quondam toros
Et sceptrâ casta vidua tutari fide.
Periere mores, ius, decus, pietas, fides,
Et qui redire, cum perire, nescit pudor.
- 115 Da frena, & omnem prona nequitiam incita.
Per scelera semper sceleribus tutum est iter.
Tecum ipsa nunc euolue femineos dolos.
Quod vlla coniux perfida, atque impos sui,
Amare caco; quod nouercales manus
- 120 Ausa: quod ardens impiâ virgo face,
Phasiaca fugiens regna Thessalicâ trabe:
Ferrum, venena, vel Mycenâ domo,
Coniuncta socio, profuge furtiuâ rate.
Quid timida loqueris furta, & exsilium, & fugas?
- 125 Soror ista fecit: te decet maius nefas.
NVT. Regina Danaûm, & inclytum Leda genus,
Quid tacita versas? quidue consilij inpotens
Tumido feroces impetus animo geris?
Licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor.
- 130 I roin quidquid est, da tempus ac spatium tibi.

- ja* Quod ratio nequirit, saepe sanauit mora.
 CLY. Maiora cruciant, quàm ut moras possim pati.
 Flamma medullas & cor exurunt meum:
 Mistus dolori subdidit stimulos timor:
 135 Inuidia pulsat pectus: hinc animum iugo
 Premit cupido turpis, & vinci vetat.
 Et inter istas mentis obsessæ faces,
 Fessus quidem, & deiectus, & pessumdatus
 Pudor rebellat. fluctibus variis agor:
 140 Ut cum hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,
 Incerta dubitat vnda, cui cedit malo.
 Froinde omisi regimen è manibus meis:
 Quocunque me ira, quò dolor, quò spes feret,
 Huc ire pergam: fluctibus dedi ratem.
ja 145 Vbi animus errat, optimum est casum sequi.
ja NV. Caca est temeritas, qua petit casum ducem.
ja CLY. Cui vltima est fortuna, quid dubiam timet?
ja NV. Tuta est, latetq; culpa, si pateris, tua.
 CLY. Perlucet omne regia vitium domus.
 150 NV. Piget prioris, & nouum crimen struis?
ja CLY. Res est profecto stulta, nequitia modus.
ja NV. Quod metuit, auget, qui scelus scelere obruit.
ja CLY. Et ferrum & ignis saepe medicina loco est.
ja NV. Extrema primo nemo tentauit loco.
ja 155 CLY. Capienda rebus in malis præceps via est.
 NV. Ad te reflectat coniugis nomen sacrum.
 CLY. Decem per annos vidua respiciam virum?
 NV. Meminisse debes sobolis ex illo tua.
 CLY. Equidem & iugales filia memini faces;
 160 Et generum Achillem. præstitit matri fidem.
 NV. Redemit illa classis inmotæ moras,
 Et maria pigro fixa languore impulit.

CLY. Pudet, pigetq³, Tyndaris cœli genus,
Lustrale classi Dorica peperit caput.

165 Reuoluit animus virginis thalamos meæ,
Quos ille dignos Pelopea fecit domo,
Cum stetit ad aras ore sacrilego pater
Quasi nuptiales: horruit Calchas sua
Responsa vocis, & recedentes focos.

170 O scelera semper sceleribus vincens domus!
Cruore ventos emimus, bellum nece.

NV. Sed vela pariter mille fecerunt rates.

CLY. Non est soluta prospero classis Deo:
Eiecit Aulis impias portu rateis.

175 Sic auspicatus bella, non melius gerit.
Amore captæ captus; inmotus prece,
Sminthea tenuit spolia Phœbei ducis,
Ardore sacra virginis iam tum furens.
Non illum Achilles flexit indomitus minis;

180 Non ille solus fata qui mundi videt
In nos fidelis augur, in captas leuis;
Non populus ager, & relucentes rogi.
Inter ruentis Gracia stragem ultimam
Sine hoste victus marcet, ac Veneri vacat,

185 Reparatq³ amores: néve desertus foret
A pellice umquam barbarâ celebs torus,
Ablatam Achilli diligit Briseida:
Nec rapere puduit è sinu vulsam viri.
En Paridis hostem! nunc nouum vulnus gerens

190 Amore Phrygia vatis insensus furit:
Et post trophæa Troïca, ac versum Ilium,
Captæ maritus remeat, & Priami gener.
Accingere anime, bella non leuia adparas:
Scelus occupandum est: pigra quem expectas diem?

AGAMEMNON.

324

- 195 *Pelopea Phrygia sceptrum dum teneant nurus?
Ante te morantur virgines vidua domi,
Patriq; Orestes similis: horum te mala
Ventura moueant, turbo quis rerum imminet.
Quid misera cessas? en adest natis tuis*
- 200 *Furens nouerca. per tuum, si aliter nequit,
Latus exigatur ensis, & perimat duos.
Misce cruorem, perde percundo virum.
Mors misera non est, commori cum quo velis.*
- 205 *NV. Regina, frena temet, & siste impetus;
Et quanta tentas, cogita. victor venit
Asia ferocis, vltor Europa, trahens
Captiua Pergama, & diu victos Phrygas:
Hunc fraude nunc conaris insanâ adgredi?
Quem non Achilles ense violauit fero,*
- 210 *Quamuis procacem toruus armasset manum;
Non melior Ajax morte decreta furens;
Non sola Danais Hector & bello mora;
Non tela Paridis certa; non Memnon niger;
Non Xanthus armis corpora inmistis gerens;*
- 215 *Fluctusq; Simois cade purpureos agens,
Non niuea proles Cycnus equorei dei,
Non bellicoso Thressa cum Rhœso phalanx;
Non picta pharetras, & securigera manu
Peltata Amazon: hunc domi reducem paras*
- 220 *Maestare, & aras cade maculare in pia?
Vltrix inultum Græcia hoc facinus feret?
Equos & arma, classibusq; horrens fretum
Propone, & alto sanguine exundans solum,
Et tota capta fata Dardanie domus*
- 225 *Regesta Danais. comprime adfectus truces,
Mentemq; tibimet ipsa pacifica tuam.*

ÆGISTHVS. CLVTÆMNESTRA.

Quod tempus animo semper ac mente horruui,
 Adest profectò rebus extremum meis.

Quid terga vertis anime? quid primo impetis

230 Deponis arma? crede perniciem tibi,

Et dira seuos fata moliri deos:

Oppone cunctis vile supplicii caput,

Ferrumq; & ignes pectore aduerso excipe.

CLY. Ægisthe non est pœna sic nato mori.

235 ÆG. Tu nos pericli socia, tu Ladâ fata

Comitare tantum: sanguinem reddet tibi

Ignauus iste ductor, ac fortis pater.

Sed quid trementes circuit pallor genas,

Iacensq; vultus languido obtutu stupet?

240 CLY. Amor iugalis vincit, ac flectit retro.

Remeemus illuc vnde non decuit prius

Abire: sed nunc casta repetatur fides.

Nam sera nunquam est ad bonos mores via.

Quem pœnitet peccasse, pendè est innocens.

245 ÆG. Quò raperis amens? credis aut speras tibi

Agamemnonis fidele coniugium? ut nihil

Subesset animo, quod graues faceret metus:

Tamen superba, & inpotens flatu, nimis

Fortuna magno, spiritus tumidos daret,

250 Grauis ille sociis stante adhuc Troia fuit:

Quid rere ad animum suapte natura truce,

Troiam addidisse? rex Mycenarum fuit;

Veniet tyrannus. prospera animos efferunt.

Adfusa circa pellicum quanto venit

255 Turba adparatu! sola sed longè eminet,

Tenetq; regnum famula veridici dei.

Ferèjne thalami victam consortem tui?

- At illa nolet. ultimum est nupta malum,
 Palam mariti possidens pellex domum,
 Nec regna socium ferre nec teda sciunt.*
 260 *CLY. Ægisthe, quid me rursus in præceps rapis,
 Iramq; flammis iam residentem excitas?
 Permisit aliquid victor in captam sibi.
 Nec coniugem hoc respicere nec dominam decet.*
 265 *Lex alia folio est, alia priuato toro.
 Quid quod seueras ferre me leges viro
 Non patitur animus turpis admissi memor?
 Det ille veniam facile, cui veniã est opus.
 ÆG. Ita est: pacisci mutuam veniam licet.*
 270 *Ignota tibi sunt iura regnorum haud noua?
 Nobis maligni iudices a qui sibi,
 Id esse regni maximum pignus putant,
 Si quidquid aliis non licet, solis licet.*
CLY. Ignouit Helena, iuncta Menelao redit,
 275 *Qua Europam & Asiam paribus adflixit malis.
 ÆG. Sed nulla Atridem Venere furtiuã abstulit,
 Nec coepit animum coniugi obstrictum sua.
 Iam crimen ille quarit, & causas parat.
 Nil esse crede turpe commissum tibi:*
 280 *Quid honesta prodest vita, flagitio carens,
 Vbi dominus edit? fit nocens, non quaritur.
 Spartamne repetes spreta, & à tanto viro,
 Patriasq; sedes profuga? non dant exitum
 Repudia regum: spe metum falsã leuas.*
 285 *CLY. Delicta nouit nemo, nisi fidus, mea.
 ÆG. Non intrat vnquam regium limen fides.
 CLY. Opibus merebor, ut fidem precio obligem.
 ÆG. Precio parata, vincitur precio fides.
 CLY. Surgit residuus pristinae mentis pudor.*

- 290 *Quid obstrepis? quid voce blandiloquâ mala
Consilia dictas? scilicet nubet tibi
Regum relicto rege, generosa exsuli?
ÆG. Et cur Atrida videor inferior tibi,
Natus Thyeste? CLY. si parum est, adde & nepos.*
- 295 *ÆG. Auctore Phœbo gignor, haud generis pudet.
CLY. Phœbum nefanda stirpis auctorem vocas?
Quem nocte subita frena reuocantem sua
Cælo expulstis? quid deos probro aduocas,
Surripere doctus fraude genitales toros,*
- 300 *Quem Venerè tantum scimus illicitâ virum?
Secede properè, dedecus clara domus
Assorta ab oculis. hæc vacat regi ac viro.
ÆG. Exsilia mihi sunt haud noua, adsuenui malis.
Si tu imperas regina, non tantum domo*
- 305 *Argisve cedo. nil moror iussu tuo
Aperire ferro pectus arumnis graue.
CLY. Siquidem hoc cruenta Tyndaris fieri sinam?
Qua inuita peccat, debet & culpa fidem.
Secede mecum potiùs, ut rerum statum*
- 310 *Dubium ac minacem iuncta consilia explicent.*
- CHORVS. Anapestici.
- C***Anite ô pubes inclyta Phœbum.
Tibi festa caput turba coronat;
Tibi virgineas laurum quatiens
De more comas innuba fundit*
- 315 *Stirps Inachia,
Tu quoque nostros, Thebana manus
Comitare choros; quaq; Erasini
Gelidos fontes, quaq; Burotari
Quaq; virenti tacitum ripâ*
- 320 *Bibis Ismenon, quam fatorum*

- Præscia Mantosata Tiresia*
Latonigenas monuit sacris
Celebrare deos. Arcus victor
Pace relata Phœbe relaxa,
 325 *Humeroq; graues lenit us telis*
Pone pharetras; resonetq; manus
Pulsa citata vocale chelys.
Nil acre velim, magnumq; modis
Intonet altis: Sed quale soles
 330 *Leuiore lyra flectere carmen*
Simplex, lusus cum docta tuos
Musa recenset. Licet & cherdæ
Graviore sones, quale sonabas,
Cum Titanas fulmine misso
 355 *Fregere Dei: vel cum montes*
Montibus altis superimpositi
Struxere gradus trucibus monstris:
Stetit inposita Pelion ossa,
Pinifer ambos pressit Olympus.
 340 *Ades ô magni soror & coniux*
Confors sceptri, regia Iuno:
Tua te colimus turba Mycena.
Tu sollicitum supplexq; tui
Numinis Argos sola tueris:
 345 *Tu bella manu pacemq; regis:*
Tu nunc lauros Agamemnonias
Accipe victrix: tibi multifora
Tibia baxo solenne canit;
Tibi fila mouent docta puellæ
 350 *Carmine mollit: tibi votiuanam*
Matres Graia lampada iactant:
Ad tua coniux candida fauri

- Delubra cadit, nescia aratri,
 Nullo collum signata iugo.
 355 Tuq; ô magni nata Tonantis
 Inclyta Pallas; qua Dardanias
 Sape petisti cuspide turres;
 Te permisso matrona minor
 Maiorq; choro colit, & reserat
 360 Veniente deâ templa sacerdos:
 Tibi nexilibus turba coronis
 Redimita venit: tibi grandaui
 Lassiq; senes compote voto
 Reddunt grates, libantq; manu
 365 Vina trementi.
 Et te Trinia gratâ memores
 Voce precamur: tu maternam
 Sistere Delon Lucina iubes,
 Huc atque illuc prius errantem
 370 Cyclada ventis; nunc iam stabilis
 Fixa terras radice tenet;
 Respuit auras; religatq; rates
 Adsueta sequi. tu Tantalidos
 Funera matris victrix numeras:
 375 Stat nunc Sipyli vertice summo
 Flebile saxum,
 Et adhuc lacrymas marmora fundunt:
 Antiqua novas.
 Colit impensè femina virq;
 380 Numen geminum. Tuq; ante omnes
 Pater ac rector, fulmine pollens,
 Cuius nutu simul extremi
 Tremuere poli, generis nostri
 Iuppiter auctor cape dona libens:

Abauusq; tuam non degenerem

385 *Respice prolem.*

*Sed ecce vasto concitus miles gradu
Manifesta properat signa latitia gerens.
Namque hasta summo lauream ferro gerit,
Fidusq; regi semper Eurybates adest.*

ACTVS TERTIVS.

EVRYBATES. CLYTÆMNESTRA.

390 **D***Elubra & aras coelitum, & patrios lares
Post longa fessus spatia, vix credens mihi
Supplex adoro. Vota superis soluite:
Telluris altum remeat Argolica decus.
Tandem ad penates victor Agamemnon suos.*

395 **CLY.** *Felix ad aures nuncius venit meas.
Vbinam petitus per decem coniux mihi
Annos moratur? pelagus an terras premit?
EV. Incolamis, auctus gloria, laude inelytus,
Reducem experito littori impressit pedem.*

400 **CLY.** *Sacris colamus prosperum tandem diem,
Et si propitios, attamen lentos, deos.
Tu pande, viuat coniugis frater mei,
Et pande, teneat quas soror sedes mea.*

EV. *Meliora votis posco, & obtestor deos;
405 Nam certa fari fors maris dubij vetat.
Vt sparsa tumidum classis excepit mare,
Ratis videre socia non potuit ratem.*

*Quin ipse Atrides a quore immenso vagus
Grauiora pelago damna quam bello tulit,
410 Remeatq; victo similis, exiguas trahens
Laceraſq; victor classe de tantâ rates.*

CLY. *Quis, fare, nostras hausserit casus rates,
Aut qua maris fortuna dispulerit duces,*

- EV. *Acerba fatu poscis: infaustum iubes*
 415 *Miscere lato nuncium: refugit loqui*
Mens agra, tantis atque inhorrescit malis.
 CLY. *Exprobre: clades scire qui refugit suas,*
Grauat timorem; dubia plus torquent mala. *Ja*
 EV. *Vt Pergamum omne Doricâ cecidit face,*
 420 *Diuisa prada est; maria properantes petunt,*
Iamq; ense fessum miles exonerat latus;
Neglecta summas scuta per puppes iacent;
Ad militares remus aptatur manus;
Omniſq; nimum longa properanti mora est.
 425 *Signum recursus regia ut fulsit rate,*
Et clara lentum remigem monuit tuba,
Aurata primas prora designat vias,
Aperitq; cursus mille quos puppes secent.
Hinc aura primò lenis impellit rates
 430 *Adlapsa velis, vnda vix tactu lenis*
Tranquilla zephyri mollis adflatu tremis,
Splendetq; classe pelagus, & pariter latet.
Iuuat videre nuda Troia litora.
Iuuat relictî sola Sigei loca.
 435 *Properat iuuentus omnis adductos simul*
Lentare remos: adiuvat ventos manu,
Et valida nixu brachia alterno mouet
Sulcata vibrant æquora, & latera increpant,
Dirimuntq; cana cœrulum spuma mare.
 440 *Vt aura plenos fortior tendit sinus,*
Posuere tonsas: credita est vento ratis.
Fusaſq; transiris miles, aut terras procul,
Quantum recedunt vela, fugientes notat,
Aut bella narrat: Hectoris fortis minas,
 445 *Currusq; & empto redditum corpus rogo:*

- Sparsum cruore regis Herceum Iouem.*
Tum qui iacente reciprocus ludit salo,
Tumidumq; pando transilit dorso mare,
Tyrrhenus omni piscis exsultat freto,
 450 *Agitq; gyros, & comes lateri adnatat,*
Anteire naues latus, & rursus sequi.
Nunc prima tangens rostra lasciuit chorus,
Millesimam nunc ambit & lustrat ratem.
Iam littus omne tegitur, & campil latent,
 455 *Et dubia parent montis Idai iuga.*
Et iam, quod unum peruicax acies videt,
Iliacus atrâ fumus adparet notâ.
Iam lassâ Titan colla releuabat iugo,
In astra iam lux prona, iam præceps dies,
 460 *Exigua nubes sordido crescens globo,*
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar,
Suspecta varius occidens fecit freta.
Nox prima calum sparserat stellis. iacent
Deserta vento vela. tum murmur graue,
 465 *Maiora minitans, collitus summis cadit,*
Tractusq; longo litus ac petra gemunt,
Agitata ventis vnda venturis tumet:
Cùm luna subito conditur, stella latent,
In astra pontus tollitur, cœlum perit.
 470 *Nec vna nox est: densa tenebras obruit*
Caligo, & omni luce subductâ fretum
Cœlumq; miscet: undique incumbunt simul,
Rapiuntq; pelagus infimo euersum solo,
Aduersus Euro Zephyrus, & Borea Notus.
 475 *Sua quisque mittunt tela, & infesti fretum*
Emoliuntur. turbo conuoluit mare.
Strymonius altis aquilo contorquet niues;

- Libycusq; arenas Auster ac Styrtas agit;
 Nec manet in Austro, fit grauis nimbis Notus,
 480 Imbre auget undas, Eurus Orientem mouet,
 Nabathaa quatiens regna, & Eoos sinus.
 Quid rapidus ora Corus oceano exserens?
 Mundum reuelli sedibus totum suis,
 Ipsosq; rupto crederes caelo deos
 485 Decidere, & atrum rebus induci chaos.
 Vento resistit astus, & ventus retro
 Aestum reuoluit. non capit sese mare:
 Undasq; miscent imber & fluctus suas.
 Nec hoc leuamen denique arumnis datum est.
 490 Videre saltem, & nosse, quo pereant malo.
 Premunt tenebra lumina, & dira Stygis
 Inferna nox est. excidunt ignes tamen,
 Et nube dirum fulmen elisâ micat,
 Miserisq; lucis tanta dulcedo est mala;
 495 Hoc lumen optant. ipsa se classis premit,
 Et prora prora nocuit, & lateri latus.
 Illam dehiscens pontus in praecipit rapit,
 Hauritq; & alto redditam reuomit mare;
 Hac onere fudit; illa conuulsam latus
 500 Submittit undis, fluctus hanc decimus tegit;
 Hac lacera, & omni decore populato leuis
 Fluitat; nec illi vela, nec tansa manent;
 Nec reclusas altas malus antennas ferens,
 Sed trunca toto puppis Ionio natat.
 505 Nil ratio & usus audet in magnis malis,
 Tenet horror artus. omnis officio stupet
 Nauita relicto. remus effugit manus.
 In vota miseros ultimus cogit timor,
 Eademq; superos Troës & Danaï rogant.

- 510 *Quid fata possunt. inuidet Pyrrhus patri,
Aiaci Vlysses, Hæctori Atrides minor,
Priamo Agamemnon. quisquis ad Troiam iacet,
Felix vocatur: cadere qui meruit manu,
Quem fama seruat victa, quem tellus premit.*
- 515 *Nil nobile ausos pontus atque vnda ferent?
Ignaua fortes fata consument viros?
Pudenda mors est, quisquis es nondum malis
Satiare tantis cœlitum, tandem tuam
Numen serena. cladibus nostris daret*
- 520 *Vel Troia lacrymas, odia si durant tua,
Placetq; mitti Doricum exitio genus:
Quid hos simul perire nobiscum iuuat,
Quibus perimus? sistite infestum mare:
Vehit ista Danaos classis, & Troas simul.*
- 525 *Nec plura possunt, occupat vocem mare.
Ecce alia clades: fulmine irati Iouis
Armata Pallas, quidquid aut hastâ minax,
Aut Ægide, aut furore Gorgoneo potest,
Aut igne patrio, tentat, & cœlo noua*
- 530 *Spirant procella. solus inuictus malis
Luctatur Ajax, vela cogentem huc sua
Tenso rudente flamma perstrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen, hoc toto inpetu
Certum reducta Pallas excussit manu,*
- 535 *Imitata patrem: transit Aiace, & ratem,
Ratisq; partem secum & Aiace tulit.
Nil ille motus, ardua ut cautes salo
Ambustus exstat, dirimit insanum mare,
Fluctusq; rumpit pectore, & nauem manu*
- 540 *Complexus in se traxit, & caco mari
Conlucet Ajax, omne resplendet fretum.*

*Tandem, occupatâ rupe, furibundum intonat,
Superasse nunc se pelagus atque ignes, iuuat
Vicisse cœlum, Palladem, fulmen, mare.*

- 545 *Non me fugauit bellici terror Dei;
Et Hectorem unâ solus & Martem tulit;
Phœbea nec me tela pepulerunt gradu:
Cum Phrygibus istos vicimus. tandem horrea
Aliena inerti tela mitti dexterâ?*
- 550 *Quid si ipse mittat? Plura cum auderet furens,
Tridente rupem subruit pulsam pater
Neptunus, imis exserens undis caput,
Soluittq; montem, quem cadens secum tulit;
Terraq; & igne victus & pelago iacet.*
- 555 *Nos alia maior naufragos pestis vocat.
Est humilis unda, scrupis mendax vadis,
Vbi saxa rapidis clusa vorticibus tegit
Fallax Caphareus: astuat scopulis fretum,
Feruettq; semper fluctus alterna vice;*
- 560 *Arx inminet prærupta, qua spectat mare
Vtrimque geminum, Pelopis hinc oras tui,
Et Isthmon, arcto qui recuruatus solo
Ionia iungi maria Phryxeis vetat;
Hinc scelere Lemnon nobilem; & hinc Chalcida,*
- 565 *Tardamq; ratibus Aulida; hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor, & clarum manu
Lumen nefanda vertice è summo efferens,
In saxâ ducit perfida classem face.
Hærent acutis rupibus fixa rates;*
- 570 *Has inopis undæ breuia comminuunt vada:
Pars vehitur huius, prima pars scopulo sedet;
Hanc alia retro spatia relegendem ferit.
Et fracta frangit; iam timent terram rates.*

Voluntq; maria. Cecidit in lucem furor.

575. *Postquam litatum est, Phœbus in lucem redit,
Et damna noctis tristis ostendit dies,*

CLY. *Vtrûmne doleam, later an reducem virum*

Remeasse? lator: vulnus at regni graue

Lugere cogor. redde iam Graiis pater,

580 *Altisona quatiens regna, placatos deos.*

Nunc omne lata fronde veletur caput:

Sacrifica dulces tibia effundat modos;

Et niuea magnas victima ante aras cadat.

Sed ecce turba tristis, incompta comas,

585 *Iliades adsunt; quas super celso gradu*

Effrena hæbas entheas laurus quatit.

CHORVS. CASSANDRA.

Choriâbici, dactylici, iâbici, trochaici, sapphi-

ci, anapæstici, acatalecti & catalecti, scazontes.

X **H**eu quàm dulce malum mortalibus additum

Vita dirus amor: cum pateat malis

Effugium, & miseros libera mors vocet,

590 *Portus æterna placidus quiete!*

Nullus hunc terror,

Nec impotens procella fortune mouet,

Aut iniqui flamma Tonantis.

Pax alta nullos

595 *Cinium catus timet, aut minaces*

Victoris iras; non maria asperis

Insana Corus: non acies feras

Puluereamq; nubem,

Motam barbaricis equitum cateruis:

600 *Non vrbe cum tota populos cadentes,*

Hostica muros populante flamma;

Indomitumue bellum. perumpet omne

- Solus contemptor leuium deorum.
 Qui vultus Acherontis atri,
 605 Qui Styga tristem non tristis videt,
 Audetq; vita ponere finem,
 Par ille regi, par superis erit.
 O quàm miserum est nescire mori?
 Vidimus patriam ruentem nocte funesta,
 610 Cùm Dardana tecta Dorici raperent ignes.
 Non illa bello victa, nec armis,
 Vt quando Herculea cecidit pharetra:
 Quam non Pelei Thetidisq; natus,
 Carusq; Pelida nimium feroci
 615 Vicit, acceptis cùm fulsit armis,
 Fuditq; Troas falsus Achilles:
 Aut cùm ipse Pelides animos feroces
 Sustulit luctu, celeremq; saltu
 Troades summis timuere muris.
 620 Perdidit in malis extremum decus,
 Fortiter vinci, restitit annis
 Troia bis quinis,
 Vnius noctis peritura fato.
 Vidimus simulata dona molis inmensa,
 625 Fatale munus Danaùm traximus nostra
 Creduli dextra, tremuitq; saepe
 Limine in primo sonipes, cauernis
 Conditos reges bellumq; gestans:
 Et licuit versare dolos, vt ipsi
 630 Fraude sua capti caderent Pelasgi.
 Sape commota sonuere parma.
 Tacitumq; murmur percussit aures,
 Et fremuit malè subdolo
 Parens Pyrrhus Vlyssi.

635 *Secura metus Troica pubes,
Sacros gaudet tangere funes:
Hinc æquæui gregis Astyanax;
Hinc Æmonio desponsa rogo,
Ducunt turmas: hæc femineas.*

640 *Ille viriles.
Festæ matres votiva ferunt
Munera diuis, festi patres
Adeunt aras: vnus totâ est
Vultus in vrbe.*

645 *Et, quod nunquam post Hectoreos
Vidimus ignes, lata est Hecube.
Quid nunc primum dolor infelix
Quidve extremum deslere paras?
Mœnia diuûm fabricata manu,*

650 *Diruta nostra?
An templa deos super vsta suos?
Non vacat istis lacrymare malis.
Te magne parens flent Iliades:
Vidi, vidi senis in iugulo,*

655 *Telum Pyrrhi vix exiguo
Sanguine tingui.*

CA. *Cohibete lacrymas, omne quas tempus petit,
Troades, & ipsa vestrâ lamentabili
Lugete gemitu funera: arumna meæ*

660 *Socium recusant, cladibus questus meis
Remouete, nostris ipsa sufficiam malis.*

CHO. *Lacrymas lacrymis miscere iuuat.
Magis exurunt quos secreta
Lacerant cura: iuuat in medium*

665 *Deslere suos, nec enim, quamuis
Dura virago patiensq; mali,*

- Poteris tantas flere ruinas.
 Non quæ verno nobile carmen
 Ramo cantat querula Edonis,*
 670 *Ityn in varios modulata sonos;
 Non quæ tectis Bistonis ales
 Residens summis, in pia diri
 Furta mariti garrula narrat;
 Lugere tuam poterit dignè*
 657 *Conquesta domum: licet ipse velit
 Clarus niueos inter olores,
 Istrum cygnus, Tanaimq; colens
 Extrema loqui: licet Alcyones
 Ceyca suum fluctu leuiter*
 680 *Plangente sonent, cum, tranquillo
 Malè confisa, credunt iterum
 Pelago audaces, foetuq; suos
 Nidopauida titubante fouent.
 Non si molles imitata viros*
 685 *Tristis laceret brachia tecum,
 Quæ turrita turba parenti
 Pectora rauco concita buxo
 Ferit, ut Phrygium lugeat Atym.
 Non est lacrymis Cassandra modus,*
 690 *Quia quæ patimur vicere modum.
 Sed cur sacratas diripis capiti infulas?
 Miseris colendos maximè superos reor.
 CAS. Vicere nostra iam metus omnes mala.
 Equidem nec ullâ calites placo prece;*
 695 *Nec, si velint scire, quo noceant, habent.
 Fortuna vires ipsa consumpsit suas.
 Quæ patria restat? quis pater? quæ iam soror?
 Bibere tumuli sanguinem, atque aræ, meum.*

- Quid illa felix turba fraterni gregis?
 700 Exhausta nempe: regiam miseri senis
 Vacuam relictæ, totque per thalamos vident,
 Præter Lacanæ ceteras viduas nurus.
 Tot illa regum mater, & regimen Phrygum
 Fecunda in ignes Hecuba, factorum nouas
 705 Experta leges, induit vultus feros:
 Circa ruinas rabida latrauit suas,
 Troia superstes, Hæctori, Priamo, sibi.
 CHO. Silet repenti Phœbas, & pallor genas,
 Creberq; totum possidet corpus tremor,
 710 Stetere vitta, mollis horrescit coma,
 Anhela corda murmure incluso fremunt.
 Incerta nutant lumina, & versi retro
 Torquentur oculi, rursus inmites rigent:
 Nunc leuat in auras altior solito caput,
 715 Graditurq; celsa, nunc reluctantes parat
 Reserare fauces, verba nunc cluso mi læ
 Custodit ore Menas inpatiens dei.
 CAS. Quid me furoris incitam stimulis noui,
 Quid mentis inopem sacra Parnassi iuga
 720 Rapitis? recede Phœbe, iam non sum tua.
 Extingue flammæ pectori infixas meo.
 Cui nunc vagor vesana, cui Bacchor furens,
 Iam Troia cecidit: falsa quid vates ago,
 Vbi sum, fugit lux alma, & obscurat genas
 725 Nox atra, & æther abditus tenebris latet.
 Sed ecce gemino sole præfulget dies,
 Geminumq; duplices Argos ad tollit domos.
 Idæa cerno nemora, fatalis sedet
 Inter potentes arbiter pastor deas.
 730 Timete reges, moneo, furtiuum genus.

- Agrestis ille alumnus euertet domum.*
Quid ista vecors tela femineâ manu
Districta praefert? quem petit dextra virum
Lacana cultu ferrum Amazonio gerens?
 735 *Quae versat oculos alia nunc facies meos?*
Victor ferarum colla vexatus iacet,
Ignobili sub dente Marmaricus leo,
Morsus cruentos passus audacis lea.
Quid me vocatis sospitem solam è meis,
 740 *Vmbra meorum? te sequor tota pater*
Troia sepulte. frater. auxilium Phrygum,
Terrorq; Danaum, non ego antiquum decus
Video, aut calentes ratibus exustis manus:
Sed lacera membra, & saucios vinclo graui
 745 *Fortes lacertos. te sequor nimium citò*
Congresse Achilli Troile. incertos geris
Deiphobe vultus, coniugis munus noua.
Iuuat per ipsos ingredi Stygios lacus.
Iuuat videre Tartari sauum canem,
 750 *Auidiq; regna Ditis. hac hodie ratis*
Phlegethontis atri regias animas vehet,
Victamq; victricemq;. Vos vmbra precor.
Iurata superis vnda te pariter precor,
Reserate paulum terga nigrantis poli,
 755 *Leuis ut Mycenae turba prospiciat Phrygum.*
Spectate miseri, fata se vertunt retro.
Instant sorores squallida,
Sanguinea iactant verbera,
Fert laua semustas faces.
 760 *Ardentq; pallentes gena,*
Et vestis atri funeris
Exesa cingit ilia

*Strepuntq; nocturni metus,
Et ossa vasti corporis*

765 *Corrupta longinquo situ
Palude limosâ iacent.*

*Et ecce defessus senex,
Ad ora ludentes aquas
Non captat, oblitus sitis,*

770 *Mæstus futuro funere.
Exultat, & ponit gradus
Pater decoros Dardanus,*

CH. *Iam peruagatus ipse se fregit furor:
Caditq;, flexo qualis ante aras gradu*

775 *Ceruice taurus vulnus incisâ gerens.
Releuemus artus entheos. Tandem suos
Victrice lauro cinctus Agamemnon adit;
Et festa coniux obuios illi tulit
Gressus, reditq;, iuncta concordi gradu.*

ACTVS QVARTVS.

AGAMEMNON. CASSANDRA.

780 **T** *Andem reuertor sospes ad patrios lares.*

*O cara salue terra; tibi tot barbara
Dedere gentes spolia, tibi felix diu
Totantis Asia Troia submitit manus.*

Cur ista vates corpus effusa, ac tremens

785 *Dubia labat ceruice? famuli ad tollite,
Resouete gelido latice. Iam recipit diem
Marcente visu. Suscita sensus tuos,
Optatus ille portus ærumnis adest.*

Festus dies est. CAS. festus & Troia fuit.

790 *AG. Veneremur aras. CAS. cecidit ante aras pater.*

AG. Iouem precemur pariter. CAS. Herceum Iouë?

AG. Credis videre te Ilium? CAS. & Priam. ù simul.

AG. *Hic Troia nō est. CA. Vbi Helena est, Troiā puto.*

AG. *Ne metue dominam famula. CA. libertas adest.*

945 AG. *Secura uiue. CAS. mors mihi est securitas.*

AG. *Nullū est periculum tibi met. C. at magnū tibi est.*

AG. *Victor timere quid potest? CAS. quod non timet.*

AG. *Hanc fida famuli turba, dum excutiat deum,*

Retinete, nequid inpotens peccet furor.

300 *At te pater, qui sua torques fulmina,*

Ielliq; nubes, sidera & terras regis,

Ad quem triumphi spolia victores ferunt,

Et te sororem cuncta pollentis viri

Argolica Iuno, pecore votiuo libens

305 *Arabumq; donis, supplice & fibrā colam.*

CHORVS GRÆCORVM.

Choriambici, iambici, sapphici,
trochaici, dactylici, &c.

Argos nobilibus nobile ciuibus,

Argos irata carum nouerca,

Semper ingentes educas alumnos,

Inparem aquasti numerum deorum.

310 *Tuus ille bisseño meruit labore*

Ad legi cœlo magnus Alcides:

Iuppiter ruptâ cui lege mundi,

Roscida noctis geminauit horas;

Iussitq; Phœbum

315 *Tardiùs celeres agitare currus.*

Et tuas lentè remeare bigas

Candida Phœbes

Retulitq; pedem alternis nomen

Stella qua mutat, seq; mirata est

320 *Hesperum dici. aurora mouit*

Ad solitas vices caput, & relabens

Inposuit senis humero mariti:
Sensit ortus, sensit occasus,
Herculem nasci: violentus ille

- 825 Nocte non unâ poterat creari.
Substitit mundus tibi concitatus,
O puer magnum subiture calum,
Te sensit Nemeus arcto
Pressus lacerto fulmineus leo:
- 830 Cernaq; Parrhâsis:
Sensit Arcadii populator agri:
Gemitq; taurus Dictæa linquens
Horridus arua.
Mortefecundum domuit draconem
- 835 Vetuitq; collo pereunte nasci,
Geminosq; fratres pectore ab uno
Tria monstra natos, stipite incusso
Fregit insultans, duxit ad ortus
Hesperium pecus,
- 840 Geryonis spoliū triformis,
Egit Threiciū gregem,
Quem non Strymonij gramine fluminis,
Hebrive ripis pavit tyrannus,
Hospitum dirus stabulis cruorem
- 845 Prebuit senis, tinxitq; crudos
Ultimus rictus sanguis aurige.
Vidit Hippolyte ferox,
Pectore è medio rapi spoliū & sagittas.
Nube percussa Stymphalis alto
- 850 Decidit coelo.
Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus insueta carpi,
Fugitq; in auras leuiore ramo,

- Audiuit sonitum crepitante flammâ*
 855 *Frigidus custos nescius somni,*
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus Alcides vacuum metallo.
Tractus ad calum canis inferorum
Triplici catenâ, tacuit, nec ullo
 860 *Latrauit ore, lucis ignota*
Metuens colorem, te duce succidis
Mendax Dardania domus,
Et sensit arcus iterum timendos;
Te duce concidit totidem diebus
 865 *Troia, quot annis.*

ACTVS QVINTVS.
 CASSANDRA.

- R**ES agitur intus magna, par annis decem.
Eheu quid hoc est? anime consurge, & cap
Precium furoris; vicinus victi Phrygas.
Bene est, resurgis Troia, traxisti iacens
 870 *Pares Mycenæ, terga dat victor tuus.*
Tam clara nunquam prouida mentis furor
Ostendit oculis; video, & intersum, & fruor,
Imago visus dubia non fallit meos.
Spectamus, epula regiâ instructa domo,
 875 *Quales fuerunt vltima Phrygibus dapes,*
Celebrantur; ostro lectus Iliaco nitet;
Merumq; in auro veteris Assaraci trahunt;
Et ipse pictâ veste sublimis iacet,
Priami superbas corpore exuias gerens.
 880 *Detrahere cultus vxor hostiles iubet,*
Induere potius coniugis fide manu
Textos amictus horreo atque animo tremo.
Regemne perimat exsul, & adulter virum?

- Venere fata: sanguinem extrema dapes*
 885 *Domini videbunt, & cruor Baccho incidet:*
Mortifera vinctum perfida tradet neci.
Induta vestis exitum manibus negat,
Caputq; laxi & inuisi cludunt sinus:
Haurit trementi semivir dextrâ latus,
 890 *Nec penitus adigit, vulnere in medio stupet.*
At ille, ut altis hispidus siluis aper,
Cum casse vinctus, tentat egressus tamen,
Arctatq; motu vincla, & incassum furit:
C:pit fluentes undique & cacos sinus
 895 *Disficere, & hostem querit implicitus suum.*
Armat bipenni Tyndaris dextram furens.
Qualisq; ad aras colla taurorum, prius
Designat oculis, antè quàm ferro petat,
Sic huc & illuc impiam librat manum.
 900 *Habet. peractum est, pendet exiguâ malè*
Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor
Exundat, illinc ora cum fremitu iacent.
Nondum recedunt. ille iam exanimem petit,
Laceratq; corpus, illa fodientem adiuvat.
 905 *Vterque tanto scelere respondet suis,*
Hic est Thyeste natus, hæc Helena soror.
Stat ecce Titan dubius emerito die
Suâne currat an Thyesteâ viâ.

ELECTRA. STROPHIVS.

- Vge ô paterna mortis auxilium unicum,*
 910 *Fuge, & scelestas hostium euita manus.*
Eversa domus est funditus, regna occidunt.
Quis este celeres concitus currus agit?
Germane vultus veste furabor tuos.
Quos anime demens refugis? externos fugis?
 915 *Domus timenda est. pone iam trepidos metus*

- Orestæ: amici fida præsidia intuoꝝ.
 ST. Hocide relicta Strophius Eleâ inelytus
 Palma reuertor. causa veniendi fuit,
 Gratari amico, cuius impulsu manu
 920 Cecidit decenni Marte concussu Ilium.
 Quanam ista lacrymis lugubrem vultu rigat?
 Pauetq; mœsta regium agnosco genus.
 Electra, luctus causa qua lata in domo est?
 EL. Pater peremptus scelere materno iacet,
 925 Comes paterna quaritur natus neci.
 Ægisthus arces venere quasitas tenet.
 ST. O nulla longi temporis felicitas!
 EL. Te per parentis memoriam obtestor mei,
 Fer sceptræ terris nota, per dubios deos,
 930 Recipe hunc Orestem, ac pium furtum occule.
 ST. Etsi timendum casus Agamemnon docet,
 Adgrediar, & te Orestæ furabor libens.
 Poscunt fidem secunda, at aduersa exigunt.
 Cape hoc decõrum ludicri certaminis
 935 Insigne frontis, laua victricem tenens
 Frondem virenti protegat ramo caput:
 Et ista donum palma Pisæi Iouis,
 Velamen eadem præstet atque omen tibi.
 Tuq; ô paternis adsidens frenis comes,
 940 Condisce Pylade patris exemplo fidem.
 Vos, Gracia nunc teste, veloces equi
 Infida cursu fugite præcipiti loca.
 EL. Excessit, abiit, currus effreno inpetre
 Effugit aciem. tuta iam opperiar meos
 945 Hostes, & ultro vulneri opponam caput.
 Adest cruenta coniugis victrix sui,
 Et signa cadis veste maculata gerit:

Manus recenti sanguine etiamnum madent.

Vultusq; pra se scelera truculenti ferunt.

950 *Concedam ad aras. patere me vittis tuis*

Cassandra iungi, pariam metuentem tibi.

CLYTÆ MNESTRA. ELECTRA.

ÆGISTHVS. CASSANDRA.

Hostis parentis, inpium atque audax caput,

Quo more coetus publicos virgo petis?

EL. *Adulterorum virgo deserui domum.*

955 CLY. *Quis esse credat virginem? EL. natam tuam?*

CLY. *Modestius cum matre. EL. pietatem doces?*

CLY. *Animos viriles corde tumefacto geris;*

Sed agere domita feminam disces malo.

EL. *Ni forte fallor, feminas ferrum decet.*

960 CLY. *Et esse demens te parem nobis putas?*

EL. *Nobis? quis iste est alter Agamemnon tuus?*

CLY. *Indomita post hac virginis verba inpie*

Reginæ frangam. citius interea mihi

Edissere ubi sit natus, ubi frater tuus?

965 EL. *ExIt Mycenas. CLY. redde nunc natum mihi.*

EL. *Et tu parentem redde. CLY. quo latitat loco?*

EL. *Tuto: quietus regna non metuens noua:*

Iusta parenti satis, at irata parum.

CLY. *Morieris hodie. EL. dumodo hac moriar manu-*

970 *Recedo ab aris, siue te iugulo iuuat*

Mersisse ferrum, praeco iugulum volens:

Seu more pecudum colla refecari placet.

Intenta ceruix vulnus exspectat tuum.

Scelus peractum est: cade respersam viri

975 *Atque obsoletam sanguine hoc dextram abluo,*

CLY. *Confors pericli pariter ac regni mei*

Ægisthe gaudes? nata genitricem inpie

Probris laceffit; abditum fratrem oculis,

- AG. Furibunda virgo vocis infanda sonum,
 980 Et aure verba indigna maternâ opprime.
 EL. Etiam monebit sceleris infandi artifex?
 Per scelera nactus nomen ambiguum suis,
 Idem sororis natus, & patris nepos?
 CLY. Ægiste cessas inpium ferro caput
 985 Demetere? fratrem reddat, aut animam statim
 Abstrusa caco carcere, & saxo exigat
 Æuum per omnes torta pœnarum modos:
 Reserre, quem nunc occulit, forsam volet
 Inops, egens, inclusa, padore obsita,
 990 Vidua ante thalamos, exul, inuisa omnibus,
 Æthere negato; serò succumbet malis.
 EL. Concede mortem. CLY. si recusares, darem.
 Rudis est tyrannus, morte qui pœnam exigit.
 EL. Mortè aliquid ultra est? CL. vita, si cupias mori.
 995 Abripite famuli monstrum, & auectam procul
 Ultra Mycenas, ultimo in regni angulo
 Vincite, septam nocte tenebroso specus,
 Ut inquietam virginem carcer domet.
 At ista pœnas capite persoluat suo,
 1000 Captiua coniux, regij pellex tori.
 Trahite, ut sequatur coniugem ereptum mihi.
 CAS. Ne trahite, vestros ipsa precedam gradus:
 Perferre prima nuncium Phrygibus meis
 Propero, repletum ratibus euersis mare.
 1005 Captas Mycenas; mille ductorem ducum,
 Ut paria fata Troicis tulerit malis;
 Perisse dono femina, stupro, dolo.
 Nihil moramur, rapite. quin grates ago.
 Iam iam inuat vixisse, post Troiam inuat.
 1010 CL. Furibunda morere. CAS. Veniet & vobis furor.

IGNOTI SCRIPTORIS
Octavia.

Personæ.

OCTAVIA. NVNCIVS. NVTRICES
DVÆ. AGRIPPINA. CHORVS.
SENECÆ. POPPÆA. NERO.
PRÆFECTVS.

ACTVS PRIMVS.

OCTAVIA. Anapaestici.

Aurora **I**AM vaga cœlo sidera fulgens
Aurora fugat: surgit Titan
Radiante coma, mundoq; diem
Reddit clarum:

- 5 Eia age tantis onerata malis,
Repete adsuetos iam tibi questus,
Atque equoreas vince Alcyonas,
Vince & volucres Pandionias,
Grauior namque his fortuna tua est.
- 10 Semper genitrix deflenda mihi,
Prima meorum causa malorum,
Tristes questus nata exaudi,
Si quis remanet sensus in umbris.
Vtinam antè manu grandæua sua,
- 15 Mea rupisset stamina Clotho,
Tua quàm mœrens vulnere vidi,
Oraq; fœdo sparsa cruore!

- O lux semper funesta mihi,
Tempore ab illo lux est tenebris*
- 20 *Inuisa magis.
Tulimus saeva iussa nouerca,
Hostilem animum, vultusq; truces.
Illa illa meis tristis Erinny
Thalamis Stygios pratulit ignes,*
- 25 *Teq; extinxit miserande pater,
Modò cui totus paruit orbis
Vltra Oceanum;
Cuiq; Britanni terga dedere,
Ducibus nostris antè ignoti,*
- 30 *Iurisq; sui.
Coniugis, heu me, pater insidiis
Oppresse iaces, seruitq; domus
Cum prole tua capta tyranno!*

NUTRIX I.

- F*ulgore primo captus, & facili bono
- 35 *Fallacis aula, quisquis adronitus stupet,
Subito latentis ecce fortuna impetu
Modò præpotentem cernat euersam domum
Stirpemq; Claudij, cuius imperio fuit
Subiectus orbis; paruit liber diu*
- 40 *Oceanus, & recepit inuitus rates.
En qui Britannis primus inposuit iugum,
Ignota & ante classibus texit freta,
Interq; gentes barbaras tutus fuit,
Et saua maria, coniugis scelere occidit,*
- 45 *Mox illa nati, cuius extinctus iacet
Frater venenis, moeret infelix soror,
Eademq; coniux, nec graues luctus valet*

- Ira concta tegere: crudelis viri
 Secreta refugit semper, atque odii pari
 50 Ardens mariti, mutua flagrat face.
 Animum dolentis nostra solatur fides.
 Pietasq; frustra: mutat inmitis dolor
 Consilia nostra. nec regi mentis potest
 Generosus ardor, sed malis vires capit.
 55 Heu quam nefandum prospicit noster timor
 Scelus! quod utinam numen auertat deum!*

OCTAVIA. NVTRIX.

Anapæstici.

- O Mea nullis æquanda malis
 Fortuna! licet repetam luctus
 Electra tuos: tibi inærenti
 60 Casum licuit flere parentem.
 Scelus vlcisci vindice fratre,
 Tua quem pietas hosti rapuit,
 Textiq; fides:
 Me crudeli sorte parentes
 65 Raptos prohibet lugere timor,
 Fratrisq; necem deflere vetat,
 In quo fuerat spes vna mihi,
 Totq; malorum breue solamen.
 Nunc in luctus seruata meos,
 70 Magni resto nominis umbra.
 NVT. Vox en nostras perculit aures
 Tristis alumna. Cessa thalamis
 Inferre gradus tarda senectus
 OCT. Excipe nostras lacrymas nutrix
 75 Testis nostri fida doloris.
 NVT. Quis te tantis soluet curis,
 Miseranda, dies*

OC. *Qui me Stygias mittet ad umbras.*

NVT. *Omina, queso, sint ista procul.*

80 OC. *Non vota meos tua nunc casus,
Sed fata regunt.*

NVT. *Dabit adstricta meliora Deus
Tempora mitus: tu modo blanda
Vince obsequio placata virum.*

85 OC. *Vincam sauos antè leones,
Tigresq; truces; fera quàm saui
Corda tyranni.*

*Odit genitos sanguine claro;
Spernit superbos humilesq; simul;*

90 *Nec fortunam capit ipse suam,
Quam dedit illi per scelus ingens
Infanda parens. licet ingratum
Dira pudeat munere matris,
Hoc imperium cepisse; licet
Tantum munus morte rependat:*

95 *Feret hunc titulum post fata tamen
Femina longo semper in æuo.*

NVT. *Animi retine verba furentis,
Temere emissam comprime vocem.*

Iambici.

100 OC. *Toleranda quàmuis patiar, haud unquã queant,
Nisi morte tristi, nostra finire mala.*

*Genitrice casâ, per scelus raptò patre,
Orbata fratre, miseris, luctu obruta,*

Mœrore pressa; coniugi inuisa, ac meâ

105 *Subiecta famula, luce non gratâ fruor;
Trepidante semper corde, non mortis metu,
Sed sceleris. absit crimen à fatiis meis:*

Mori inuabit. pœna nam grauior nece est.

- Videre tumidos & truces misera mihi*
- 110 *Vultus tyranni, iungere atque hosti oscula,
Timere nutus, cuius obsequium meus
Haud ferre posset fata post fratris dolor,
Scelere interempti cuius imperium tenet,
Et morte gaudet auctor infanda necis.*
- 115 *Quàm saepe tristis umbra germani meis
Offertur oculis, membra cum soluit quies,
Et fessa fletu lumina oppressit sopor!
Modò facibus atris armat infirmas manus,
Oculosq; & ora fratris infestus petit:*
- 120 *Modò trepidus idem refugit in thalamos meos,
Persequitur hostis, atque inhaerenti mihi,
Violentus ensem per latus nostrum rapit.
Tunc tremor & ingens excutit somnos pauor,
Renouatq; luctus & metus misera mihi,*
- 125 *Adice his superbam pellicem, nostra domus
Spoliis nitentem, cuius in munus suam
Stygia parentem natus inposuit rati;
Quàm dira post naufragia superato mari,
Ferro interemit, sauior pelagi fretis.*
- 130 *Qua spes salutis post nefas tantum mihi?
Inimica victrix imminet thalamis meis,
Odiog; nostri flagrat, & precium stupri
Iusta maritum coniugis captat caput:
Emergere undis, & fer auxilium tua*
- 135 *Nata inuocanti genitor; aut Stygios sinus
Tellure ruptâ pande, quò praeceps ferar.
NVT. Frustra parentis inuocas manus tui,
Miseranda, frustra, nulla cui prolis sua
Manet inter umbras cura: qui nato suo*
- 140 *Præferre potuit sanguine alieno satum,*

- Genitamq; fratre coniugem captam sibi
 Toris nefandis flebili iunxit face.
 Hinc orta series facinorum, cades, doli,
 Regni cupido, sanguinis divi sitis;
 145 Mactata soceri concidit thalamis gener
 Victima, tuis ne fieret hymenaeus potens.
 Prò facinus ingens, femina est munus datus
 Silanus, & cruore foedavit suo
 Patrios penates, criminis ficti reus.
- 150 Intrauit hostis, hei mihi captam domum
 Dolis nouerca, principis factus gener,
 Idemq; natus, iuuenis infandi ingeni,
 Capaxq; scelerum, dira cui genitrix facem
 Accendit, & te iunxit inuitam metu.
- 155 Tantoq; victrix facta successu ferox,
 Ausa inminere est orbis imperio sacri.
 Quis tot referre facinorum formas potest,
 Et spes nefandas femina, & blandos dolos
 Regnum petentis per gradus scelerum omnium?
- 160 Tunc sancta pietas extulit trepidos gradus,
 Vacuamq; Erinnyis saua funesto pede
 Intrauit aulam; polluit Stygiâ face
 Sacros penates; iura natura furens
 Fasq; omne rupit; miscuit coniux viro
- 165 Venena saua; cecidit atque eadem sui
 Mox scelere nati. tu quoque extinctus iaces
 Desponde nobis semper infelix puer,
 Modò sidus orbis, columen Augusta domus
 Britannice: heu me, nunc leuis tantum cinis,
- 170 Et tristis umbra, saua cui lacrymas dedit
 Etiam nouerca, cum rogis artus tuos
 Dedit cremandos, membraq; & vultus Deo

Similes volanti, flamma feruens abstulit.

OC. *Extinguat & me, ne manu nostrâ cadat.*

175 NVT. *Natura vires non dedit tantas tibi.*

OC. *Dolor, ira, mœror, miseria, luctus dabunt.*

NVT. *Vince obsequendo potius inmitem virum.*

OC. *Vt fratrem ademptum scelere restituat mihi?*

NVT. *Incolumis ut sis ipsa, labentem ut domum*

180 *Genitoris olim sobole restituas tuâ.*

OC. *Exspectat aliam principis sobolem domus:*

Me dira miseri fata germani trahunt.

NVT. *Confirmet animum civium tantus fauor.*

OC. *Solatur iste nostra, non releuat mala.*

185 NV. *Vis magna populi est.* OC. *principis maior tamẽ.*

NVT. *Respiciet ipse coniugem.* OC. *pellex vetat.*

NVT. *Inuisa cunctis nempe.* OC. *sed cara est viro.*

NV. *Nondũ uxor est.* OC. *iam fiet, & genitrix simul.*

NVT. *Iuuenilis andor impetu primo furit:*

190 *Languescit idem facile, nec durat diu*

In Venere turpi, ceu leuis flamma vapor.

Amor perennis coniugis casta manet.

Violare prima qua toros ausa est tuos,

Animumq; domini famula possedit diu,

195 *Iam metuit eadem, nempe prelatam sibi,*

Subiecta & humilis; atque monumenta exstruit,

Quibus timorem fassa testatur suum.

Et hanc leuis fallaxq; destituet deus

Volucer Cupido. sit licet formâ eminent,

200 *Opibus superba, gaudium capiet breue.*

Anapæstici.

Passa est similis ipsa dolores

Regina deum,

Cum se formas vertit in omnes

- Dominus cali, diuimq; pater:
 205 Et modo pinnas sumpsit oloribus
 Modo Sidonij cornua tauri;
 Aureus idem fluxit in imbrī;
 Fulgent calo sidera Leda;
 Patrio residet Bacchus olympo,
 210 Deus Alcides possidet Heben,
 Nec Iunonis iam timet iras,
 Cuius gener est, qui fuit hostis.
 Vicit sapiens tamen obsequium
 Coniugis alta, pressusq; dolor.
 215 Sola Tonantem tenet aetherio
 Secura toro maxima Iuno,
 Nec mortali captus forma
 Deserit altam Iuppiter aulam.
 Tu quoque terris altera Iuno,
 220 Soror Augusti, coniuxq; graues
 Vince dolores.

Iambici.

- oc. Iungentur antè saua sideribus freta,
 Et ignis vnda, Tartaro tristi polus,
 Lux alma tenebris, roscida nocti dies:
 225 Quàm cum scelesti coniugis mente inpiã
 Mens nostra, semper fratris extincti memor,
 Vtinam nefandi principis dirum caput
 Obruere flammis calitum rector pareat,
 Qui saepe terras fulmine infesto quatit,
 230 Mentesc; nostras ignibus terret sacris,
 Nouisq; monstris! vidimus calo iubar
 Ardens, cometam pandere infestam facem,
 Quã plaustra tardus noctis aternã vice
 Regit Bootes, frigidò arctoo rigens.

- En ipse diro spiritu saui ducis
 Polluitur aether, gentibus clades novas
 Minantur astra, quas regit dux impius.
 Non tam ferum Typhona neglecto Ioue
 Irata tellus edidit quondam parens.
- 240 Hæc grauior illo pestis, hic hostis Deum
 Hominumq; templis expulit superos suis,
 Ciuesq; patriâ. spiritum fratri abstulit,
 Hausit cruorem matris: & lucem videt,
 Fruiturq; vitâ, noxiam atque animam trahit?
- 245 Prò summe genitor, tela cur frustra iacis
 Inuicta toties temere regali manu?
 In tam nocentem dextra cur cessat tua?
 Vtinam suorum facinorum pœnas luat
 Nero insitiuus, Domitio genitus patre,
- 250 Orbis tyrannus, quem premit turpi iugo,
 Morumq; vitiis nomen Augustum inquinat.
 NVT. Indignus ille fateor est thalamis tuis:
 Sed cede fatis atque fortuna tue,
 Alumna quæso; nè ve violenti moue
- 255 Iram mariti. forsitan vindex Deus
 Existet aliquis; letus & veniet dies.
 OC. Graui deorum nostra iam pridem domus
 Vrgetur irâ: prima quam pressit Venus,
 Furore misera dira genitricis meæ.
- 260 Quæ nupta demens nupsit incestâ face,
 Oblita nostri, coniugis legum inmemor;
 Illo soluta crine, succincta anguibus,
 Vlrix Erinny's venit ad Stygios toros,
 Raptasq; thalamis sanguine exstinxit faces;
- 265 Incendit irâ principis pectus truci
 Cadem in nefandam, cecidit infelix parens

- Heu nostra ferro; meq̄ perpetuo obruit
 Exstincta luctu; coniugem traxit suum,
 Natumq̄ ad umbras; perdidit lapsam domum,*
 270 *NVT. Renouare luctus parce cum fletu pios,
 Manes parentis neve sollicita tua,
 Graues furoris qua sui pœnas dedit.*

CHORVS ROMANORVM.

Anapæstici.

- QVæ fama modò venit ad aures,
 Vtinam falsò credita, perdat*
 275 *Frustra toties iactata fidem.
 Nec noua nostri coniux thalamos
 Principis intret. teneatq̄ suos
 Nupta penates Claudia proles:
 Edat partu pignora pacis,*
 280 *Quâ tranquillus gaudeat orbis,
 Seruetq̄ decus Roma æternum.
 Fratris thalamos sortita tenet
 Maxima Iuno : soror Augusti
 Sociata toris, cur à patriâ*
 285 *Pellitur aulâ? sancta quid illi
 Prodest pietas, Diuusq̄ pater?
 Quid virginitas, castusq̄ pudor?
 Nos quoque nostri sumus inmemores*
 290 *Post fata ducis, cuius stirpem
 Prodimus sauo suadente metu.
 Vera priorum virtus quondam
 Romana fuit, verumq̄ genus
 Martis in illis sanguisq̄ viris.
 Illi reges hac expulerant*
 295 *Vrbe superbos: vltiq̄ tuos*

- Sunt bene manes virgo, dextrâ
 Casa parentis, ne seruitium
 Paterere graue, aut improba ferret
 Præmia victrix dira libido.
- 300 Te quoque bellum triste secutum est,
 Mactata tuâ miseranda manu
 Nata Lucreti; stuprum saui
 Passa tyranni: dedit infandi
 Sceleris pœnas cum Tarquinio
- 305 Tullia coniux, quæ per casû
 Membra parentis sauos egit
 In pia currus, laceroq; seni
 Violenta rogos nata negauit.
 Hoc quoque nostrâ
- 310 Videre nefas secula, magnum
 Cum Tyrrhenum rate ferali
 Princeps captam fraude parentem
 Misit in æquor. properant placidos
 Linquere portus iussi nautæ;
- 315 Resonant remis pulsata freta,
 Fertur in altum prouecta ratis,
 Quæ resoluta robore labens
 Pressa dehiscit, sorbetq; mare:
 Tollitur ingens clamor ad astra
- 320 Cum femineo mistus planctû:
 Mors ante oculos dira vagatur.
 Quarit leti sibi quisque fugam:
 Alij lacera puppis tabulis
 Hærent nudi, fluctusq; secant:
- 325 Repetunt alij littora nantes:
 Multos mergunt sata profundo:
 Scindit vestes Augusta suas.

Laceratq; comas, rigat & mœstis
Fletibus ora.

- 330 Postquam spes est nulla salutis,
Ardens irâ, iam victa malis,
Hæc, exclamat, mihi pro tanto
Munere reddis præmia nate?
Hæc sum, fateor, digna carina,
- 333 Quæ te genui, quæ tibi lucem
Atque imperium, nomenq; dedi
Cæsaris amens, exere vultus
Acheronte tuos, pœnisq; meis
Pascere coniux: ego causa tua,
- 340 Miserande, necis, natoq; tuo
Funeris auctor:
En, ut merui, ferar ad manes
Inhumata tuos, obruta sævis
Æquoris undis. feriunt fluctus
- 345 Ora loquentis; ruit in pelagus,
Rursumq; solo pressa resurgit:
Pellit palmis cogente metu
Fata, & cedit fessa labori,
Mansit tacitis in pectoribus
- 350 Spretâ tristi iam morte fides:
Multi dominæ ferre auxilium
Pelago fractis viribus audent,
Brachia quamvis lenta trahentem
Voce hortantur, manibusq; leuant.
- 355 Quid tibi sævi fugisse maris
Profuit undas? ferro es nati
Moritura tui: cuius facinus
Vix posteritas, tardè semper
Credula, credet. Furit, ereptam

- 360 *Pelagoq³ dolet viuere matrem
 Inpius, ingens geminatq³ nefas:
 Ruit in misera fata parentis,
 Patiturq³ moram sceleris nullam.
 Missus peragit iussa satellites;*
- 365 *Referat domina pectora ferro:
 Cadis moriens illa ministrum
 Rogat infelix, utero dirum
 Condat ut ense,
 Hic est, hic est fodiendus, ait,*
- 370 *Ferro, monstrum qui tale tulit.
 Post hanc vocem cum supremo
 Mistam gemitu
 Animam tandem per fera tristem
 Vulnera reddit.*

ACTVS SECVNDVS,
 SENECA.

- 375 *Q Vid me potens Fortuna, fallaci mihi
 Blandita vultu, sorte contentum meâ
 Altè extulisti? grauius ut ruerem editâ
 Receptus arce, totq³ prospicerem metus?
 Melius latebam procul ab inuidia malis*
- 380 *Remotus, inter Corsici rupas maris,
 Vbi liber animus, & sui iuris, mihi
 Semper vacabat, studia recolenti mea.
 O quàm iuuabat (quo nihil maius parens
 Natura genuit, operis inmensi artifex)*
- 385 *Calum intueri, solis & currus sacros,
 Mundiq³ motus, solis alternas vices.
 Orbemq³ Phœbes, astra quem cingunt vaga,
 Lateq³ fulgens ætheris magni decus?
 Qui si senescit, tantus in cacum chaos*

- 390 *Casurus iterum, nunc adest mundo dies
Supremus ille, qui premat genus inpium
Cali ruinâ, rursus ut stirpem nouam
Generet, renascens melior: ut quondam tulit
Iuuenis tenente regna Saturno poli.*
- 395 *Tunc illa virgo, numinis magni dea,
Iustitia calo missa cum sancta Fide,
Terras regebat mitis: humanum genus
Non bella norat, non tubæ fremitus truces;
Non arma gentes; cingere adsuerant suas*
- 440 *Muris nec vrbes: peruium cunctis iter;
Communis usus omnium rerum fuit:
Et ipsa tellus lata fecundos sinus
Pandebat ultro, tam piis felix parens,
Et tuta alumnis. alia sed soboles minüs*
- 405 *Conspecta mitis. tertium sollers genus,
Nouas ad artes exstitit: sanctum tamen:
Mox inquietum, quod sequi cursu feras
Auderet acres; fluctibus tectos graues
Extrahere pisces rete, vel calamo leui*
- 410 *Decipere volucres; premere subiectos iugo
Taurus feroces; vulnere immunem prius
Sulcare terram, laesa qua fruges suas
Interius altè condidit sacro sinu.
Sed in parentis viscera intrauit sua*
- 415 *Deterior atas, eruit ferrum graue,
Aurum $\frac{3}{4}$; seuas mox $\&$ armauit manus;
Partita fines regna constituit; nouas
Exstruxit vrbes: tecta defendit suis
Aliena telis, aut petit præda imminens,*
- 420 *Neglecta terras fugit; $\&$ mores feros
Hominum cruentâ cæde pollutas manus*

Astrea virgo siderum magnum decus.

Cupido belli creuit, atque auri fames,

Totum per orbem maximum exortum est malum,

425 *Luxuria, pestis blanda: cui vires dedit*

Roburq; longum tempus atque error grauis.

Conlecta vitia per tot atates diu

In nos redundant: seculo premimur graui,

Quo scelera regnant; sauit impietas furens;

430 *Turpi libido Venere dominatur potens;*

Luxuria victrix orbis immensas opes

Iam pridem auaris manibus, ut perdat, rapit,

Sed ecce gressu fertur adtonito Nero,

Truciq; vultu. quid ferat, mente horreo.

NERO. PRÆFECTVS.

SENECA.

435 **P**erage imperata: mitte, qui Plauti mihi

Sullaq; casi referat abscissum caput.

PR. *Iussa haud morabor, castra confestim petam.*

SE. *Nihil in propinquos temere constitui decet.*

NE. *Iustum esse facile est cui vacat pectus metu.*

440 SE. *Magnum timoris remedium clementia est.*

NE. *Exstinguere hostem maxima est virtus ducis.*

SE. *Seruare ciues maior est Patria Patri.*

NE. *Pracipere mitem conuenit pueris senem.*

SE. *Regenda magis est feruida adolescentia.*

445 NE. *Ætate in hac satis esse consilij reor.*

SE. *Vt facta superi conprobent semper tua.*

NE. *Stultè verebor esse, cum faciam, deos.*

SE. *Hoc plus verere, quod licet tantum tibi.*

NE. *Fortuna nostra cuncta permittit mihi.*

450 SE. *Crede obsequenti parcius; leuis est dea.*

NE. *Inertis est, nescire quid liceat sibi.*

- SE. Id facere laus est quod decet, non quod licet.
- NE. Calcat iacentē vulgus. SE. inuisum opprimit.
- NE. Ferrum tuetur principem. SE. melius fides.
- 455 NE. Decet timeri Casarem, SE. at plus diligi. (est.
- N. Metuāt necesse est. s. quidquid exprimitur, graue
- NE. Iussi; q₃ nostris pareant. SE. iusta impera.
- NE. Statuam ipse. SE. quæ consensus efficiat rata.
- NE. Detectus ensis faciet. SE. hoc absit nefas.
- 460 NE. An patiar ultro sanguinem nostrum peti,
 Inuisus, & contemptus: ut subito opprimar?
 Exsilia non fregere submotos procul
 Plautum atque Sullam, pertinax quorum furor
 Armat ministros sceleris in cadem meam.
- 465 Absentium cum maneat etiam ingens fauor
 In urbe nostrâ, qui fouet spes exulum;
 Tollantur hostes ense suspecti mihi.
 Inuisa coniux pereat, & carum sibi
 Fratrem sequatur. quidquid excelsum est, cadat.
- 470 SE. Pulchrum eminere est inter inlustres viros;
 Consulere patria, parcere adflictis; serâ
 Cade abstinere; tempus atque ira dare;
 Orbi quietem; seculo pacem suo:
 Hac summa virtus, petitur hac calum viâ.
- 475 Sic ille Patria primus Augustus parens
 Complexus astra est, colitur & templis deus.
 Illum tamen Fortuna iactauit diu
 Terrâ mariq₃, per graues belli vices,
 Hostes parentis donec oppressit sui.
- 480 Tibi numen incruenta submisit suum;
 Et dedit habenas imperi facili manu;
 Nutuq₃ terras, maria subiecit tuo:
 Inuidia tristis victa consensu pio

- Cessit: Senatus, Equitis accensus favor:
 485 Plebisq; votis atque iudicio Patrum est
 Tu pacis auctor, generis humani arbiter
 Electus; orbem tu sacrâ specie regis
 Patria Parens: quod nomen ut serues, petit,
 Suosq; ciues Roma commendat tibi.
 490 NE. Munus deorum est, ipsa quod seruit mihi
 Roma, & Senatus: quodq; ab inuitis preces,
 Humilesq; voces exprimit nostri metus.
 Scrutare ciues principi & patriæ graues,
 Claro tumentes genere, qua dementia est?
 495 Cum liceat vna voce suspectos sibi
 Mori iubere? Brutus in cadem ducis,
 A quo salutem tulerat, armauit manus.
 Inuictus acie, gentium domitor, Ioui
 Æquatus altos saepe per honorum gradus,
 500 Caesar nefando ciuium scelere occidit.
 Quantum cruoris Roma tunc vidit sui,
 Lacerata toties! ille qui meruit piâ
 Virtute calum, Diuus Augustus, viros
 Quot interemit nobiles, iuuenes, senes,
 505 Sparsos per orbem! cum suos mortis metu
 Fugerent penates, & trium ferrum ducum
 Tabulâ notante deditos tristi neci?
 Exposita rostris capita casorum patres
 Videre mœsti, flere nec licuit suos,
 510 Non gemere, dirâ tabe polluto foro,
 Stillante sanie per putres vultus graui.
 Nec finis hic cruoris aut cadus stetit.
 Pauere volucres & feras sanas diu
 Tristes Philippi: exhaustis & Siculum mare
 515 Classes, virosq; saepe cadentes suos

- Concussus orbis viribus magnis ducum.*
Superatus acie, puppibus Nilum petit
Fuga paratis, ipse periturus breui.
Hausit cruorem incesta Romani ducis
 520 *Ægyptus iterum, nunc leues umbras tegit.*
Illic sepultum est inpiè gestum diu
Ciuile bellum; condidit tandem suos
Iam fessus enses victor, hebetatos feris
Vulneribus, & continuuit imperium metu;
 525 *Armis, fideq; militis tutus fuit;*
Pietate nati factus eximiâ deus,
Post fata consecratus, & templis datus.
Nos quoque manebunt astra, si sauo prior
Ense occuparo quidquid infestum est mihi,
 530 *Dignaq; nostram sobole fundaro domum.*
SE. Implebit aulam stirpe caelesti tuam
Generata Diuo, Claudia gentis decus,
Sortita fratris, more Iunonis, toros.
NE. Incesta genitrix detrahit generi fidem,
 535 *Animusq; nunquam coniugis iunctus mihi.*
SE. Teneris in annis haud satis clara est fides,
Pudore victus cum tegit flammâs amor.
NE. Hoc equidem & ipse credidi frustra diu,
Manifesta quamuis pectore insociabili,
 540 *Vultuq; signa proderent odium mei.*
Tandem quod ardens statuit vlcisci dolor,
Dignamq; thalamis coniugem inueni meis
Genere atque formâ. victa cui cedat Venus,
Iouisq; coniux, & ferox armis dea.
 545 *SE. Probitas, fideq; coniugis, mores, pudor,*
Placeant marito: sola perpetuò ment
Subiecta nulli, mentis atque animi bona:

- X Florem decôrîs singuli carpunt dies.
 NE. Omnes in unam contulit laudes deus;
 550 Talemq; nasci fata voluerunt mihi.
 SE. Recedat à te, temere ne credas, amor.
 NE. Quem submouere fulminis dominus nequit.
 Cœli tyrannum, sœua qui penetrat fœta,
 Ditiq; regna, detrahit superos polo.
 555 SE. Volucrem esse Amorem fingit, inmitem deum,
 Mortalis error, armat & telis manus,
 amor Arcusq; sacros instruit sœuâ face;
 Genitumq; credit Venere, Vulcano satum,
 Vis magna mentis, blandus atque animi calor,
 560 Amor est; iuuentâ gignitur; luxu, otio
 Nutritur, inter lata fortuna bona.
 Quem si fouere atque alere desistas, cedit,
 Breuiq; vires perdit extinctus suas.
 NE. Hanc esse vita maximam causam reor,
 565 Per quam voluptas oritur: interitu caret
 Cùm procreetur semper humanum genus
 Amore grato, qui truces mulcet feras.
 Hic mihi iugales præferat tedas deus,
 Iugetq; nostris igne Poppæam toris.
 570 SE. Vix sustinere posset hos thalamos dolor
 Videre populi, sancta nec pietas sinat.
 NE. Prohibebor vnus facere quod cunctis licet?
 a SE. Maiora populus semper à summo exigit.
 NE. Libet experiri viribus fractus meis
 575 An cedat animis temere conceptus furor.
 SE. Obsequere potius ciuibus placidus tuis.
 NE. Malè imperatur, cùm regit vulgus duces.
 a SE. Nihil impetrare cùm valet, iuste dolet.
 NE. Expressere ius est ferro, quod nequeunt preces.

- 580 SE. *Negare durum est. NE. principem cogi nefas.*
 SE. *Permittat: ipse. NE. fama sed victum feret.*
 SE. *Leuis atque vana. NE. sit licet, multos notat.*
 SE. *Excelsa metuit. NE. non minus carpit tamen.*
 SE. *Facile opprimetur: merita te Diui patris,*
 585 *Ætasq; frangant, coniugis probitas, pudor.*
 NE. *Desiste tandem, iam grauis nimium mihi,*
Instare. liceat facere quod Seneca inprobat.
Et ipse populi vota iam pridem moror,
Cum portet utero pignus, & partem mei.
 590 *Quin destinamus proximam thalamis diem?*

ACTVS TERTIVS.

AGRIPPINA.

- T**ellure ruptâ Tartaro gressum extuli,
 Stygiam cruentâ preferens dextrâ facem
 Thalamis scelestis: nubat his flammis meo
 Poppæa nato iuncta, quas vindex manus
 595 Dolorq; matris vertet ad tristes rogos.
 Manet inter umbras in pia cadis mihi
 Semper memoria, manibus nostris grauis
 Adhuc inultis, reddita & meritis meis
 Funesta merces puppis & pretium imperi;
 600 Nox illa, quâ naufragia defleui mea,
 Comitum necem, natiq; crudelis nefas
 Deflere votum fuerat: haud tempus datum est
 Lacrymis, sed ingens scelere geminavit nefas.
 Perempta ferro, foeda vulneribus, sacros
 605 Intra penates spiritum effudi grauem
 Erepta pelago. sanguine exstincti meo
 Nec odia nati; seuit in nomen ferus
 Matris tyrannus, obrui meritum cupit.
 Simulacra, titulos destruit mortis metu

- 610 Totum per orbem, quem dedit pœnam in meam
 Pueroregendum noster infelix amor.
 Exstinctus umbras agit at infestus meas,
 Flammisq; vultus noxios coniux petit,
 Instat, minatur, imputat fatum mihi
- 615 Tumulumq; nati, poscit auctorem necis.
 Iam parce, dabitur, tempus haud longum peto:
 Vltrix Erinnyis impio dignum parat
 Letum tyranno: verbera, & turpem fugam,
 Pœnaq; quæ, quis & Tantali vincat sitim,
- 620 Dirum laborem Sisyphi, Tityi alitem,
 Ixionisq; membra rapientem rotam.
 Licet exstruat marmoribus, atque auro tegat
 Superbus aulam, limen armata ducis
 Seruent cohortes, mittat immensas opes
- 625 Exhaustus orbis, supplices dextram petant
 Parthi cruentam, regna diuitias ferant:
 Veniet dies tempusq;, quo reddat suis
 Animam nocentem sceleribus, iugulum hostibus,
 Desertus, & destructus, & cunctis egens.
- 630 Heu quò labor, quò vota ceciderunt mea?
 Quò te furor pronexit ad tonitum tuus,
 Et fata nate? cedat ut tantis malis
 Genitricis ira, quæ tuo scelere occidit?
 Utinam antequam te paruulum in lucem edidit
- 635 Aliudq; saua nostra lacerassent fera
 Viscera! sine vlllo scelere, sine sensu innocens
 Meus occidisses, iunctus atque hærens mihi,
 Semper quietam cerneres sedem inferum,
 Procauos, patremq;, nominis magni viros.
- 640 Quos nunc pudor luctusq; perpetuus manet
 Ex te, nefande, meq; quæ talem tuli.

*Quid tegere cesso Tartaro vultus meos,
Nouerca, coniux, mater infelix meis?*

OCTAVIA. CHORVS.

Anapæstici.

- P** Arcite lacrymis urbis festo
 645 **L**atoq; die: ne tantas amor,
 Nostroq; fauor, principis acres
 Suscitet iras. vobisq; ego sim
 Causa malorum.
 Non hoc primum pectora vulnus
 650 **M**ea senserunt: grauiora tuli.
 Dabit hic nostris sinem curis
 Vel morte dies. Non ego seui
 Cernere cogar coniugis ora,
 Non inuisos intrare mihi.
 655 **T**halamos famula, soror Augusti,
 Non uxor, ero.
 Absint tantum tristes poena,
 Letiq; metus. Socerum diri
 Miseranda viri potes hac demens
 660 **S**perare memor? hos ad thalamos
 Seruata diu, victima tandem
 Funesta caedes. Sed quid patrios
 Sape penates respicis vdis
 Confusa genis? propera tectis
 665 **E**fferre gradus: linque cruentam
 Principis aulam.
 CH. En inluxit suspecta diu
 Famâ toties iactata dies,
 Cessit thalamis Claudia diri
 670 **P**alsa Neronis, quos iam victrix
 Poppaâ tenet: cessat pietas dum

- Nostra, graui compressa metu,
 Segnisq; dolor.
 Vbi Romani vis est populi,
 675 Fregit claros qua saepe duces;
 Dedit inuicta leges Patria;
 Fasces dignis ciuibus olim;
 Iussit bellum, pacemq; feras
 Gentes domuit; captos reges
 680 Carcere clusit? Grauis en oculis
 Vndique nostris iam Poppæe
 Fulget imago iuncta Neroni:
 Adfligat humo violenta manus
 Similes nimium vultus domina:
 685 Ipsamq; toris detrahat altis:
 Petat infelix mox & flammis
 Telisq; feri principis aulam.

ACTVS QVARTVS.

NVTRIX II. POPPÆA.

- QVò trepidagressum coniugis thalamis tui
 Effers alumna? quòdve secretum petis
 690 Turbata vultu? cur gena fletu madent?
 Certè petitus precibus & votis dies
 Nostris refulsit: Casari iuncta es tuo
 Tedâ iugali, quem tuus cepit decor,
 Et cuncta Seneca, tradidit vincitum tibi
 695 Genitrix amoris maximum numen Venus.
 O qualis, altos quanta pressisti toros
 Residens in aula! vidit attonitus tuam
 Formam Senatus, tura cum superis dares,
 Sacrasq; grato spargeret aras mero,
 700 Velata summum flamm. eo tenui caput.
 Et ipse lateri iunctus atque harenis tuo

- Sublimis inter ciuium lata omnia,
 Incessit habitu atque ore latitiam gerens
 Princeps superbo: talis emersam freto*
- 705 *Spumante Pelus coniugem accepit Thetis,
 Quorum toros celebrasse caelestes ferunt,
 Pelagiq; numen omne consensu pari.
 Qua subita vultus causa mutauit tuos?*
- 710 *POP. Confusa tristi proxima noctis metus
 Visuq; Nutrix, mente turbata feror,
 Defecta sensu. Leta nam postquam dies
 Sideribus atris cessit, & nocti potius,
 Inter Neronis iuncta complexus mei*
- 715 *Somno resoluor. nec diu placida fui
 Quiete licuit. visa nam thalamos meos
 Celebrare turba est mœstia; resolutis comis
 Matres Latinae stebiles planctus dabant;
 Inter tubarum saepe terribilem sonum*
- 720 *Sparsam cruore coniugis genitrix mei
 Vultu minaci saua quatiebat facem;
 Quam dum sequor, coacta presenti metu,
 Diducta subito patuit ingenti mihi
 Tellus hiatus: lata, quò præcepit, toros*
- 725 *Cerno iugales pariter & miror meos;
 In quibus resedi fessa; venientem intuo
 Comitante turbâ coniugem quondam meum,
 Natumq; properat petere complexus meos
 Crispinus, intermissa libare oscula;*
- 730 *Inrupit intra tecta tum trepidus meus
 Ensemq; iugulo condidit seuum Nero.
 Tandem quietem magnus excussit timor.
 Quatit ora, & artus horridus nostros tremor,*

- Pulsatq; pectus, continet vocem timor,
 735 Quam nunc fides pietasq; produxit tua.
 Heu quid minantur inferum manes mihi,
 Aut quem cruorem coniugis vidi mei?
 NVI. Quacunque mentis agitat infestus vigor,
 Ea per quietem sacer & arcanus refert,
 740 Veloxq; sensus, coniugem, thalamos, rogos,
 Vidisse te miraris, amplexu noui
 Harens mariti: sed mouent lato die
 Pulsata palmis pectora, & fusa coma
 Octauia dissidia planxerunt sacros
 745 Intra penates fratris, & patrium larem.
 Fax illa, quam secuta es Augusta manu
 Pralata, clarum nomen inuidia tibi
 Partum ominatur, inferum sedes, toros
 Stabiles futuros spondet aeterna domus.
 750 Iugulo quod enses condidit princeps tuos;
 Bella haud mouebit, pace sed ferrum teget.
 Recollige animum, recipe latitiam, precor:
 Timore pulso, redde te thalamis tuis.
 POP. Delubra & aras petere constitui sacras,
 755 Celsis litare victimis numen Deum,
 Ut expientur noctis & somni mina,
 Terrorq; in hostes redeat attonitus mess.
 Et vota pro me suscipe, & precibus piis
 Superos adora, manet ut praesens metus.

CHORVS. Anapaestici.

- 760 SI vera loquax fama Tonantis
 Furta & gratos narrat amores,
 Quem modo Leda pressisse sinum
 Tectum plumis pinnisq; ferunt:
 Modo per fluctus raptam Europen

- 765 *Taurum tergo portasse truce[m];
 Quæ regit & nunc deseret astra,
 Petet amplexus Poppæ tuos;
 Quos & Leda præferre potest:
 Et tibi quondam, cui miranti*
- 770 *Fuluo, Danaë, fluxit in auro.
 Formam Sparte iactet alumna
 Licet; & Phrygius præmia pastor;
 Vincet vultus hæc Tyndaridos,
 Qui mouerunt horrida bella,*
- 775 *Phrygiæq; solo regna dedere.
 Sed quis gressu ruit adtonito?
 Aut quid pectore portat anhelos?*

NUNCIVS. CHORVS.

- Q** *vicunque tectis miles exultat ducis,
 Defendat aulam, cui furor populi imminet.*
- 780 *Trepidi cohortes ecce Præfecti trahunt
 Præsidia ad Urbis victa; nec cedit metus
 Concepta rabies temere; sed vires capit.*
- CHO. *Quis iste mentes agit adtonitas furor?*
- NVN. *Octauia furore percussa agmina,*
- 785 *Et efferata, per nefas ingens ruunt,*
- CHO. *Quid ausa facere, quòve consilio, doce.*
- NVN. *Reddere penates Claudia diui parant,
 Torosq; fratris, debitam partem imperi.*
- CHO. *Quos iam tenet Poppæ concordie fide?*
- 790 NVN. *Hic vrit animus pertinax nimium furor,
 Et in furorem temere præcipites agit.
 Quæcunque claro marmore effigies stetit,
 Aut ære fulgens, ora Poppæ gerens,
 Adflicta vulgi manibus, & sauo iacet*
- 795 *Euersa ferro, membra per partes trahunt*

*Deducta laqueis, obruunt turpi diu
 Calcata cæno. verba conueniunt feris
 Inmixta factis.* CHO. *qua timor recipit meus?*
 NVN. *Sepire flammis principis sedem parant,*

- 800 *Populi nisi ira coniugem reddat nouam,
 Reddat penates Claudia victus suos.
 Ut noscat ipse ciuium motus meâ
 Voce, haud morabor iussa Præfecti exsequi.*

Anapæstici.

CHO. *Quid fera frustra bella mouetis?*

- 805 *Inuicta gerit tela Cupido.
 Flammis vestros obruet ignes:
 Queis extinxit fulmina sæpe,
 Captumq; Iouem calo traxit.
 Lasi tristes dabitis pœnas*

- 810 *Sanguine vestro. non est patiens*

*Feruidus ira facilisq; regi.
 Ille ferocem iussit Achillem
 Pulsare lyram; fregit Danaos;
 Fregit Atridem; regna euertis*

- 815 *Priami; claras diruit vrbes.
 Et nunc animus quid ferat horres
 Vis inmitis violenta dei.*

ACTVS QVINTVS.

NERO. PRÆFECTVS.

*O Lenta nimium militis nostri manus,
 Et ira patiens post nefas tantum mea.*

- 820 *Quod non cruor ciuilis accensas faces
 Exstinguit in nos; cæde nec populi madet
 Funerea Roma, qua viros tales tulit!
 Admissa sed iam morte puniri parum est,
 Grauiora meruit impium plebis scelus.*

- 325 Et illa, cui me civium subicit furor,
 Suspecta coniux & soror semper mihi,
 Tandem dolori spiritum reddat meo,
 Iramq; nostram sanguine extinguat suo.
 Mox tecta flammis concidant Urbis meus:
- 330 Ignēs, ruina, noxium populum premant,
 Turpisq; egestas, seu a cum luctu fames.
 Exsultat ingens seculi nostri bonis
 Corrupta turba: nec capit clementiam
 Ingrata nostram, ferre nec pacem potest,
- 335 Sed inquieta rapitur: hinc audaciā,
 Hinc temeritate fertur in praeceps suā.
 Malis domanda est, & graui semper iugo
 Premenda, ne quid simile tentare audeat,
 Contraq; sanctos coniugis vultus mea
- 340 Ad tollere oculos: fracta per pœnas metu
 Parère discet Principis nutu sui.
 Sed adesse cerno, rara quem pietas virum
 Fidesq; castris nota preposuit meis.

PRÆFECTVS. NERO.

- 345 **P**opuli furorem caede paucorum, diu
 Qui restiterunt temere, compressum adfero.
 NE. Et hoc sat est: sic miles audisti ducem?
 Compsciscis? hac vindicta debetur mihi?
 PR. Cecidere motus in pio ferro duces.
 NE. Quid illa turba, petere qua flammis meis
- 350 Ausa est penates, Principi legem dare,
 Abstrahere nostris coniugem tantam toris,
 Violare quantum licuit incestâ manu
 Et voce dirâ, debitâ pœna vacat?
 PR. Pœnam dolor constituet in ciues tuos?
- 355 NE. Constituet, etas nulla quam fama eximat.

PR. *Quam temperet non ira, non noster timor?*

NE. *Iram expiabit prima qua meruit meam.*

PR. *Quam poscat ede, nostra ne parcat manus.*

NE. *Cadem sororis poscit & dirum caput.*

860 PR. *Horrore victum trepidus adstrinxit rigor.*

NE. *Parere dubitas? PR. cur meam damnas fidem?*

NE. *Quod parcis hosti. PR. femina hoc nomen capit?*

NE. *Si scelera cepit? PR. estne qui fontem arguat?*

NE. *Populi furor. PR. quis regere dementes valet?*

865 NE. *Qui concitare potuit. PR. haud quaquam reor.*

Mulier, dedit natura cui pronum malo

Animum, ad nocendum pectus instruxit dolis;

Sed vim negavit, ut ne inexpugnabilis

Effet, sed agras frangeret vires timor.

870 NE. *Vel pœna, qua tam sera damnatam premit,*

Diu nocentem. tolle consilium, ac preces;

Et imperata perage: deuectam rate

Procul in remotum littus interimi iube;

Tandem ut residat pectoris nostri timor.

CHORVS, OCTAVIA. *Anapaestici.*

875 *Funestus multis populi*

Dirusq; fauor, qui cum flatu

Vela secundo ratis impleuit,

Vexitq; procul; languidus idem

Deserit alto sauoq; mari!

880 *Fleuit natos miseranda parens,*

Perdidit ingens quos plebis amor,

Nimiusq; fauor, genere inlustres.

Pietate, fide, lingua claros,

Pectore fortes, legibus acres.

885 *Te quoque lenis simili leto*

Fortuna dedit. quem neque fasces

Texere tui, nec tecta domus.

Plura referre

Prohibet præsens exempla dolor.

- 890 *Modò cui patriam reddere ciues,
Aulam, & fratris voluere toros:
Nunc ad pœnam letumq; trahi,
Flentem, miseram cernere possunt.*

Bene paupertas

Humili tecto contenta latet.

Proxima.

- 895 *Quatiunt altas saepe procella,*

Aut euertit fortuna domos?

OC. *Quo me trahitis? quòdve tyrannus*

Aut exilium fortuna iubet?

Si mihi vitam fracta remittit

- 900 *Tot iam nostris euicta malis,*

Si cade meâ cumulare parat

Luctus nostros: inuidet etiam

Cur in patriâ mihi saua mori?

Sed iam spes est nulla salutis,

- 910 *Fratris cerno miseranda ratem.*

Hæc est, cuius vecta carinâ

Quondam genitrix, nunc & thalamis

Expulsa soror miseranda vehar.

Nullum pietas nunc numen habet,

- 915 *Nec sunt superi: regnat mundo*

Tristis Erinnyis.

Quis mea dignè deslere potest

Mala? qua lacrymis nostris questus

Reddet Aëdon? cuius pinnas

- 920 *Vtinam misera mihi fata darent?*

Fugerem luctus ablata meos

Pennâ volucris, procul & cœtus

- Hominum tristes, caedemq; feram:
- 920 Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens, querulo possem
Guttire mœstum fundere murmur.
CH. Regitur satis mortale genus,
Nec sibi quidquam spondere potest
- 925 Firmum & stabile:
Per qua casus voluit varios
Semper nobis metuenda dies:
Animum firment exempla tuum,
Iam multa domus qua vestra tulit.
- 930 Quid sauior est fortuna tibi?
Tu mihi primùm tot natorum
Memoranda parens, nata Agrippa,
Nurus Augusti, Caesaris uxor,
Cuius nomen clarum toto
- 935 Fulsit in orbe;
Vtero toties enixa graui
Pignora pacis: mox exsilium,
Verbera, saeuas passa catenas,
Funera, luctus, tandem letum.
- 940 Cruciatu diu. Felix thalamis
Liuis Drusi natisq; ferum
Ruit in facinus, poenamq; suam.
Iulia matris fata secuta est:
Post longa tamen tempora ferro
- 945 Casa est, quamuis crimine nullo.
Quid non potuit quondam genitrix
Tua, qua rexit Principis aulam,
Cara marito, partuq; potens?
Eadem famulo subiecta suo.
- 950 Cecidit diri militis ense.

*Quid cui licuit regnum in calum
Sperare, parens tantæ Neronis?
Non funestâ violata manu
Remigis antè,*

955 *Mox & ferro lacerata diu,
Sæui iacuit victima nati?*

OC. *Me quoque tristes mittet ad umbras
Ferus, & manes, ecce tyrannus.*

Quid iam frustra miseranda moror?

960 *Rapite ad letum, queis ius in nos
Fortuna dedit. testor superos.*

*Quid agis demens? parce precari,
Queis inuisa es, numina diuim.
Tartara testor,*

965 *Erebiq; deas scelerum vltices,
Et te genitor dignum tali
Morte & poenâ:*

*Non inuisa est mors ista mihi.
Armate ratem, date vela fretis,*

970 *Ventisq; : petat puppis rector
Tandem Phariæ littora terra.*

CH. *Lenes aura, Zephyriq; leues,
Tectam quondam nube atheriâ*

Qui vexistis raptam sæua

975 *Virginis aris Iphigeniam:*

*Hanc quoque tristi procul à poena
Portate, precor, templa ad Trinia.*

*Vrbe est nostrâ mitior Aulis,
Et Taurorum barbarâ tellus:*

980 *Hospitis illic cæde litatur
Numen superum, cuius gaudet,
Roma cruore!*

FRANCISCVS F. F.
RAPHELENGIVS

Lectori S.

HABES, beneuole Lector Tragœdias istas à nobis correctas, quales potui, fortè non vt tu desiderares; certè non omnino vt ego. Nam quum homo sim, humani nihil à me alienum; imprimis, quod assuetum in hoc genere, errare. Præterea hæc ætas mea, in qua feruoris plus quàm iudicij, nondum perspicax aut temperata est ad omnia articulatum peruestiganda. Adeò vt, verum fatear, absque Lipsio esset, nunquam tam industrius ego qui tale quid vti decet absoluerem. Ille me iuuit, vt vides, imò duxit. Enimuero si Animaduersiones eius, quas subiunximus, legis, facilè animaduertes plerasque emendationes, quæ in contextu, desumfisse me ex iis. Id ego audacter sanè feci, non temerè: quum scilicet & nota mihi sit accuratio viri, & nihil in censuris eius non genuinum & doctum repererim: maximè verò quum plurimæ eius correctiones conueniant cum lectionibus librorum meorum. Quod vt tibi etiam notum esset, ad margines Animaduersionum notavi breuibus signis, quoties id vsu venit.

IN TRAGŒDIAS SENECÆ
IUSTI
ANIMADVERSIONES

IN
TRAGŒDIAS

QVÆ

L. ANNÆO SENECÆ

TRIBVNTVR.

IN TRAGOEDIAS SENECAE

I. LIPSI V. C. OPERA

EMENDATA S.

QVÆ tibi rependent, doctæ LIPSI, præmia
 Doctæ Camœnæ, quas iuuare sedulo
 Nulloque cessas demereri tempore?
 In lucis oras doctus en SENECA redit
 Quatiens cothurnos Euripidis ardui:
 Heroës vnâ, parte sui superstites
 Meliore, redeunt, non, vt antè, debiles,
 Non lancinati. dulcis vsus luminis
 Sibi restitutum gratulatur OEDIPVS:
 Nec nomine vno debet HERCVLES tibi,
 Vel quòd scelestâ eadè manantes manus
 Viuo abluisti rore fluminis tuis;
 Vel alta scandens astra ab Oetæo rogo,
 Consumptus igne profuisse quòd sibi
 Te plus vel ipso sensit Æsculapio:
 Laudat renatus VIRBIVS tuam manum
 Reductus ipsis iam secundum ab inferis.
 Quid plura referam? Romulus debet tibi
 Cothurnus omnis, inuidens antè Helladi,
 Plus quàm Poëtæ; nam ille in hoc vnus fuit,
 Quiritium vnus vt placeret auribus;
 Tu non, in vrbe tantum vt vnica populi
 Teneret aures vsque, fecisti, vagas;
 Sed orbe toto reddidisti nobilem.

Ianus Douſa Filius.

385

I. L I P S I V S

FRANC. RAPHELENGIO

FR. F. PLANTINIANO

S. D.

QUOD serid tandem manum & mentem
 admoueris Seneca Tragædiis, valdè id
 nobis, mi Francisce, gratum. Et nõnne diu tale
 aliquid oportuit, in hoc ingenio, in hoc otio? Il-
 lud adest, istud superest: nec culpa hic esse potest,
 nisi à deside voluntate. Atqui ingenium vt fer-
 rum esse scito. Splendescet, si vtare: rubiginem
 contrahet, si recondas. Vtere igitur. & inprimis
 ad hæc ista: quæ gratiam tibi apud me, apud
 auum, famam gignent apud omnes. Sed auxi-
 liumne etiam à me poscis? ego consilio defun-
 ctum me putabam. Tamen & illud accipe: simul
 in his talibus veram vocem,

Αὐδα ὁ, ἡ Φρονέσις. τελέσει ἢ μὲ θυμὸς ἀνώγα.
 Nam amicissimi Plantini mei causa quid non
 velim? quid non & pro ista Plantiniana stirpe?
 quam Deus mihi sinat crescere rectam, & in
 recta virtutis via.

b

TRIA

TRIA petis. Quid de scriptore Tragœdiarū sentiā? Quid de ordine? Quid habeam ad ipsas? De primo, sic respōdeo: Scriptorem iis dari à me non vnū: nec criticos nostros audio, qui aliter pertendūt. Stilum & elocutionem quisquis seriosè paullo magis examinat, non à me sentit? sentit, aut profectò nihil sentit. Discrimen nimis clarū. Octauiam & Medæam vnus mentis & manus esse quis dixerit? quis Thebaida & Troada? peritus nemo iudex, & cui purgator paullo auris. Ego tres scriptores odoror, fortasse & quartum. Audi: Plerasque ex istis Annæi Senecæ esse fateor, (siue Lucium ei prænomen siue Marcum. nam liber sanè meus vno loco vtrumque ambiguè congerit) sed Senecæ nouioris. Filiine illius qui Philosophus? vix arbitror: nec scripta mihi suadent tam bonum æuū. Traiani imperio, imò infrà, si vixisse quemcunque hunc Senecam dicam, à vero non abibo. Certè à veteri illo alius est, vel Sidonio teste, cuius versus innotuere:

*- quorum vnus colit hispidum Platona:
Orchestram quatit alter Euripidis.*

Etiam Terentiano:

*In Tragicis iunxere choris hunc sæpe disertū
Annæus Seneca & Pomponius antè Secundus.*

Nam Tragicum hunc, ecce, posteriorem facit Pomponio: quem clarum est vixisse eodē cum grandiori Seneca, id est, Claudiano aūo. Quòd autē de hisce Tragœdiis sentiant, liquet ex eodem Terentiano; apud quē versus cum Senecæ nomine, quos hodieq; in Hercule Furēte legas:

Exemplum & Seneca dabo.

Thebis lata dies adest,

Aras ta rigite supplices:

Pingues cadite victimas.

Is ergo vnus scriptor. Quis alter? etiam Seneca: *At v-*
sed ille bonus, ille meus. Nam Medæ cur non *na, Se-*
auctorem hunc audacter tribuam? Fabius im- *neca*
pellit, qui semi-versum ex ea hunc citat: *maio-*

-- quas peti terras iubes? ris,

& quidem Senecâ auctore. Quis ergo alius Se- *Fabij*
neca vsquam ei nominatus, præter nostrum? Et *fide.*
certè si nõ hunc voluit, nota aliqua aut verbulo
(quæ eius accuratio est) indicasset. Ad do argu-
mentum ab æuo, quo colligo eam scriptam ex *Et ra-*
hisce versibus: *tiocinio*

Parcite ô diui, veniam precamur,

Viuat vt tutus mare qui subegit:

Sed furit, vinci dominus profundi

Regna secunda.

*tempo-
ris.*

Quos omnino infitos decorè & ingeniosè in
laudem Claudij, qui Britanniam tunc aperiebat,
planè mihi sedet. At Seneca tunc vixit. Etiã stilius *Deniq;*
& tota scriptio hoc persuadent: quæ optima, & *ex stilo,*
digna optimo illo scriptore. Sanè qui Medæam *qui pre*
attenta & substricta; vt sic dicã, aure leget: illu- *fulget.*
stris ingenij fatum fatebitur, & planè melioris
viri, melioris æui. En duos scriptores habes. vbi
tertius? latet: nec facilè totum eum educã. Video, *Vna e-*
nec video: esse scio, sed quo colore & nomine, *tiam*
nondum. Hunc ego tribuo Thebaidi. Quidni? ex *ignoti*
stilo & tota cõformatione eius Tragœdiæ tam *Poeta.*
mihi certum est, alium auctorem ei esse, quàm *Afacie*
me scripsi-

onis to- me spirare. Confer, fodes, cum ceteris. quid si-
tius cer mile? Oeconomia diuersa, sine choris, sine in-
to argu terruptione, continua quasi ad Comicam. Scri-
mento. ptio tota vniformis, simplex, sine carminū vlla
Qua varietate. sed scriptio, ita me Deus amet, alta,
nimis docta, grandis: & quæ suo iure ambulet in co-
bona. thurnis. Nihil vsquam iuuenile, arcessitum, fu-
Digna catum. phrasis & verba lecta: sententiarū mira
Augu- & inopinata acumina. & acumina virilia, for-
stao a- tia: quæ me quidem ita feriunt, vt non exciter
uo. solum ad ea, sed subsultem. Quid tale in aliis?
Legēda audebo rem dicere. Scripti gemmula hæc est, &
Et ud- quam lubens retulerim vel ad Augusti æuum.
mirāda Per bellum quidem Ciuile eam scriptam, & ex
doctis. argumēti electione suspicor, & ex versibus qui
Sed v- quasi data opera huic rei inserti. Quid quid hu-
na, itē ius est, tollenda sanè ea; nec vltra calcanda pe-
quarti dibus ignari vulgi. Vos, Critici, ponite & habe-
Et ig- te audacter inter prima Romana scripta. Quar-
noti tus scriptor producēdus est: sed ambiguè. Nam
scripto- nec nōui, nec nimis adfirmatè de eo adfirmem.
ris: Nec Sentisco tamē eum in Octauia; quæ nimis mu-
sanè bo tare & abire videtur ab aliis Tragædiis, imò
ni. verbere eruditorū excipienda non plausu. Con-
Octa- sidera, nec vide tantum sed iustra. quid non in
uia ia- ea protritum, vulgare? imò & vile? quàm multa
cet. rebus verbisque inepta? quæ piget excerpere &
 obiiicere tibi singillatim. Puer ego sū, nisi à pue-
Iudiciū ro ea scripta; certè pueri modò. Habes de Tra-
de his gædiarū scriptoribus meū sensum: addam & de
Tragæ ipsis. Duas duorū, eximias cēseo, quibus lauda-
diis tor ego, non censor. In aliis virtutes video, sed
meum.

nō sine mixtura vitiorū. Magnus Scaliger quōd *Nam*
 tam laudatū de his testimoniū tulerit, vt etiam *Scalige*
 Græcis anteposuerit, an ex vero? nō dixeris, nisi *rihaud*
 ad primas illas aspectu. Nā ceteræ profectò non *rigidè*
 ascendunt culmen istud laudis. Sonus in iis & *verū.*
 granditas quædā Tragica, fateor: sed nonne ad- *Iunio-*
 sectatio sepe & tumor? Verba & dictio an vsque- *ris Se-*
 quaque electa? Iam sententiæ probæ, acutæ, in- *neca*
 terdū ad miraculū. sed nōne sæpe & sententiolæ? *media*
 id est, fracta, minuta quædā dicta, obscura aut *sunt.*
 vana: quæ aspectu blādiantur, excussa moueant *Sæpe in*
 risum. Nec enim lumina, sed scintillæ sunt: nec *vitio.*
 veri fortelq; ictus, sed vt in somnio parui & vani *Præfer-*
 conatus. Quas tamē ipsas crebrò nimis & ad fa- *tim af-*
 stidiū inculcat. nec inuenit sed arripit: non tam *fecta-*
 sua fortasse quā xui culpa, cui Scholasticum & *tione*
 Declamatoriū hoc genus ita placuit, vt operum *senten-*
omnium, (Fabij verba sunt) *solā virtutē Sentētias*
putarent. Hæc noto, non vt nota Poëtā illū affi- *tiarū.*
 ciam, sed vt te formē: discaſq; iudicio non præ- *Quæ*
 iudicio vti, nec signare statim omnia linea alba. *comu-*
nis tūc

Alterum quæſitum de Ordine est, frustra, *culpa.*
 Quid enim heres? nec vnus in libris est, (omnes
 ferè variant) nec sanè refert. In Plauto ad litte- *Ordo*
 ram Comœdiæ disponuntur; tu istas, vt voles. *in his*
 Nam in tempora cuiusque fabulæ quid inqui- *fabulis*
 ras? superuacuum est. Sequere, si omnino ali- *nullus.*
 quid à me vis, ordinem hunc bonitatis, & præ-
 cat vel Thebais, vel Medæa.

Tertium erat, Si quid ad ipsas? Ego verò, etſi
 iam antè satis emendatas (hæc enim strictis
 versibus scripta, arcent ferè & cohibent malas

Quæ
nostra
hic o-
pera.
Et au-
xilia.

manus) postremum etiã serio & industriè cor-
rexerit V. CL. Antonius Del-Rio, æternum no-
bis amicus. Tamen accipe & à me ista. quorum
partem ab ingenio esse scies & subita inuentio-
ne, cum tua causa paullo intètius legerem: par-
tem à libro scripto veteri, sanè bono, quem ha-
bemus dono Paulli Melissi magni vatis. Illud te
moneo, interpunctiones & discrimina valde
vitiata esse, quorum cum in eiusmodi subtilio-
ribus scriptoribus grande momentum sit, tu
vide vt concinnes. Numeri quos adnoto, ver-
suum sunt Fabulæ cuiusque. Ordior à

M E D Æ A.

vers. 29.

-- *Spectat hoc nostri sator*

Sol generis & spectator, & curru insidens

Per solita puri spatia decurrit poli.

Languet sententia, litterula eam erigo: & *spe-*
ctatur? Nam acri indignatione Medæa quarit,
Hæcne scelera, inquit, Sol iste videt auctor mei
generis: & idem videtur? quasi hoc indicās, re-
fugere eum debuisse vt in Thyestæo aliquo sce-
lere, & vultus suos tegere. Tale illud diuinitus
dictum in Thebaide: *Non video noxæ conscium*
nostræ diem, Sed videor. Quæ acumina ex re nata
& subiecta mirificè delectant acres acutæque
Ortelij mentes. Sequenti etiam versu Codex noster,
scilicet *per solita curui.* probè.

Ita ha-
bent
manu-
scripti
Ortelij
scilicet
& me-
us.

31. *Num redit in ortus, & remetitur diem?*
Vet. Nunc. scribendum * Non, aut, Nec.

32. *Da, da, per auras, curribus patris vehi.*

Minime fis, patris, Ætæ in aëre nulli currus.
lego, patris. Nam Sol Medææ auus.

35. *Gemino Corinthus litori obponens moras
Cremata flammis maria committat duo.*

Leuiculum est, sed ad sententiæ lucem, scribe committet. Nec enim fouet, sed minatur. & si ego, inquit, in solari semel curru; peribit cum solo Corinthus, in qua hæc perfidia.

55 *Qua scelere parta est, scelere linquetur domus.
Cod. noster, pacta est. &, rumpetur fides. Pacta,
iuncta. quis mutet?*

92. *Vincat femina coniuges,
Vir longè superet viros.*

Præfero & hic scriptum: *Vir longè ut superat viros.* Nam formam Iasonis ita laudat, vt hac partem ei comparem optet.

132. *-funus incestum patri,
Sparsumq; ponto corpus.*

An non incertum? Nam verè illud, funus ambiguū, & corpore sparso, quærendū nō vno loco.

151. *-grauia quisquis vulnera
Paciente & a quo motus animo pertulit.*

Verius, *inmotus.*

170. *Moriere. ME. cupio. NV. profuge. ME. pœnituit fuga.*

Medea fugiam? NV. mater es. ME. cui sum, vides.

Acuta & proba. tamen impuritatibus aut defectibus suspiciunculam Vetus iniicit, in quo est: *pœnituit fuga. NV. teipsam vide. ME. Fugiam? quæ verba non concinno.*

198. *Vox constituto sera decreto venit.*

Intelligo. serotina tua verba, & post decretum quod non muto. Tamen veteri est, *nox; sua*

quoque & bona sententia.

204. -- *quamq; regale hoc putet.*

Quid sibi vult scripta lectio? hoc caput.

214. *Armata peltis quidquid exteret cohors.*

Eadē, exercet, & sanè videtur dicere ipsas Amazonas subfuisse Ætē, solumq; quod exercebāt.

236. *Incesse nunc & cuncta flagitiaingere.*

Sic et- Sanè bene tamen in vet. est. *cuncta flamma*. quid iam li- si *fulmina*? haud improbè de regiis istis minis.

ber Or 248. *Petijq; supplex presidis dextra fidem.*

telia- Codex, * *Fidemq; supplex p. d. petij.* Et cur muta- nus. runt? Ita Herc. Fur. *Et fata vici, morte contempta*

* Ort. *redij.* Et Oetæo: *Votis pepercit, nil ego à superis petij.* Efferebant hæc enim vulgò vt dissyllaba, & verò scribebant I, scilicet eo longiusculo, *Pet I, Red I.* Poëta princeps, *ignobilis ot I.*

265. *Prorsusq; vestro purus à cœtu stetit.*

Ort. Vet. * *Proculq; vestro.*

314. *Non qua sequitur flectitq; senex.*

Ort. Rectum est, de Boote. At vetus, * *deflectq; senex.* ideóne, quia matrem conatus interficere, ad aspectum eius memoria rei lacrymat?

342. - *cùm duo montes*

*Subito impulsu, velut atherio
Gemerent sonitu, spargeret astra
Nubesq; ipsas mare depressum.*

Imago bona. qua & alter Seneca vsus Her. Fur. de iisdem Cyanæis:

*In se coibunt, saxaq; in calum expriment
Actis utrimque rupibus, medium mare.*

Dic tamē sodes, quomodo astra spargi possunt à mari depressio? imò elato. Si sensus hic placet, omni-

omnino emenda, *mare deprensū*. interceptum videlicet & quasi deprehensū subito inter duas rupes, exprimitur in cælum. At veteri meo difertè est, *Pergeret astra*, nō *Spargeret*, ex quo alia mihi & proba imago obnata. hæc, Mare, inquit, coitu illo rupium elatum nimis, & subito abiectum, videbatur secum nubes detrahere & ipsa astra. Omnino oculis ita videtur, qui in comoto mari. *Pergo autem depressum*, ea forma scriptum qua, *Eo depressum*, & talia.

354. *Toties imo latrante malo.*

Bellius quod in veteri, * *uno*. Scylla, inquit, illa *Mss.* toties latrabat, variis vocibus & animalibus in monstro *uno*.

372. *Peruius orbis. Indus gelidum*

Potat Araxem: Albin Perse.

Hæc diuide, & fac quattuor minutos versus: aut contra legem hic Trochæi medij. Quod semel monitum sapius obseruabis & corriges.

388. *Proclamat, ô superi, oculos fletu rigat.*

Egregiè liber: *Proclamat, oculos vberi fletu rigat.*

393. *Non facilè secum versat aut mediū scelus.*

Medium scelus capere possis, non è turba nec mediocre quoddam, rectè. Tamen veteri vox longè alia, mentem præit aliam: *induit scelus.*

Fecerim, aut ludit scelus. Quid si, rude scelus?

Nam produci ex syllabæ solent, etiam cum in voce altera binæ litteræ: quod te scire scio.

410. -- *tantis Ætna feruebit minis.*

Scribe, *feruefcit.*

477. *Alienaq; sequens regna, deserui mea.*

Fortius multo scripseris, & interrogando ex-

tuleris: *Aliena sequeris regna? deserui mea.*

Idque probe probum est. Tunc, ô Iason, inquit, alieno regno immines, ideoque me deseris? at ego tua causa proprium deserui.

508. *Meis Creusa liberis fratres dabit?*

Regina gnatis exsulum, afflictis potens?

Non veniat unquã tam malus miseris dies.

Personis hæc distinguenda & illuminanda:

Ort. * *fratres dabit?* IAS. *Regina g. e. a. potens.* MED. *Non*

Lugd. *veniat, &c.* Sententia docet.

516. IAS. *Hinc rex & illinc.* MED. *est & his maior metus,*

Ald. *Medea, nos * conflagere certemus, sine,*

cõflige. *Sit pretium Iason.*

Vitium in phrasi, versu, sensu. Quid est, *certemus conflagere?* Lex versus quarta sede pedem illum qui tolerat? Rescribo, *neu conflagere. certemus, sine: Sit pretium Iason.* Nec te, inquit, voco ad periculum, nullus te opposueris: mihi posco hanc pugnam, in qua victoris sit Iason.

552. -- *liceat ultimum amplexum dare.*

Gratum est, & illud voce iam extrema peto.

Refrigerant hæc legentem. Quò enim istud, *Gratum est referas?* Ausim scribere: *Ratum est?* cum interrogatoria nota. Liberos in primis apud se tenere cupienter cupiebat Medæa, materiem futuro sceleri, & cum blandè id peteret, iamque ille annueret; ergòne hoc *ratum est?* inquit: esto. etiam hoc amplius peto, &c.

631. *At caput tractu fluuiialis Hebræ*

Contigit notam Styga, Tartarumq;

Non rediturus.

De Orphei morte. sed sermonis solœcum hoc
quis non videt? lege, * *Ad caput tractus.*

668. *Iam satis diui mare vindicastis,*

Parcite iusso.

Explicant: Parcite Iasoni, qui à Pelia iussus nec
sponte aquas violauit. Non refuto. Sed enim
cùm in veteri sit, *Parcite vino*; acris mihi libido
legere, *diuo*. & obliquè ad Claudium aspectum
censeam: qui & ipse cùm ignotum Oceanum
intraffet, tamen parci à diuis æquum censet di-
uo. Tecta & ingeniosa adulatio.

950. *Flentes, gementes: sed oculis pereant patris,
Periere matris.*

Vetus, *gementes. osculis pereant.* quidni rectè?

1014. IAS. *Iam perage cœptum facinus, haud
ultrà precor.*

Moramq; saltem suppliciiis dona meis.

ME. *Perfruere lento scelere, ne propera dolor.*

Hæc confusa, nec sanæ mentis. Iason cupit sta-
tim interimi liberos, non tractim mori & per
singulos artus. Ea enim sententia primi versus.
At pugnat ecce alter, & quærit supplicij morã.
Denique Medea respondet quasi ex voto, &
exorata. Omnia contrà sunt. Suspisor præpo-
sterè locatos versus, & dirigendos sic:

- *haud ultrà precor* MED. *Perfruere lento scelere.
ne propera dolor; Morãq; saltẽ supplicib. dona meis.*

Ita enim malo, quàm *suppliciiis*. Ista mēs. Optas,
inquit, Medea, citò defungi hoc spectaculo?
haud fiet. & cum irrisione, *Ne propera mi do-
lor, & morã saltẽ indulge his qui tibi supplices.*

1026. *Per alta vade spatia sublimi æthere.*

Codici

Ort.
Lugd.

Ort. Codici meo, *atheris. verè. Clausula autem hæc
 Ald. diuina, *Testare nullos esse quàm ueheris deos: vt mul-*
 Lugd. ta in toto opere, cuius causa te Seneca magis
 magisq̃ue iure miramur. Transeo

AD THEBAIDA.

Verf. 2. *Patris leuamen gnata, quam tanti est mihi
 Genuisse, vel sic desere infaustum patrem.*

Ald. Distingue & sententiam acutã effice. * *Genuisse
 vel sic.* Pronuncianda enim ea ἐμφατικῶς ἔργον
 & expressius, notando scilicet sceleri in hac ge-
 nitura. O nata, ait Oedipus, cuius tanta pietas,
 vt vel cum incestu genuisse eam mihi pretium
 sit.

4. *In tecta quid deslectis errantem gradum?*

An in tecta & aulam reducebat patrem Anti-
 gona? minimè, tota narratio & rei series refel-
 lunt. Occultum mendum: quod odoramur è
 Ort. veteri, in quo est, *In rectum.* Omnino scriben-
 Ald. dum, *In rectã*, sid est, *Quid me dirigis? rectã &*
 Lugd. *tutò ire iubes? melius cadam.* Itaque statim sub-
 iungit, *Permitte labi.*

38. *- quid me gnata pestifero tenes
 Amore vincitum?*

Non placet, *vincitum.* Nec enim id queritur, a-
 mari se à gnata, sed retineri in vita. Vellè, *uiuũ.*

44. *-- gnata genitorem vides?*

ANT. *Ego video, tandem spiritũ inimicum exue.*

OED. *Desertor anime, fortis in partem tui.*

Mirum responsi frigus in tam calido Antigo-
 nes amore. Alit ecce furorem patris, & fatetur
 se quoque videre, quod nec ille quidẽ videbat.
 Denique quid est, *Inimicum spiritum exuere.*

Tur-

Turbasse personas video, & Antigonam frustra insertam. Continenter legenda, *genitorem vides? Ego video. tandem spiritum inimicum exue Desertor anime.* Non tu, inquit, ô filia patrē meum vides? certē ego. Age anime, vita & spiritu tandem te priua, quem pater repetit.

47. *Mortemq; totam recipe; quid segnis traho?* Arenæ verbum, & allusum ad gladiatores. Tamen veteri est, *totam admitte.*

62. *Regem abnuentem, dirigam inuitum gradum.* Veteri, *inuitum patrem.*

64. *Non obsto, sed precedo. quouis utere*
Duce è duobus, omnis eligitur via.

Tun' hæc capis: haud ego, fateor. Meo libro est, *quouis vertere. legam & distinguam, -- quouis vertere Duce me, duobus omnis eligitur via.* Age te & verte quò voles: sed non solus. In te vno, duo peribunt aut viuent.

78. *Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca,*
Victasq; magno pectore arumnas doma.

Displicet inamœna verbi repetitio, *Pectore & Pectus.* In meo manifestè alia vox fuit; sed ea erasa, *Pectore* impositum. An robore?

118. *Vbi torua rapidus deuehat Ismenos vada.*

Veteri est, * *ducat Ismenos.* malim etiam *torta*, Ald. quàm *torua.*

178. -- *audias verum Oedipum.*

Scribe cum vet. *Oedipe.* Sese enim alloquitur: & sequentia flagitant.

181. *Hac parte m rtemperage, quà cœpit mori.*

Vet. *Cœpi mori.* probe.

182. *Pauca ô parens miserande magnanima precor,*

Vt verba nata mente placata audias.

Magis ex decoro & vero scripta lectio, miseranda magnanime.

193. *Qui fata proculcauit, ac vita bona*

Mss.

Proiecit, atque † abscessit, & casus suos

Lugd.

Onerauit: ipsi, ceu video, nullo est opus

Bal.

Quare ipse mortem cupiat aut quare petat.

absce-
dit.

Vtrumque timidi est velle. contempsit mori.

Qui concupiscit.

Vtinam hic mihi tua mens Oedipe! dico, illa saga & diuina. Nam mirificè hæc turbata & implexa. Sententiam vtcumque video, verba pro sententia non video. Quid est *onerare casus suos?* quid illud, *ceu video, nullo est opus?* aut tenebræ, aut sordes. Sed & illic vitium, *mortem cupiat, aut petat.* Nónne enim hæc eadem? & tamē sequentia diuellunt: additurque, *Vtrumque timidi est velle.* Vbi ergo illud vtrumque? In toto non iuuo, in parte sic. Primùm lego, *atque absceidit.* ex meo veteri. Deinde pro, *cupiat*, velim fugiat:

* Etiã
ex li-
bri ve-
teris:
in quo
est,
non
concu-
piscit.

sententiæ impulsu. Postremum quã est, *Qui cõ-
cupiscit*, scribendum affirmo, *Qui non cupiscit:*
planè ex Antigones* mente. Nónne hoc illa ar-
gutatur & persuasum it patri, neutrũ viro forti
faciendũ, vt voueat mori vel vt fugiat? Itaque
addit: ille verè contemnit mortem, qui nec cu-
pit. Sententia, quam sapientum manus firmat,
& noster Seneca: *Non vult mori, qui optat. Deos
vitam roga & salutem, si mori placuit. Hic mortis*

* Ort.

est fructus, optare desinere. Et reuera, nónne vides
mollissimum atque impatientissimum quem-
que mortem optare? sed optare.

208.

- *quid te ad infernas agit**Sedes? quid ex his pellit, ut careas die?**Cares, ut altis nobilem muris domum**Patriamq; fugias, patria tibi viuo perit.*

Pulcherrimas sententias diuide & ordina.

-- *Quid ex his pellit? ut careas die? Cares. ut altis nobilem muris domum patriamq; fugias? patria tibi viuo perit.* Diuisione vtitur, & membratim rogat ac concludit. Cur vis mori? quid te à superis locis pellit ad inferos? An vt diem non videas? non vides, sponte tua cæcus. Vti patriam fugias? iam es in ea nec es, viuum cadauer.

218. *Et dira fugio scelera, qua feci nocens.*

Rescribe, *feci innocens.* Res ita est: fato, non culpa, peccauit Oedipus: & supra scriptum, *dis quoque inuitis esse eum innocentem.*

230. *Quæ pars meorum criminum es, infelix pater.*

Versus labascit: fulcio transiecta voce, *meorum es criminum.*

254. *Calidodq; teneros transtulit ferro pedes.*

Ita fanè & meus liber. sed transferendi verbum hæud satis validum notandæ rei, *An transtudit?* an potius, *transiit.* Nam priscis editionibus est, *transiuit.* quod ipsum non nemo defendat.

257. *Cruore saepe regio attractas alit.*

Vetus, * *tinctas alit.*

Ms.

262.

- *proh, loqui hymenaum pudet.*

Vno verbo, * *proloqui.*

Ott.

313. *Hic Oedipus Ægea tranabit syeta.*

Excusari scio posse, a Græcanica terminatione.

Tamen tutius versui consulam repetita voce,

Hic Oedipus, hic Ægea.

318. *Iubente te præbabit alitibus iecur,
Iubente uiuet.*

Ort. Veterem librum cur non audiam? cui est, * *Iubente te vel uiuet.* egregia emphasi, & quasi extremum malorum illi, vita. At versus negat, nec continuari cum sequenti potest. Quid mali? præsertim cum Actus nouus sequatur. Sanè etiam in Troade versus abruptum & intercisum legeris, medio quidem Actu.

-- *sponte desiluit sua In media Priami regna.*

nouus enim versus excipit: *Quis Colchus, aut quis sedis incerta Scythæ.* Hoc hic cense, & proximum versus alterius Actus initio

-- *Regia stirpe edite.*

audacter è libro nostro exple, *Exemplum in ingens. regia stirpe edite.* Ita enim adiuuamus, cum in eo sit * *Exemplum ingens.* Hæc glossematia non esse nec adtextus, nobis satis certum.

Ort.

Baf. 328. *Ego ille sum, qui * scelera committi vetem?*
Par. Probè & verè. tamen veteri, *sceptra committi:*
bella. suo & probo item sensu.

331. - *meorum facinorum exempla appetunt.*
Liber & versus volunt: *exempla facinorum appetunt.* statimque, *laudo & agnosco libens.*

336. *Ioc. Felix Agaue facinus horrendum manu.*
In his verbis initium est Actus tertij, libro veteri: tu sequere, & continuatim lege ad Actum qui vulgò quartus.

366. - *miser a non ultra suum*

*Scelus hoc cucurrit. hoc leue est, quod sum nocēs:
Feci nocentes. hoc quo, ue etiamnum leue est,
Peperi nocentes.*

Inge-

Ingeniosa & mira miseriarum exaggeratio, sed lego versu altero, *hac cucurrit*. deinde, *Feci nocentem*. Sententiæ valde cōsulo. quos enim alioquin Iocasta nocentes fecerit. At singulari numero si leges, ad Oedipum appositè referes: quem illa nocentem fecit, sacra mixtione. Causa corruptioni, quòd litteram elidi censebant non elidendam.

393. *Cursu citato miles hinc illinc ruit.*

Vetus, * *hinc atque hinc ruit.*

Ort.

417. *Ecce ecce motos fletibus credas meis.*

Ald.

Malo ex scripto, *Et ecce.*

Lugd.

456. *Donato matrem pace. si placuit scelus,*

Maius peractum est: media se opponit parens.

Omnino audiendus liber vetus, * *Maius paratum est*. Non postulat, sed flagitat hoc sententiâ. Ort. Lugd.

Si pergitis, inquit Iocasta, & frater in fratrem ruit, non ea meta sceleri: maius superest. quia primū interficienda ego mater. Peti neuter vestrū nisi per me potest, quæ obiicio mediam.

463. *Nunc alter aberit. ergo iam nunquam duos*

Nisi sic videbo?

Scripto abest *to iam*. Mihi placeat. *ergo non unquam.*

482. *Dum frater est armatus, armatus mane.*

Censores cur mutastis? fuit antea, * *frater exarmatur*: nimis bene. Interea dum frater ponit arma, inquit, tu retine. Ita non scriptus solum liber, sed etiam editio vetus. cuius mihi copia

fuit è diuite libraria CL.V. Francisci Nansij.

493. -- *hic ferrum abdidit*

Reclinis hasta, & arma defixa incubant.

Scribe, *incubat.* ad habitum Eteoclis, qui condito gladio & velut in pacem compositus incumbebat hastæ.

632.

-- *præmium incertum petit,**Certum scelus.*

Legendum *petis*, affatur ipsum Polynicem. Et priora valde laborant ab interpunctis, quæ dispone optimæ sententiæ bono. His mihi

salve Thebai, haud paullo melior illa quæ vigila per bisseños annos. Prodi tu,

HERCVLES FVRENS,

Cui à me quoque pars sanitatis.

Vers. 12. *Ferâ comâ hinc exterret Orion deos.*

Comane tam formidolosa, vt eam dij timeant?

Vetus, *Ferâ minax hinc terret.* cui valdè adhæreo, & capio canem qui venatori isti adiunctus.An & *ferro minax?* nam certè gladium etiâ ei attribuit qui imagines nobis imaginati in cælo.19. *Sed vetera serò querimur, vna me fera**Thebana, nuribus sparsa tellus impijs.*Mss. Addit liber meus vocem, * *vna me dira ac fera.*

Ald. malè & præter versum, nisi alterâ deleas. quod

Lugd. mihi videtur, & inducam *τὸ serò.* Addititiû est.

33.

-- *superat & crescit malis.*Veteri, *increscit malis.*

44.

-- *nempe pro telis gerit,**Qua timuit & qua fudit. armatus venit,**Leone & Hydrâ,*

Timorne in Herculem cadat? non ipsa Iuno dixerit, etsi hic dicit. Reponam, *Qua domuit:* sententia & heroë quidem illo volente.

68.

-- *rebore expenso tumet.*

Placet hoc præ veteri lectione, *robore experto.*

71. *Nec flexit humeros molis immensa labor.*

Meo libro, *molis inuisa.* veriùs.

76. *Congredere, manibus ipsa iam lacera tuis,*

Quid tanta mandas odia?

Verba Iunonis sese in Diem illum extimulantis. in quibus displicent *tanta odia.* An non melius, *tacita?* Quid opus, inquit, clam & per alios nocere, laceſſere? Quin palàm amor & odium aperio iam ipsa.

94. *Quà mugit ingens montis oppositi specus.*

Corrige è libro, * *Quam munit.*

Ort.

119. *-stabo, & ut certo exeant*

Baf.

Emissa neruo tela, librabo manum.

Vult dicere Iuno, se suaptè manu directuram tela Herculis in corpora liberorum. Itaq; cum scripto scribo, *librabo manu.*

122. *Admittit illas genitor in calum manus.*

Binos versus hic adtextit noster liber, & germanissimos quidem Senecæ:

* *Mouenda iam sunt bella, clarescit dies:*

Ort.

Ortuq; Titan lucidus croceo subit.

Ita enim claudit Iuno. Verborum & minarum fatis est: arma expedio. quia vocat me ecce dies. Posterior ex hisce versibus in vulgatis nullibi legitur. alter non suo loco, suprà versu nonagesimo insertus. Tu illinc pelle, & huc compelle.

159. *Quibus est vita tranquilla quies;*

Et lata suo paruoq; domus

Spes & in agris.

Turbine magno spes sollicita

Vrbibus errant, trepidiq; metus.

Præclara gnome, nec temere mihi mutanda, cui vita hæc in agris vnicè placet & ex agris. At vetus tamen aliorum trahit, qui scribit, *Spes iam magna*. Puto verè, si cum sequentibus adnectas: atque adeò versuum ordine moto. *Spes iam magnis urbibus errant, trepidiq; metus: Turbine magno spes sollicita. quæ repetitio sanè decorata.* facit ille ipse vetus, cui versus quem postposui totus abest, initio Chori malè adtextus. sed erroneam huc reuoco.

171. *Aurâ tumidum voluit inani.*

Ort. Scriptus, * tollit. rectissimè.

Ald. 188. *Certo veniunt ordine Parca.*

Lugd. Idem, *tempore Parca.*

Bal. 213. *- sequitur apprimè statim*
Infesta Iuno.

Ego legam, *sequitur à primo statim*, id est, Iuno ab vitæ primordiis & ipsis carceribus infecuta Herculem. Itaque addit, *- nunquid immunis fuit Infantis atas?*

219. *- igneos serpentium*

Oculos remisso pectore ac placido intuens.

Eho, an pectore quispiã iutuetur? audi librum, *remisso lumine.*

237. *-- abrupto obice*

Etiam ruenti fecit Oceano viam.

De Hercule, mare ad Gades aperiente. Sed probò veterem scripturam, *Latam ruenti.*

270. *Adsis sospes & remees tuis.*

Meus codex, *remees precor.* & statim, *dispulsis manu.*

290. *Erumpe rerum terminos tecum afferens.*

Melius,

Melius, *effrensus*: ex libro. Suprà: *Et quidquid atra nocte possessum latet, Emitte tecum.*

300. - *tibi frugum parens*

Secreta reddam sacra.

Ad Cererem, rectè. non malè item vetus: *frugum * potens.* Mss.

309. *O socia nostri sanguinis.*

Malè hic initium colloquij. superioribus vno textu iunge, auctore libro.

316. ME. *Prona est timori semper in peius fides.*

Sētētia hæc Megaræ nō cōuenit. ablega ad Amphitruonē, inducta ei⁹ persona. Illa autē sequētia dicat, *Demersus ac defessus.* Alioqui turbela.

355. *Namque ipsa tristi vestis obtectu caput Velata.*

Vetus, *vestis obtentu.* vtrumuis elige.

362. *Si æterna semper odia mortales agant.*

Idem, *mortales gerant.* magis Latinè.

406. *Sed ille regno pro suo, vos improba*

Cupidine acti.

Indò, * *nos improba.* Nam de se palàm id fatetur Ald. Lycus, & vt decuit tyrannum.

420. -- *Non vincet fidem*

*Vis ulla * nostra, moriar Alcide tua.*

Vetus, *Vis ulla, namque moriar.*

438. *Quo patre genitus, calitum * penetrat domos?*

Longè melius in vet. *calitum * sperat domos?*

471. *Mitrâ ferocem barbarâ frontem premens?*

Hoc ad Herculem vulgati libri referunt (nec malè, nam & mitra pressus Omphalæ seruiit) & Lyco tribuunt. At meus ad Bacchum, & Amphitruonis personæ adiungit, hoc modo:

AMP. *Mitra fer. b. f. premens; Non erubescit Bac-*

chus,

* Mss.

Par.

nostrâ.

* Ms.

pene-

tret.

* Ort.

chus, &c. Et quis nescit mitram huius dei velut propriam, & mitratos eius cœtus?

528. *Monstris exagitet califeram manum.*

Non mutarem, nisi libri monitu, qui disertè, *teliferam*. Et sanè non manus Herculis propriè cœlum tulit, sed fedit id eius humeris. At bene de telis.

576. *Et surdis resonat clariùs in locis.*

Post hunc versum iste inseritur libro veteri, *Deflent Eurydicen Threicia nurus*: planè appositè. qui alienissimo loco nobis legitur, versu post quarto. Tu ergo dispone.

623. *Verùmne cerno corpus? an fallor tuâ
Deceptus umbrâ?*

Vetus & hunc versum suggerit, *Teneone in auris editum, an vanâ fruor*. vter germanior, mihi non liquet.

676. *Vt sepe puppes æstus inuitas rapit,*

Sic pronus agger urget atque abditum chaos.

Ms. Eleganter, de prona ista ad inferos via. sed malène vetus, **pronus aër*? vt velit ab aère & occulto vento quodam rapi nos ad atram sedem.

Bas. 742. *Animoq; parcit.*

Vetus, *animaq;*, id est, vitæ ciuium.

769. *Hic onere vacuam littori puppim applicans,
Repetebat vndas.*

De Charonte, quasi retrorsum ierit viso Hercule. At meo libro, *Repetebat umbras*. quod verissimum censeo. Narrat eum vacuasse cymbam, narrat reperisse nouum onus.

777. *Vtrunque Lethen latere titubato bibit.*

Noster, *Latere titubanti*.

779. *Lapithaq; multo bella succensimero.*
 Vocula addenda è veteri, *multo in bella.* Res clamat.

789. *Adtollit hirtas angue vibrato comas,*
Missumq; captat aure subiectâ sonum.

De Cerbero scribit, adfurgente ad Herculis aduentum. Sed emendem, *aure subrectâ.* Nonne canum id proprium, & arrigi aures videmus cùm sonum captant?

792. *- antro cedit incertus canis,*

Et vterque timuit.

Et meus, & olim editus, *antro sedit.* rectè. Non enim fugit, nec decuit Cerberum: sed affedit, ambiguus quietis an pugnae.

813. *-- & nitor*

Percussit oculos lucis ignota, bonos
Resumit animos vinctus.

Ego malim, *lucis ignota bono,* Resumit animos. hac mente. Postquam Cerberus supera attigit, & lucis dulcedo ac bonum obiecta oculis: luctatur, & negat vinci.

911. *- pinguis exsudet vapor.*

Vetus, *exundet.*

917. *Laremq; regis qui aduena Tyrium colis.*

Idem, *Laremq; regis aduena Tyrium colens.*

948. *- & ignes efflat, & rutilat, iubam*

Ceruice iactans.

Leonem eiusque motus describit. lego, *& rutila iubam Ceruice iactat.*

991. *- quò se cacus inuergit furor?*

Veteri, *cacus impedit.* sed apparet ante fuisse, *impedit.* erasum est.

1018. *Renuo nouercam, sequere, da pœnas mihi.*
 Par. Fuit in meo, * *Teneo nouercam.* sed altera illa vox
 supposita. Omnino furibūsus Hercules imagi-
 nat nouercā se tenere in vxore: eāq; interficit.

1032. *Quò te ipse, genitor, obuium morti ingeris?*
 Ferri potest, ex more quo senes omnes patres
 dicimus. Tamen cum Thesei hæc verba, cur à
 veteri & veritate non stem, *te ipse, senior?*

1221. *In seipse sauit.* HERC. *dira Furiarum loca.*
 Scriptus, *In seipse furit.* Versus labat? fulci, im-
 missa littera, *ô dira.*

1256. *A me timetur. semper à me absentis pater.*
 Quid vetus lectio sibi vult, *Nox timetur?* credo,
Nobis.

1265. *Memoranda potiùs omnibus facta intuens,*
Vnius à te criminis veniam peto.

Minimè sis, & frigidè hoc petat senex. Lego,
veniam pete: ad ipsum: scilicet Herculem, quem
 Amphitruo vult aspectu aliarum gloriarum,
 delere & deluere vnā hanc noxam. Herculem
 hunc, quā potui, adiuui: sequitur

O E T Æ V S.

14. -- *omne cum cesset malum*

Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.

Concinnius vetus, *omne concessit.*

28. *Quodcunque tellus genuit infestum, occidit,*
Meaq; fusum dexterâ, iratus deis
Non licuit esse: sic negat mundus feras,
Animum nouerca. redde nunc gnato patrem,
Vel astra forti.

Agnosco scholā, & sentētiolas ibi natas. Tamē,
 quia subtiliora paulum, distinctione iuuenimus.

occidit,

occidit, Meaq; fusum est* (vocola hæc à libro no- Ort.
stro) *dextera. iratis deis Non licuit esse. * si* (non Lugd.
sic) negat mundus feras, Animum nouerca: redde
nunc, &c. Quidquid monstrorum (gloriatur
Hercules) *vbique fuit, nos sustulimus. deorum*
ira ad hæc tollenda nihil opus, & præstiti eos
quietos. Si mundus non vltra feras mihi dat, si
animum suum & beniuolentiam abnuuit Iuno:
quid expecto? da filio adesse patri: natura iu-
bet. da forti cælum: meritum iubet.

35. *Properet malū quodcunq;, dum terra Hercule*
Habet videtq;. nam quis inuadet mala?

Beta languidius hoc postremum. addo robur,
& lego, *inuidet. Quis, inquit, ille qui labores &*
pugnas mihi inuideat? atqui has depono.

40. *Me sensit Vrsæ frigidum* Scythica genus, Ort.*
Indusq; Phæbo subditus, Cancro Libys. Scy-

Offendor. nec rectè Septentrionales mihi di- *thia.*
xerit, genus esse Scythicæ Vrsæ. Crede mihi e-
mendanti, *Me sensit Vrsæ, frigidum Scythes genus, * Mss.*

Indusq; Phæbo subditus. hoc verborum ordine & vna
& mente. Me sensit Scytha, Vrsæ subditus: me *sic tel-*
Indus, Phæbo: Afer, Cancro. *luserit.*

80. -- *Siculus Hesperium latus Par.*

Tangat Pelorus, ut vna iam tellus erat. & vna*
Intricata, inepta. Vetus, *Pelorus, vna iam tellus iã tel-*
erit. rectè. Legebam ego, vna iam tellus est. luserit.

103. *Astro timendum spectat Euboicum mare. Del-*
Idem, *Astro. Rio.*

140. -- *quà fugit ut vna*

Ismenos tenui flumine languidus. cūm
Qui conuenit rapidum & fugæ verbum huic *tellus*
lau- erat.

*Mss. languenti? Scriptus, * fluit.

Baf. 151. *Nullis vulneribus peruia monstra sunt,
Ferrum sensit hebes.*

Nullus ingenij sol hæc illustret sine libro. An monstra non peruia vulneribus? aliter iste ipse Hercules docuit. Bene meus, *peruia membra.* De ipso heroë illo sermo. quem tam rigidum & durum ait, vt membra eius respuant lædi. Scribe & eodem auctore, *Ferrum sentit.*

164. - *quota pars vulnere concidit?*

*Pro fato patuit vultus iniquior,
Et vicisse fat est Herculeis minis.*

Non ceperunt hæc acumina, & corruerunt.

Ort. Scribe cum meo libro * *potuit*, non *patuit*: deinde: *Et vidisse fat est Herculeas minas.* Hoc ait. Ea
Ald. vis & virtus Herculis, vt vultus eius iratior, sit
Lugd. pro fato: & vidisse eius minas, sufficiat in mor-
Baf. tem. Oculi & verba eius, telum. Hæc subtilia: sed quo tam subtilia? Profectò, si inspicias, tota hæc fabula præter ceteras argutatur, imò tumet, & cum Poëta, - *nubes & inania captat.*

167. *Quo vastus Briareus, quo tumidus Gyges
Supra Thessalicos constitit aggeres,
Hoc vultu rigit.*

Quasi velit eundem vultum fuisse Gygis illius & Briarei. Non id mihi bonum. Veteri est, *Qui vastus*: itemque *qui tumidus*. quod retineo, & mox lego, *Hoc vultu rigeat*: in hunc sensum. Illi ipsi Briareus, & Gyges, qui cælum impugnaverunt feroces, rigescant & pereant ab hoc vultu.

184. - *me vel Sipyli*

Flebile saxum figat, superi

Vel in Eridani ponite ripis.

Verus hic vetus: *saxū fingite*. Superos Iole compellat. & me, inquit, vel Sipylæum saxum facite vt Nioben, vel populum defigite ad Padum.

204. *- referam querulo*

*Murmure questus, volucremq; Iolem
Turba loquetur.*

In meo, *Murmure casus*. &: * *Fama loquetur.* Mss.

219. *-- prob saepe dolor,*

Formaq; mortem paritura mihi.

An dolor mortis causa Iolæ? nullus. Ego iam ex sententia emendaueram, *saue decor*, vel, *saue*. & reperi ita in libro.

239. *Purumve claris noctibus sidus micat.*

Noster, *Purifve clarum.*

241. *-- foeta vt armento, iacens*

Sub rupe Tigris.

Peruersè mutatum, cùm in libris esset, *foeta vt Armenia*. Tu repone.

290. *-- summe protector deum*

Et clare Titan.

Scribo diuisim, *proh rector deum*. & statim, * *Herculis coniu x timentis. non, tumentis.*

320. * (*-- saua, iam dudum faces*

*In te ferentur.) vindicem tellus suum
Defendit omnis.*

Verba nutricis dehortantis Deianiram à scelere, quod omnes hominum gentes vindicabūt. vidi, Sed noster liber illustrius ea & verius profert: *excessaxa iam dudum & faces*. Ea duo tela in populi ptâ fâ seditione & aggressu. Virgilius: *Iamq; faces & bricia-saxa volant*. Iste ipse Poëta, infra: *Coite gentes, nâ edisaxa tione.*

Ort.

Ald.

Lugd.

* Igno

rât ista

verba

omnes

quot-

saxa & incensas faces Iaculetur orbis: in hac ipsa morte Herculis vindicanda.

336. - *antè ab occasu dies*

Nascetur Indis: antè glacialempolum

Scythásve tepidá Phœbus afficiet rotá.

Nihil harebam: sed vetus me stitit, in quo *glacialis polus* scriptum. Ego verò lego & dispungo: *antè ab occasu dies Nascetur: Indos ante glacialis polus, Scythásve, &c.* Prius, inquit, ab occasu ortus erit: prius Indos glacialis polus tanget, aut Scythas Phœbi rota calidior.

345. *Ire, ire, ad umbras Herculis nuptam licet.*

aMss. Probissimè. At vetus, a *Herculi b iunctam c libet.*

A. B. 353. -- *quid casum times?*

L. P. Nubilosum dictum, & quasi hac mente: quid times eam quæ iam cecidit? Tamen ambigo, ne *b* Lug. *casum* scripserit: id esset, quid frustra & in vanum times?

Sed Ald. 360. *Amat vel ipsam, quòd caret patrio lare.*

Baf. *Vetus, vel ipsum.* optimè. Hoc ipsum, inquit, amat in Iole, quod tu pellendo amoris esse vis: *c* Lug. nempe eius miserias.

libet. 363. NVT. *Hoc vsitatum est Herculi, captas amat.* Deleo personam Nutricis: & sermonè cōtinuo.

379. DEI. *Herere amantes post vagos ignes solent.*

NVT. *Famulámne & hostis præferet gnatum tibi?*

Iterum malè insita persona. Tu Deianirã tolle, & Nutricè substitue: cuius duo ij versus sunt.

385. *Deforme foliis aspicias truncis nemus.*

Apage, ineptè. nunquid Trunca folia? Vetus scriptus, & editus. * *Deforme solis.* Nihil in ne-

more, præter nudos truncos.

391. *Ætas citato senior eripuit gradu.*

Vt fluat sententia, scribe, & rapuit.

400. * - *quò nimis quisque deos*

*Orabat ullos: nuribus Argolicis fui
Mensura voti.*

Mens compâret, verba quæro. Meus, quòve
mens quicquam deos. Nec hoc placat aures.

405. *Facibus suis me iungat Eurystheus licet.*

Minus est, toros meruisse regnantis leue est.

In veteri, toris caruisse regnantem leue est. quod
verissimū credo. Tanti mihi Hercules coniux,
inquit, vt contemnam regum præco-nuptias:
& leue mihi sit, regnare, sed carere his toris.

441. *Quē nec nouerca perimit, hunc perimes virū?*

Meus, nouerca potuit. bene: In sequentibus per-

sonæ turbant: quas sic digero: *Perimes virum?*

Cælestis ira q. p. m. facit, Humana nullos. NV. Parce

m. & time. DEI. contempsit o. i. q. m. prius. Libet ire

in enses.

447. *Cur saua modicè statuis? vt passa es, dolo.*

Legebam, saua immodicè. ex sententia: quam

eandem veniùs fortasse dræfert liber, **saua mo-*

dicis. Id est: cur delictis modicis tam sæuam

pœnam statuis: ira & vindicta tua, sint pro cul-

pa. Idem etiam liber: vt lasa es.

470. -- *& cantu fugax,*

Sit deprehensum fulmen.

Optimè vetus, *Stet depreh.* teneatur & ligetur
cantu, in ipso illo cursu.

472. *Medius coactus fugerit stellis dies.*

Ille idem, *ferueat stellis.*

Mss.

Par.

qua

Del-

Rio.

quod.

Mss.

Par.

Lugd.

486. *Est in remoto sedis egregia loco.*

Restitue elegāter ex meo, *remoto regia sedis loco.*

491. *- amoris pignus Herculei manet.*

Ort. *Vetus, * latet.*

Ald. 494. *Quā celsus astris inserit Pindus caput.*

Lugd. Idem, *Quā trepidus.*

499. *Vnoq; turpis subdidit cornu caput.*

Idem, *turpe. quod melius. & dicit eum caput subdidisse, turpe vno cornu.*

502. *Euenus altum gurgitem in Pontum ferens.*

Nemo damnet; sed verior tamen sentētia subtiliorque elicitur è veteri, *gurgitem & pontum*, Causa nimirū duplex Eueni aucti & alti, quod & suas vndas ferebat, & pontum iam acceperat. scilicet per æstum.

504. *Transire Nessus vorticem solitus vagum, Pretium poposcit.*

Audi veterē, *solitus vadis*. Planè id germanū est.

522. *Traditq; nobis unguā insertam suā.*

Melius, *ungula insertam sua*. atque ita liber.

526. *Hæc docta Mycale Thessalas monuit nurus.*

Vetus, *docuit nurus.*

538. *Mentem per artus adeat, & tactus sinus Intret medullas.*

Non conuenit *Sinus*. Veteri est, *tactus imas*. legam, *tactum intimas*.

558. *-- peribat flammæ mei.*

Liber, *formam mei.*

556. *Nunc congregetur virus, ut vestis bibat.*

Emenda ex eodem, *Nunc congeratur.*

685. *Tenuit Latias Dædalus oras.*

In Latione fuit Dædalus? non nunc succurrit

etsi præfractè haud negem. Veteri meo clarè alia vox fuit, sed inducta: An, *Italas*? Nam fuit in Italia sanè, id est, Magna Græcia, Cumis, & eo tractu.

703. *Fertur rapido regina gradu.*

Vetus, *Fertur medio.* quid verbi fuit? cogita.

706. *Vultus loquitur quodcunque negas.*

Idem, *quodcunque tegis.*

718. *Thalamisq; demens intuli gressum meis.*

Et hic nescio quid aliud liber reponi suadet, *Thalamisq; ingerēs.* Sanè demētis vox incōgrua.

720. *- solibus virus ferum*

Flammisq; Nessus sanguinem offendi arguit.

Non negabis quin coniectura nostra magis ad verum, * *sanguinem ostendi arcuit.* Nam Nessus Ort. moriens præceperat, ne in lucem daret hoc virus. Supra: *Hoc nulla lux aspiciat, hoc tenebra tegant Tantum remota.*

736. *Sic languet omne virus & perdit comam.*

Vetus, *comas.* sed neutrum placet, & vulnerum plura in extremo hoc colloquio vestigia.

739. *Et quidquid illâ tabe contactum est, labat,*

Tumensq; tacita sequitur, & quassat caput.

Quis ἀποξίαν non videat? An ad Tellurem hæc aptè referas? nunquam. nec illa sanè tacita sequi virus potuit, & caput quassare. Nugæ. Tu scito plagam hic esse, vel potius hiatum. Deest versus aut alter, & hæc de Nutrice, opinor, dicuntur, quæ cū filio superueniebat mœsto, mœsta. Itaque ἀποξίαν est, vt solet, ad sequētia.

746. DE. *Nescio quod animus græde presagit malū.*

Post hūc versum liber meus duos istos inserit:

Mss. * *Regina triumphi templa Iunonis pete, Hæc tibi
Lugd. patent delubra præclusa omnia. Quos meæ fidei
crede germanissimos esse, & ab Hyllo pronun-
ciari facito, cum leui emendatione: Regna, tri-
umphæ. Iam, inquit, licet exsultes, vicisti. i. pete
templa, sacrificæ, sed Iunoni tantû; cuius odiis
gratum tuum ministerium & instrumentû. Si-
mile infra in Choro: *Solaq; obductis foribus deo-
rum Templâ secure pateant nouerca.* Sequês autè
versus, *Effare qui: iterû scilicet Deianiræ dâdus.**

776. *Eubœica tellus vertice immenso tumens
Pulsatur omni parte. Phryxæum mare
Scindit Caphareus: seruit hoc Austro latus.
At qua niuosi patitur Aquilonis minas
Euripus undas flectit instabiles vagus.*

Eubœæ descriptio est, haud scio an exactè ve-
ra. Ait Capharei promontorium ad Austrû esse:
mallet ad Ortum dixisset, & Geographi me-
cum. Item, Euripum ad Aquilonem. ille autem
certissimò ad Occasum est. Quod legitur, *omni
parte: in veteri est, omni latere. inque eodem, in-
stabilis vagus.* & statim proximo versu, *Septemq;
cursus voluit.*

801. *Sic ille gemitu sidera & pontum ferit.
Et vasta Calpe sonnit, & voces Cyclas
Exceptit omnis.*

Scio, quod ad veritatè attinet, ἀνευθύνας εἶναι
ποιητής, & tollere iis rem supra fidem licere:
sed tamen cum modo & decoro. Quod autem
hoc tam insolens mendacium, Herculis gemit-
tum è Græcia producere ad extremam Calpen?
Nunquam ille scripsit, sed quod liber suggerit,
Chalcis.

Chalcis. appositè. Nam in eo tractu ad Euripum opidum Chalcis est. hanc resonuisse vult, & vicinas Cycladas, itemque Capharidas petras, quas mox addit. In Hispania quidem mente aut manu nunquam iit.

813. - *dumq̄ tremebundum manu*

Tenuit cadaver, hac manu, inquit, te feram.

O fata victus Herculem perimit Lycas.

Ecce alia clades, Hercules perimit Lycam.

Valdè placet scriptura vetus, distinctione adiuta, hæc: *hac manu, inquit, hac ferar, O fata victus? Herculem perimit Lycas.*

819. -- *talis in calum exsilit*

Harundo, Geticâ visa dimitti manu,

Aut quam Cydon excussit: inferius tamen

Fugiente trunco corpus in Pontum cadit,

In saxa cervix.

Lycam describit violenta & verè Herculea manu interfectum. Missum eum in altum vult eo impetu, quo sagitta Getica solet aut Cretensis. Sed in hanc sententiã nimis quã melius præit Vetus: *inferius tamen Et tela fugient. truncus in Pontum cadit.* Comparat cum teli emissionem. tamen, inquit, minus dixi, & illa ipsa tela non sic in altum ierint expressa.

837. *Et nota quarit litora.*

Liber, *Fluctifona quarit.* quod verum.

842. *Destituit animus membra, nox oculos premit.*

DE. *Quid anime cessas? quid stupes factũ scelus.*

Prior versus Hyllo tribuitur, malè, tu Deianiræ, & scribe. DEI. *Destituit animus.* continenter cum sequenti. Nam illa ad hanc miseriarum

narrationem animo linquitur, mox sese exstimulat & armat in suam necem. Sed malim & altero versu legi: *quid stupes? factum est scelus.*

§47. *tam leuis pœnas manus*

Tantas reposcit?

Præter Deianiræ mentem ista: quæ vult pœnam hanc leuem videri tanto admissio. Melius, *Lenes pœnas manus Tantis reposcit: siue, reponit.* Tantis, intellige criminibus.

§55. -- *perdidi erepto Hercule*

Et ipsa populos.

Ferre possem, nisi liber præluceret ad subtilius dictum: *Perdidi sola Herculem.* quod rectum, si tamen legis in sequenti Hemistichio, *Et ipse non, ipsa.* Acute ad augendū facinus suum dicit misera: Ego Hercule perdidit, ille terrarū orbē. qui scilicet morte eius, præda iā feris & tyrānis.

§57. *Coniugem Alcida necem*

Optare pudeat: hoc erit votum, manus

A me petatur, occupa ferrum ocuis.

Cur? deme ferrū. quidquid in mortē trahit

Telum est abunde.

Hic quoque argutiolæ pereunt, à me imò à libro subleuandæ. Ille scribit, *hæc erit voto manus.* optimè. Cur necem aliunde, inquit, petā? dabit hæc manus, & expleuerit votū. a me eam capiā. Scribe etiam, * *Cur deinde ferrū? quidquid, &c.*

Ort. Cur autem ferrū peto? inquit. rupes, saxum, & quidquid mortem dare potest, mihi pro ferro.

Ms. 895. *Vinci Hercules non potuit, hinc cœpit mori.*

Par. Sanè acutior, quidquid reiiciant, & Poëta no-

Lugd. stricidig uor lectio vetus, * *cum potuit.* Dixerat

Bal.

natrix,

nutrix, Viuit etiam ô Deianira tuus Hercules.
Subiicit ista, At cum inuicta illa virtus vinci
potuit (quod veneno meo factum: cui ille non
resistit) potuit, imò cœpit iam mori. quasi velit,
vium illum vinci non posse: & hoc argumen-
tum mortui aut certè morituri, quòd victus.

919. *Si te ipsa damnas, scelere te misera arguis.*
Librum audi: *sceleris te miseram.*

906. *Lernæa flectens tela furibundâ manu.*
Sagittas Herculeas intelligit, quas misit in na-
tos, tinctas Lernæa peste. Huic rei non conue-
nit flectendi verbum, quod damnat Codex, &
reponit, *figens*. Sanè figi & defigi sagittas in cor-
poribus scimus.

912. *Fraudem placet punire.*
Vetus, *Placet scelus punire.* & inuidiosis his ver-
bis factum suum semper exauget Deianira.

916. *Inmensa pestis coniugis membra abstulit.*
Potius, *Immersa.*

930. DE. *Quicumq; misero fortè dissuadet mori,*
Crudelis ille est. interim pœna est mori.

NVT. *Sed sape donū in pluribus venia fuit,*
Defende saltem dexteram infelix tuam,

Fraudiq; facinus esse, non nuptæ scias.

Tenebras tibi has illumino, face distinctionū.
Vide, *Crudelis ille est. NVT. interim pœna est mori.*

DEI. *Sed sape donum. NVT. in pluribus venia fuit.*
Extremo etiam versu lego cum libro, *sciat: vt*
ad Herculem referas.

945. *Meamq; fallax vnda decipiat sitim.*
Vetus, *deludat sitim.*

950. - *recipe me comitem tui*

*Phasiaca coniux, peior hac, peior tuâ
 Vtraque dextra es, scelere seu mater nocens,
 Seu dira fors est, adde me comitem tuis.*

Litterula mihi dux ad veri latebras. Nam veteri est, *tuo, non tuâ*. Totum locum lego & interpungo: *peior tuo Vtroque dextra est scelere, seu.* optima ista mente: O Medea, cape me tibi comitem. nam & ego manus inquinavi: atq; adeo turpius, quam tu vtroque illo parricidio, vel cum fratrem interfecisti, vel cum natos.

974. *Virtúsne superest aliqua? Sarmatica & manus
 Intendere arcum tela missurum valet?
 Non arma cessent, teq; languenti manu
 Non audit arcus, si potest telum dare
 Animosa coniux, dexteram. exspecto tuam.*

Legi hæc scio: nō intelligi, hoc quoq; scio. Quæ hæc Sarmatica manus? cur Herculi attributa? quæne usus ea inter Sarmatas? somnia. Veteri est, & *armata manus*. Tu scribe, *armata:* & statim, *valet*. Eodem auctore corrige, *An arma cessant t. l. m. Non audit arcus?* Iam illa indubiè sic legenda: *si potes latum dare Animose coniux*. Nam hoc clamat impos sui mulier: Tua manu o marte mori iuuat, si vires tibi ad dandam mortē. Dexterā mea vti differo, dum tuā exspecto.

998. *Ita nulla peragas iussa, nec peragens mala.
 Erres per orbem.*

Hyllum alloquitur, & deprecatur ab eo labores ac miseras patris. Commodius ergo veteri, *nec frangens mala*.

1016. -- *sed quid hoc? tellus labat,
 Et aula teclis crepuit. excessit minax*

Vnde

Vnde iste cœtus?

Liber, *excussis minax*, placet, si cuncta sic mutes.
tectis crepuit excussis. minax Vnde iste cœtus?

1026. *Peracta iam pars matris est, statuit mori,*

Nunc nostra superest, mortis auferre impetū.

O misera pietas, si mori matrem vetas,

Patri es scelestus.

Melius fuerit, certè clarius, *Nunc nostra superest. mortis aufero impetum*? Hyllus enim animi inconstans hæc dicit, & quid ago? inquit, prohibeo matrem mori? in patrem pecco, quem illa interfecit ideoque mori meruit.

1034. *Tangens Threiciam chelym.*

Vetus, *Pieriam*, probè.

1039. *Oblitusq; sequi fugas*

Amisit liquor impetum.

Credo, *fugax*. *Distinctiuncula iuua.*

1049. *Abrupit scopulos Athos,*

Et iuxta Rhodope stetit.

Imò, *Rhodopen*. Nam sub ipsa Rhodope cecinisse Orphea vult: ad quam scilicet Athos accesserit. Atque ita liber.

1063. *Manes commonitos adit.*

Idem, *Manes cum tacitos*. nec aliter sententiam ullam feceris: *Adit* autem accipe quasi *Adiit*, vt suprà monui.

1125. *Quis tantum capiet * nefas*

Fati? quis superis locus?

Ort.

nefas?

Adsentior libens meo Codici, *Fratrū* scribenti, non *Fati*. Hoc ait. quis trium fratrum, inter quos diuisus orbis. vnus capiet omnia, cum vnū erunt omnia? Scis de Ioue, Neptuno,

Fatiū.

Dite, quibus trinum imperium, trino elemēto.

1134. -- *atrâ nube inhorrescat polus.*

*Obsta nouerca, nunc pater cacum chaos
Reddi decebat.*

Mss. Scribo, * *nouerca*. Precatur Hercules lucem &
Par. solem eripi, & nubium velum intendi, ne Iuno
videat & triumphet in Hercule moriente.

1164. *Cum panè trepidis excidit Titan equis.*

Bonum hoc, bonum: sed an germanum? Ne-
gat liber, qui præfert, *Cum panè lassis*. Scribam,
lassis, metu videlicet visi Cerberi vult succi-
dissè Solares equos.

1173. *Nullum malum prostermit: impendo malè,
In nulla vitam facta.*

Elegantius liber: *impendo, hei mihi, In nulla v. f.*

Quam eandem eiulationem repono versu isto,

1182. - *cadere potuisssem mihi Iunonis odio.*

Lego inquam, *hei mei.*

1191. *Adhuc ferebas esse te Alcide parem.*

Cum nexum sententiæ considero, suadeor le-
gere, *Adhuc fremebas.*

1201. *Vbique me mors fugit, vt leto inclito
Fortis carerem.*

Audio te, quisquis es, bone boni libri scriptor:
telo inclita mortis carerem.

1219. *Eheu quis intus scorpius, quis feruidâ*

Plagâ reuersus cancer infixus meas

Vrit medullas?

Quanto ille idem melius? *Heu qualis intus s. q.
feruidâ Plagâ reuulsus*. Vult scilicet vi ablatum
& dereptum è cælo in suam pestem.

1226. - *abstulit costis iecur.*

Aliquoties iam antè Iecur nominatum. veriffimè liber, *latus*. In costis ipsis, inquit, adesum, nec iam compàret *latus*.

1238. *Astris ab ipsis detulit Stymphalidas.*

Scriptum, *depulit*.

1246. -- *ô vires prius In me sepulta.*

Vetus, *ubi vires*. Distinguan, *ubi vires prius In me? sepulta.*

1261. *Quacunque pestis sana, quacunque effera es, Palàm timeres.*

In libro, *pestis siue*. concinno ex hoc reliqua, *siue quacunque es fera*. Ambigit an pestem hanc dicat, an feram aliquam intra se latentem.

1276. *Flentem, gementem, summe protector poli, Me terra vidit.*

Rectum est, *proh rector*. atque ita liber.

1286. *Fletum * virtus saepe resoluit.*

Valdè fallor, aut ex re ipsa & sequèti imagine, legendū: *resorbet*. Comprimit virtus lacrymas, & iam labentes tantū non deuorat & absorbet.

1303. *Giganta, crede, non minus verum mihi
Asserere potui: dum patrem verum puto,
Cælo peperci.*

Reformo in alium & pulchriorem sententiæ habitum ex Codice nostro, in quo *calum*, pro *verum*. Optimè. Distinguo, *Giganta crede, non minus calum mihi Asserere potui*. Nempe Hercules doloris impotens Iouem inuocat vt se fulminet. Quidni? inquit. olim gigantibus fecisti: crede & me vnum ex illis. Viribus certè non inferior, potui & cælum perfringere: nisi pepercissẽ, ob te patrem. Hæc præalta & tumida:

quis neget? sed nimirum eiusmodi complura
in hac Tragedia *Φυσηματα καὶ μολγεί.*

1334. *Adhuc malis ferisq; suppositus fores,
Si me tulisses. vindicem vestrum malis
Excipite.*

Scribe, *Ni me tulisses.* & statim, *Eripite.*

1347. *- sed umbra simile nescio quid mei
Agnosce mater.*

Nec damnes scriptū, *umbrā & vile nescio quid.*
1363. *-- qua plaga inferni poli*

Vetans flagranti currere in Zona diem?

Dici de polo possit nobis depressio & minus sub-
limi, stultè. A sētiamur libro, *plaga ignifera poli.*

1384. *-- qui Thracios fluctus Athos*

Frangit, Tonantis fulmen excipiens Iouis.

Spurium hoc & spurcum depurat liber, *Frangit,
Iouisq; fulmen excipiens minas.* si tamen iuues &
corrigas, *Mimas.* qui mons inter eximios, & se-
pe huic nostro aliisque dictus.

1404. *- ille nimius impulsus dolor.*

Vetus, *impussans dolor.* Credo, *impulsans.*

1429. *miserq; nato similis Alcmena nepos.*

Ort.

Imò, * *fato similis.* quod & vetus editio habet:
quam (ignoscite & tamen agnoscite Critici)
millies deprauastis.

1439. *Video nitentem regiam clari atheris.*

Herculis alucinantis verba, & propinqua mor-
te, cælum somniantis. Sed vetus, *Video intensam.*
ex quo lego: *Videone tersam.*

1443. *-- ora Phœbeaus modo*

Afflabat axis, tam propè à letho fui.

In eodem uo delirio hæc enunciat, & eadem

rei. Itaque optimè liber: *tã propè à celo fui.* Hem,
inquit, vbi ego nunc? iterum in terris? paullo
antè iuxta Phœbum.

1490. *Est clara, captas inter incultas genus
Regumq; referens, Euryto virgo edita.*

Profert hæc ad Hyllū Hercules, cui tradit suam.
Iolē. Veteri est, **incultū, nō incultas.* Ex eo ego, Ort.
includitū genus. &, Regnumq; potius quàm Regum.

1493. *Videtur cruentus abstuli patrio lare.*

Liber, patriam, lares. bene.

1508. *- parce iam lacrymis meis.*

Idem, lacrimis, parens. quod certè verum.

1510. *Quid tale Iuno peperit, ætherium gerens
Sceptrum & Tonanti nupta?*

Ille ipse, *Quid tale genuit, peperit.* omisso Iuno-
nis nomine: quam hic designari saltem videā-
tur elegantius.

1532. *Quando, proh Titan, vbi, quòve summe
Herculem in terris alium sequeris?*

Scriptura palam melior, vbi, quo sub axe?

1559. *Æacumq; inter geminosq; Cretas
Fata discernens. fieri tyranni*

Parcite ò dites, inhibete dextras.

Etiam hic: *Fata discernens, feries tyrannos.* Ponit
Herculem apud inferos quartū iudicē futurū,

& qui propriè, vt olim viuus, puniat tyrannos.

1590. *Non duces sauos miseranda tellus
Habeat, nec vlla dominetur aulâ,*

Qui potest solum decus esse regni*

Semper intensum tenuisse ferrum.

Versus alter nōne clarè labat? Erige, Horreat,
nullâ. Nam Sapphici sunt, puri, puti. Lege etiam

Mss.
putēt.

connexè. *aulâ Cui potest: item, impensum, è libro, non intensum. Sensum hunc effice. Nusquam imperet, cui solum decus sceptri est, occupatum semper habuisse ferrum.*

a Ald. 1596. a *Ecquid hoc? mundus sonat.*

Lugd. Vetus, b *Heu, quid hoc? Quem audi, & me scribentem, tonat.* Mundus enim huic poëtæ (nec *En quid.* sine exemplo) ferè semper Cælum.

b Ort. 1624. - *Chaonis quondam loquax*

Stat lata vasti quercus.

Non nego. tota hæc descriptio exstructi rogi molesta, odiosa. quid facias? aut ne lege, aut corrige: *Stat vasta latè, traiectu verborum.*

1631. -- *tunc cadens lentâ morâ*

Duxit ruinam.

Reperio in scripto, *cadens latam sui*

1653. *Victure felix, has enim nunquam irritas*

Mittes in hostes.

Verba, quæ Hercules sagittas porrigit Philoëtetæ. Ea in libro meliora: *Virtute felix iuuenis, has nunquam.*

1722. -- *est nostros manus*

Qua tendat arcus.

Scribe & *σκωμπελινῶς* pronuncia, *en nostros.*

1726. *Rogat ecce iam me genitor.*

Decorúmne Iupiter Roget? Negat ratio, & liber qui habet, *Vocat.*

1733. *Tantum ingemiscit ignis ad durum iecur.*

Concinnius feceris, ignis: ah durum iecur?

1748. -- *cumq; iam forti datum*

Leto satis pensavit, igniferas trabes

Hinc inde traxit, nimia quas flamma occupat

Tota sçq;

Totaſq; in ignem vertit.

Scribe, *minima quas flamma*. Nam hoc vult lō-
ga & affectatiſſima narratiuncula, Herculem
poſtquam probavit fatiſ parē ſe dolori & cui-
cumque ferendo letho, trabes rogi corripuiſſe
& ad ſe traxiſſe, quę minimum etiam vſta, ſci-
licet vt totus toto rogo iam perureretur.

1756. -- *ſed quid hoc? mœſtam intuoꝝ*

Sinu gerentem reliquias magni Herculis,

Crinemq; iactans ſquallidum Alcmene gemit.

E veteri legas, *ſed quid hanc mœſtam intuoꝝ Sinu*
gerentem? & Cinerem, non Crinem. Quod planē
verum reor, ſi reſcribas in fine gerit.

1763. *Hic tumulus ille eſt. ecce vix totam Hercules*

Compleuit urnam.

Acue ſententiam, & lege. *illi eſt.*

1821. *Hic pax cruento rege proſtrato data eſt,*

Vbi enim negata?

Illuſtiora hæc facio: *Vbi ei negata eſt.* ſine inter-
rogatione, & vocula addita è libro. Senuſ, Hic
Thraciæ vniuerſæ pax eſt data, poſtquā Dio-
medi vni negata eſt: quem interemit.

1870. *Ille Tyrannus iuſſit Stygias*

Penetrare domos, populisq; mandans

Ponere ferrum.

Chorus in laudem Herculis pronunciat. Scribo * Ort.
autem, * tyrannos. Deinde * populisq; madēs: egre- * Lug.
gia & vera correctione. Nam vulgatū illud ver-
ſus abnuat, & ſtructura dictionum. Mens eſt,
Herculē Tyrannos miſiſſe ad inferos, & tinctū
cruore populorum ferrum iuſſiſſe deponere.

1897. -- *Flete Alciden*

Quid

Quòd non stabulis vescitur infans.

Ort.

Ego tibi adfirmo scribendum, * *nascitur infans.*
Flete, inquit, Herculem, cui debetis, quòd non
nascuntur vobis pueri, futuri pabulum equis.

1922. *Teq; in primo limine Ditis*

Monstra morantur?

Mss.

Nihil hic mōstra valent. lege cum libro, * *Fata.*

Par.

1271. *Proinde luctus pone, quos gnato pater*

Genetrix inert.

Legam, *gnato paret.* Vetus autem *Meretrix* sug-
gerit, pro *Genetrix*: nec video qui approbem.

1982. *Et numen, & te mundus aternus tenet.*

Mundus, id est cælum: Tamen liber, *te numen*
aternum. haud improbè. Sequenti versu velim,
Io triumphe. Et vsurpo libens, post longam cum
vitiis in hac Fabula pugnam. quæ ipsa (vno ver-
bo dicam) vitiū: nec in vlllo scripto manifestius

Φεύαγμα & ὄνυξ. Pergo

AD THYESTEN.

Quæ fabula bona, & in manibus est minùs ma-
culosa. Eo hic ego breuior.

Vers. 1. *Quis me furor nūc sede ab infaustra extrahit?*

Tantali verba emergentis ab inferis, sed cum
occulta labe. Tène furor extrahit? nullus, sed
Furia ipsa, Megæra. Assentiamur igitur meo li-
bro, *Quis me inferorum sede ab infaustra.*

9. *Aut pœna Tityi, semper accrescens iecur*

Visceribus atras pascit effossis aues?

Ille ipse hic hemistichio auctior: *Aut pœna Tityi,*
qui specu vasto patēs. & subiungit deinde, *Semper*
accrescēs iecur. defectūsne est? an illa ab adtextu?

54. *Ornetur altum culmen, & lauro fores.*

Leue est: sed nota fide libri, qui præfert, * *al-* Ald.
tum columen. Lugd.

59. *Ecquando tollet ignibus iam subditis
 Spumante aheno? membra per partes cant.*

Melius distinxeris: *Spumante aheno membra?*

93. -- *moneo, ne sacrá manus*

Violata cade, néve furiali malo

Aspergat aras.

Imperãdi formula scribe, *Violate, itẽq; Aspergite.*

105. -- *iam tuo mæste pede*

Terra grauantur.

Elegantior lectio scripta: *tuum mæste pedem.*

170. -- *stat miser obuios*

Fluctus ore vocans.

De Tantalii extincta siti. cui verbum aptius
 præfert codex, *ore petens*. Nã captat sanè idem-
 tidem, non solum aduocat laticem.

228. *Aurata reges sceptrâ Tantalici gerunt,
 Vetus, Tantalii: ego, Tantalei.*

237. *Pars nulla nostri tuta ab insidiis vacat.
 Idem, Pars nulla generis tuta.*

300. *Maliq; fessos grauibus & faciles capi
 Preces mouebunt.*

Quem cur non & hic audiam? *Prece cõmouebo.*

329. -- *multa turbatus solet.*

Detegere vultus.--

Vetus: *multa sed trepidus solet*. Vtrumuis rectũ.

387. *Rex est qui metuit nihil.*

Ex manuscripto & meo & Fabricij versiculus
 addendus, *Rex est quiq; cupit nihil*. Cur autem
 eum deleant? plenitudo sententiæ postulat. nec
 aliter verè hoc regnum constat, nisi duplicem

affe-1

affectum adimas, Spem & Metum.

441. *Pater potest regnare: THY. cum possim mori.*
Subobscurum hoc responfi. legam, *potes regnare.* THY. *quin possim mori.* Nempe impellūt filij (heu, inprovidi) Thyestem ad eundum: & spe inprimis regni. Ambigis pater? ecce, in propinquo sceptrum. Respondet ille haud vanè timidus, Sed & mors fortassè in propinquo.

459. -- *non ventrem inprobum*

Alimus tributo gentium. nullus mihi

Vltra Getas metitur & Parthos ager.

Hoc dictum de multitudine seruatorum, ad verbum è Senecæ prioris epistolis sumptum moneo. cuiusmodi multa adnotare tibi possim in his fabulis, studio quodam ab eo viro sumpta. Versu tertio, *metatur*, legit codex, & cū eo ego. *Metabat sese circum loca*, in Poëta veteri legi.

463. -- *nulla culminibus meis*

Imposita nutat silua, nec fumant manna.

Succensa multa stagna.

O suaues hic interpretes! stagna aiunt succēdi, vt fundus dulcior, dulciores reddat pisces. Tu scito de balneis domesticis & ambitioso in eas apparatu Poëtam loqui. Non attigissem, nisi iussisset deus Ritus.

487. *Eatur, vnum genitor hoc hortamen est.*

TH. *Ego vos sequor, non duco.* PL. *Respiciat deus.*

Quod hortamen vnum? quæ sana hic mens? Egregiam emendationem præit liber. vnum genitor hoc testor tamē, Ego vos sequor, nō duco. Cōtinēter hæc Thyestes dicit euictus tandē suadela siue precibus liberorū, Age, inquit, eamus. ta-

men

mē hoc pater vobis testor, sequi me, nō ducere.

524.

-- ornatus cape,

Quales mei.

Vetus,

Pares meis.

578.

*Scylla pulsatis resonat cauernis,**Ac mare * intortum timuere nauta.*

Ort.

Frigidum hoc, si attēdis. Quid mirū si Scyllam *in totū.*
 iratam nautæ timeant? vilius, quam pro re, di-

ctum. Scriptus: *Ac mare in portu timuere nauta.*

Quod verum fateberis, si rimaberis. Nam hoc
 ait: Cū Scylla sæuit & tēpestas vbique atrox;
 nautæ vix in portu securos se putant, illic etiā
 timent. at cū serenum rediit, non solū naues,
 sed & cymbæ persultant, & contemptim ludūt
 in illo ipso freto. Sequentia vide. huc adigunt.

603.

*Anxius sceptrum tenet, & mouentes**Cuncta diuitias, metuitq; casus**Mobiles rerum, dubiumq; tempus.*

An rex diuitias timet? vouet, scio. Sed alienas
 fortasse. quia nihil tam sanctum, quod illæ non
 violent; tam firmum quod non expugnent.

Ἰθλ. 05. Alij substituunt, *dynastas*: cōtra veruum

legem. Librum meum, si sapias, approba: *diuinat*

metuitq; casus. Rex, inquit, semper in metu: & si

præsentia bona, tamen diuinat & prælagit ca-
 sus fallaces & summa imis miscentes.

639.

Non quæro quis, sed vter effare ocius.

Labat versus. In scripto legi, *Non quæro quid sit*

sed vtrum est effare. nec hoc rectè. Caliginem in

hac festinatione non dimoueo.

640.

In arce summâ Pelopis, una est pars domus.

Assentiōr magis veteri: *Pelopea pars est domus.*

Nam

Nam Pelopeum, breui penultima, vt Dioneum Catullo.

649. *Arcana in imo regia secessu patet.*

Si arcana, quomodo patet? Liber, iacet.

693. *Contrectat, & componit, & ferro admouet;
Accendit ipse. nulla pars sacri perit.*

Non præteruolat me scripta lectio, *Attēdit ipse.*
& mirum ni vera. Vult eum attentè obseruasse
(vt ritus) motus gestusque nouarum istarum
hostiarum: volentes se darent ad securim, &c.
Nam de igne accenso, haud æquè narrationi
faciat. Tamen.

Ort. 740. *Pectore receptus ensis, in tergo * exiit.*
exstitit Liber, *in tergo stetit.*

812. *Tenebrasq; iubet surgere, nondum
Nocte peractâ.*

Ort. Minimè verò *peractâ*: sed vt libri veteres, * *pa-*
Ald. *ratâ*. Ecce enim Sol sese condens noctē indu-
Lugd. cebat & surgere iubebat ante tempus. ideoque
imparatam. Habes Thyestē: muginor nūc tibi

IN OEDIPVM.

Verf. I. *Iam nocte pulsâ dubius effulsit dies.*

Haud damnes. tamen purius germaniusq; cen-
seam quod in libro, *Iam nocte Titan dubius ex-*
pulsâ redit. Sanè vocula *Dies*, parum amcenè
mox repetitur.

4. *Iam cernet auidâ peste solatas domos.*
Idem habet, *prospiciet auidâ.*

34. *Incolumis ergo, scilicet Phœbi reus.*
Amplector scriptum, * *Incolumis adsto.*

42. -- *tenuis Ismenos fuit*

Et tingit ipsâ nuda vix undâ unda.

Liber, tingit inopi. quis non præferat? Et statim
nihilò pallet die: non vt vulgo, pallet nouo.

61. *Properatq; vt alium rezerat in eundè rogum.*
 Idem, *vt alium repetat.* Hæc sanè sententia est.
 Parens à funere properat ad funus, & petit a-
 lium quem comburat.

93. *- cruentos pestis infanda tuli*

Rictus.

Idem, *vatis infanda.* De Sphynge sermo.

95. *Cumq; è superba rupe iam præda imminens.*
Adparet ales verbera, & caudam mouens
Sauì leonis more, conciperet minas.

Primo versu, nescio an *supernâ* melius. altero
 scribo, *Aptaret alas, verbera & cauda mouens.*
 In libro quidem meo est, *cauda.* Describit in
 Sphynge violentam famem & rabiem. Iam,
 inquit, alas explicabat ad me inuolandum, iam
 caudè verberibus se stimulabat, solitum leoni.

101. *Nodosa fortis verba.*

Vides verum esse, *sortis.*

174. *Vaga per lucos simulacra virum*
Maiora viris.

Malim, *Maiora veris.* Hæc opinio veterum,
 manias istas & mortuales imagines semper ap-
 parère supra verum humanumque statum. No-
 stra ad xi. Taciti vide.

186. *Multoq; genas sanguine tingit.*

Conuenit cum nota Thucydidæa in Peste, qui
 ὀφθαλμῶν ἐρυθρῶματτα appellat: sicut & Lu-
 cretius facit, *- oculos suffusâ luce rubentes.*

Tamen Codex noster, *tendit*, præfert. haud
 malè: vt multo illic concursu sanguinis tendi

velit & horrescere pellem.

244. Si quid video, Personarum discrimen mutandum, & hoc faciendum:

CR. *Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.*

OED. *Curam perempti maior excussit timor.*

CR. *Pium prohibuit ullus officium metus?*

OED. *Prohibent nefandi, &c.*

270. *Ita molle senium ducat, & summum diem Securus alto degat in folio parens.*

Oedipi votum & iuratio est, Ita pater mihi, inquit, quietè moriatur in suo regno. Sed nonne melius huic sententiæ liber? *alto reddat in folio, cenfeo. Nã & veteres vulgati, regnet, non degat.*

280. *Vnde altus ima deserit, calum petens.*

Parnassum describit attollentè se & assurgentem. legit vetus, *alta arua deserit, rectissime.*

334. *Pudet deos nescio quid huc properè admoue. Liber, propè admoue.*

338. -- *expauit diem*

Trepidusq; vultum obliquat & radios fugit. Proba, sed an sincera? negat liber, qui suggerit: *vultum solis & radios.* Multa autem hic & rara notabis ad Ritualia sacrorum.

341. *Iuuenca ferro semet opposito induit.*

Mss. *Vetus, *imposito.* De securi, non malè. Silius XVI. *Victimaq; admota stabat subiecta securi.* Vulgata tamen recta, de cultris quibus cadentem excipiebant & iugulabant.

373. *Quod hoc nefas? conceptus infasta bouis. Liber, innupta bouis.* Atque ita sanè duplex mōstrum! quod nec suo loco fœtus, quod nec in

vacca. *Suprà* iuuenecam appellauit: & solent tales eligi ad sacra.

377. *Infecit arctas liuidus fibras cruor.*

Malo cum libro, *Infecit arctas.*

382. *Vox est, nec vsquam territi fugiunt greges.*

Legebam, *mugiunt greges.* appositè. At liber suadet, **resonant*: quod magis approbem, quia Ms 3
mox Mugiendi vox iteratur.

500. *Concinit tadas geminus Cupido.*

Ex ritu antiquo egregiè liber, *Concutit.* Scis in nuptiis faces præferri solere, & plerumque à pueris. Huc respiciens vult Bacchi & Ariadnes cœtui præluxisse Cupidinem vtrumque.

536. -- *silua iam fessa cadens*

Radice.

Scribe, *illa iam*, auctore libro. Nec enim de silua tota loquitur, sed diuisim de arboribus. Hæc, inquit, ramos amisit: istam iam radix non tenet, &c. Vide versus ipsos. Quod semel monitum, semper fac. Quis enim tibi fructus aliàs ex breuiculis his Notis?

551. -- *ipse funesto integit*

Vates amictu corpus, & frondem quatit.

Quam frondem? Taxum, cupressum, aut similem aliquem feralem ramum? Non abnuam, nisi quod præualet apud me codicis scriptura, *frontem.* Nam frontem quatere mœsti aut irati solent: nec disconuenit infero huic sacro.

620. -- *atque ab omni dissidet turbâ procul.*

Illustra, & scribe, *dissidet*, cum meo libro. Nempe vult Laium, qui inuitus & vi violenta carminis protractus ad superos, procul se remouisse

se ab aliis, & solū resedisse, seque occultantem?

634. -- *prima qui seua necis*

Sceptra, & nefandos occupat matris thoros.

Ort. Præfero quod in meo est, *præmia qui: siue quod*

* Lug. in prisca editione, * *præmia.*

682. *Certissima est regnare cupienti via,*

Laudare modica, & otium ac somnū sequi.

Non Hercules *sequi*, non: sed *loqui*. quod adferit vetus. Nam ita est. qui regno occulti imminent, regnū & alta sermone detestatur, vt re assequantur. Prudentissimus Historicorū: *Simulatorem segnitia, dum temeritati locum reperiat.*

685. CR. *Parū mne me tam longa defendit dies?*

OED. *Aditum nocendi perfido præstat dies.*

Liber vtrobique sufficit, *Fides*, pro *Dies*. Ego libens audio.

701. - *Quisquis in culpā fuit*

Dimissus, odit omne quod dubium putat.

Tenebræ in hac sententia: quas mirabar: si quis penetrabit. Ego dispelli eas censeam, vocibus paulum compositis, aut correctis. *Quisquis in culpa fuit Dimissus, odit omne quod dubium, putat.* Sententia biceps. Primum ait, Omnem qui accusatus & dimissus, odisse eum apud quem, & ob quem, in periculo. Deinde vniuersè hoc Regibus præcipit. de quo ambigis, pro certo habe: & culpam ambiguam, puni vt veram. Vide adiuncta, videbis verum me vidisse.

771. *Cecidisse nostri stipitis impulsu obuium.*

Liber, *stipitis pulsu*: fauente versu.

795. *Grauem paterna regna discutiunt metum.*

Et hic ille aptius: * *Omnes p. r. di. c. tiunt metū.*

805. *Quod subditiij premium gnati petis?* Ort.
 Liber, *subditiui*, & *petiit*. nota lapsi temporis: Ald.
 vtrumque rectè. Lugd.

889. *Lene sed modicum fluens* Bas.
Aura. Par.

Concinnem ex vestigiis scripti: *Lenis & modicè fluens.*

1007. - *qualis attonita & furens*

Cadmæa mater, abstulit nato caput,

Sensimve raptum traxit: afflictum alloqui

Cupit, pauetq̃.

Hæc verò inepta. Scilicet in furore illo sensum & leniter caput auulsum traxerit Agaue? aut hæc ad similitudinē faciant, quā instituit Pœta? nihil. Liber meus: *Sensitve raptū dubitat.* Ex quo aptissimè apto: *Sensitq̃ raptum. dubitat, afflictum alloqui Cupit, pauetq̃.* Qualis, inquit, Agaue cum furēs filio caput abstulit, & mox facinus sensit, attonita stetit, probaret an dānaret facinus, sileret an loqueretur: talis hic Iocasta.

1011. 10. *Cupiunt & horrent ora. Nam quid te vocem?*

Alia in nostro lectio. *Et hæret ore prima vox. quid te vocem?* & quidem omissā Iocastæ persona. Ego valdè approbem, si tamen rescribas, *Sed hæret.* itemque diffindas versum, & Iocastam inferas ante hæc verba, *Quid te vocem?*

1014. OED. *quis frui tenebris vetat?*

Quis reddit oculo? mater an matris sonus.

Verum cense: *matris en matris sonus.* atque ita liber. Adfirmatè hoc dicit indignans Oedipus.

Quid iuuat eruisse oculos, ne viderē matrem?

ecce audio, & tamen ab illo sensu. Silet Oedipus: opem meam poscit

HIPPOLYTUS.

Quæ tamen fabula veteri meo libro PHÆDRA inscribitur: neque nulla de causa.

Vers. 13. *Vbi per glacies lenis Ilissus,*

Vbi Mæander super æquales

Labitur agros.

De Attica sermo. vbi igitur in ea glacies, aut fluij glaciati? ambigo. An non, *per glareas?* cōtracta in bisyllabam voce, ob versum. Vt velit Ilissum per scrupos & saxa volui, Mæandrum per æquabiles arenas. Videatur. nisi vitium tamen maius, nonnullo indicio librorum. Nam meo ecce, *totus ille secundus versus abest: idque, cum bis in eo (nescio quo casu) scriptus primus hic Actus. At editioni prisæ, abest totus primus, in qua *Melanes* etiam est, nō *Mæander*. Cogita. nam calidè hæc me scribere vides.

*Mss.
Par.

163. *Quid pœna presens conscius noctis pauor?*

Bene. Nam nocte plerumque inquietat scelerū memoria. Tamen meo est, *mentis pauor*. non minus rectè.

237. *NVT. Resistet ille, sed tractandum dabit?*

Hæc cum sequentibus Nutrici tribuuntur. nolim. Ego Phædræ ea dicere velim, sed affirmantem, non rogantem. At huic versui personam Nutricis dederim. *NVT. Tibi ponet odium.*

262. *Pro castitatis vindicem armemus manum.*

Nec hoc placet in Nutrice. Da Phædræ; & obiter corrige, *Pro castitate*. Mori enim illa præoptat, quam pudorē violare. quod tamē impedit

Nutrix

Nutrix, quæ mihi iam dicat, NVT. *Sic te senectus
nostra.*

277. *Iste lasciuus puer, ac rē nitens.*

Malim, ac renidens. Fallaci quodam risu, Cupido. Sta tim, moderatur arcu: ex veteri.

286. *Quaę ad occasus iacet ora seros.*

Probè, nescio an verè. Liber arguit: * *Quaę ad* Ms.
Hesperias iacet ora metas. Nec moueor, quòd
versus non ad Grammaticam legem. Permutat
enim interdum pedes hic Poëta: vt mox, *Si qua*
Parrhasia glacialis vrsæ. Ita enim liber.

305. *Perę fraternos, mala regna, fluctus.*

Vetus, * *noua regna.* Ioui noua: cui regnū cæli. Mss.

332. -- *quaę ætherio*

Baf.

Candida mundo sidera currunt.

Idem, *quaę per ipsum Candida mundum.* Inter-
polarunt ij, quibus mundum *αὐλῶς* pro Cælo
dici, nouum erat.

Altrix profare, quid feras? quonam in loco est?

Actus secūdi hoc initiū, sed planè *ἄλλοθεν.*

Quid enim roget Phædra de successu alloquij,
cū vix digressa ab ea nutrix? Sed nec sequētia,
ad hanc mentē. Liqueat mihi transpositū versi-
culū, & infra alibi inferēdū: ac mirū ni illic, vbi
Phædra ad aspectum Nutricis in hæc decorē e-
rumpat: tum deniq; viso etiā Hippolyto conci-
dat. Suffici igitur censeam post vers. 584. Vide.

368. *Nec se quieti reddit.*

Vetus, * *Nunc se.* Dat quidem se quieti, sed illa Mss.
non admittit. Ald.

403. NVT. *Depone questus, nō leuat miseros dolor,*

Regina. sanis ecquis est flammis modus?

Par.
Lugd.

Agreste placæ virginis numen dea.

Aufim hæc traicere, sic: NVT. Regina s&uis ecquis

Mss. *est flammis modus? * Sepone questus: non leuat. mise-*
Par. *ros dolor. Agreste placæ virginis. Res suadet.*

Lugd. 444. *Mentem relaxa. motibus festis facem Adtolle,*
Liber, *noctibus festis. quod valdè approbo, & scio*
hæc dici de nocturnis faciis Triuiæ. Proper.
Cùm videt accensis deuotam currere tadis

In nemus, & Triuia lumina ferre dea.

512. *sive fons largus citas*

Defundit undas.

Idem, *Defundit. aptius.*

520. *- si celer somnus premit*

Secura duro membra versantem thoro.

Idem, *certior somnus. &, versantur thoro.*

531. *-- non vasto aggere.*

Crebraq; turre cinxerant vrbes lacus.

Ms. Lacus interpretantur Fossas quibus vrbes cin-
ctæ. Cur librum non magis audiam, * *latus,*
scribentem? Vrbes enim sibi *latus* cingunt &
claudunt aggeribus murorum & turribus.

592. *Cur dulce munus reddita lucis fugis?*

Aude anime tenta.

Personis hæc variari placeat: HIP. *Cur dulcem.*
r. l. fugis? PHÆ. Aude anime.

605. *Vos tester omnes calites hoc quod volo.*

HIP. *Animusne cupiens aliquid effari nequit?*

Ort. Fallor. aut bonæ lectionis & sententiæ mihi li-
ber auctor: * *Vos t. o. c. hoc quod volo Me nolle.* HIP.

Animusne cupiens aliquid effari nequit? Phædra
aperire amorē cupiens, vim eius primò aperit.
Et dij mihi testes, inquit, cupere me quod non

cupio,

cupio, velle quod nolo, sed adigit sæuus & in-
uictus ille deus. Nimum fanè hæc bona. Sed
versus, inquires, spernit. Iam antè monui, inferi
interdum dimidiatos istos versiculos, sententia
poscente, nec sine grauiorum vatum exemplo.
Quod si concinnare tamen versus placet: de-
leam *τὸ aliquid.* & legam, *cupidus, pro cupiens.*

619. *Muliebri non est, regna tutari patris.*

Germanum credo, * *tutari vrbiū:* vt in libro. Ms.

621. *Ciues paterno fortis imperio rege:*

Sinu receptam supplicem ac seruam rege.

Lege è scripto, * *ac seruam tege.* Præiuit Regēdi Ms.
verbū: & iucunda paronomasia Tegēdi subdit,
haud paulo aptius ad Phædræ mentē & votum.

658. *Et genitor in te toruus, & torua tamen*

Pars aliqua matris.

Credo verius, * *in te totus,* fide libri.

Lugd.

768. *Languescunt folio lilia pallido.*

Inferta vocula vetus, *vt lilia,* rectè.

783. *Lasciuæ nemorum multiuagæ deæ,*

Panes quas Dryades montiuagi petunt.

Dic verum. hæc capis? non puto. Liber meus,
Panasq; Dryades montiuagos. Emendo, *Panas quæ*
Dryades montiuagos. Mens & ordo verborum:
Te Hippolyte lasciuæ deæ petent ob tuâ hanc
formam: illæ ipsæ Dryades, quæ Panas & Saty-
ros solitæ furtim petere.

823. *Deformis senij limina transeat.*

Hoc fanè aptum &, puto, verum. Quid scriptu-
ra tamen vetus vult, *senij monstret imaginem?*

826. *In scelere quarit crine lacerato fidem.*

Emendant, * *Et scelere.* Meo fuit, *In scelera.* quod Mss.

valdè probo. Et si deletum id, & repostum, *En secta?* quod ipsum haud spernam, detestandi & admirandi quadam forma.

852. *Et limine in ipso vasta lamentatio.*

Mss. **V**eteri, *In limine ipso * mæsta.* optimè.

Par.

974. -- *hominum nimium*

Securus, ades non sollicitus

Prodesse bonis, nocuisse malis?

Opinor scribendum, *Securus audis.* Cur tu ô magne deus, inquit, cum cætera mûdi cures & dirigas, culparis tamè & audis securus hominû? Nam vetus & solita hæc deblacteratio in Deû.

1022. *Latuere nube numen Epidauri dei.*

Hoc perplexum vetus euoluet, è quo scribe: *Latuere rupes numen.* Illæ rupes, inquit, quas Æsculapius infidet, latuere præ alto hoc fluctu. Ab Euripide est, qui hac ipsa in re *Ἐκρυπτός Ἰοῦ μὲν καὶ πᾶσαν Ἀσπληπίου.*

1045. *Longum rubenti spargitur succo latus.*

Veteri, *succo. ego, fucco.*

Mss. 1063. **Toruusq; currus ante trepidantes stetit.*

Et tor- **Q**uis *Toruus* Moles. Nam id præcessit. Orbili, tuam fidem. Noster, *Toruusq;* ad Grammaticam, non ad versum. Lege, *Toruusq;*.

Del-

Rio,

Tau-

rusq;

1128. *Admota atheriis culmina sedibus*

Duros excipiunt Notos.

Vers. imple è libro: *Euros excipiunt, excipiunt Notos.*

1176. *Animaq; memet pariter & scelere exuam.*

Liber, *Animaq; me fredam pariter.* Quid hoc monstri: eruo, & scio scriptum fuisse, *Animaq; Fedram pariter.* Sanè hæc sui compellatio haud paullo validior ad affectum.

1193. *Mucrone pectus impium iusto patet.*
 Possit videri illi simile, *Esuriente leone ex ore ex-*
sculpere pradam. & quæ talia. Tamen vereor vt
 verius sit, *iusto pete.*

1271. *En hæc suprema vota genitoris cape.*
*Vetus, Et hæc suprema * dona.* verè.

Mss.

1275. *At vos per agros corporis partes vagas*
Acquirete.

Idem, *Inquirete.* Aut hoc verum, aut magis *An-*
quirete. Excipit nunc

T R O A S.

Verf. 28. *Testor deorum numen, aduersum mihi,*
Patriæq; cineres: teq; rectorem Phrygum,
Tuosq; manes, quodq; stetit antè Iliam.

Hecubæ hæc attestatio est, quæ cõpellat deos,
 Priamum, Hectore. sed de isto, verba in men-
 do: quod elues è libro nostro, *Tuosq; manes quo*
stetit stante Iliam. Nam hoc illa & alij Hectori
 tribuerunt, Troiam in eo & cum eo vixisse.
 Bella hæc emendatio.

49. *Quod penitus actum, cum recepisset libens,*
Ensis senili tinctus è iugulo redit.

Vana verba. *Quid* enim mirum ensẽ sangui-
 neum extractum è vulnere? At contrà voluit.
 & mea fide scribe, *Ensis senili intinctus:* quod in-
 terpretor, non tinctus; aut si displicet, vocolam
 immisce, *senili haud tinctus.* Sententia quidem
 palàm & mens Hecubæ hæc fuit: Priamũ, cum
 Pyrrhi gladium animosè recepisset: tamen e-
 misisse illum sanguine vix tinctum. Nõne de-
 core hoc de sene, qui frigidus & ἀνάματ? *Q?*
 Nequid ambigas, ecce de eodem Priamo, idem

Põeta

444 ANIMADVERSIONES

Poëta in Agamemnone: *Vidi, vidi, senis in iugulo, Telum Pyrrhi vix exiguo Sanguine tingi.*

56. - non tamen (superi) sat est,

*Domum ecce Priami, nuribus & natis, legens
Sortitur urna:*

Mss. Liber meus, *superis sat est: quod verius & simp-
Par. plicius. Sequentia à me sic concinno, *Donum*
Baf. *ecce Priami è nuribus.*

87. - veste reuulsâ.

Substringe sinus.

Mss. Idem, * veste remissâ.

Ald. 161. *Felix quisquis bello moriens,*

Par. *Omnia secum consumpta videt.*

Baf. Præfero scriptum, *consumpta tulit.* Aufert vide-
Lugd. licet omnia secum, qui post se nihil linquit.

172. - terra mugitu fremens,

Concussa cacos traxit ex imo sonos.

Quid? vt insonuerit aut vocem emiserit terra? nihil tale. Scribe cum libro, *sinus, non sonos.* Est hoc ipsum, quod mox dicit: *Tunc scissa tellus aperit immensos specus.*

203. *Triton ab alto cecinit hymenaum choro.*

A quo alto choro canit Triton? Missis nugis lege, *Tritonum ab alto cecinit Hymenaum chorus.* atque ita liber. Vult Tritones in mari, quia Achilles Thetidis filius, præcinuisse nuptiis eius & Polyxenæ.

228. - Thracios nutrit greges.

Scriptus, *mittet greges.*

240. *Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,*

Pariterq; Memnon.

Quæ mala libido hæc substituendi, cum in li-

bris clarè esset, * *Patruiq; Memnon?* Certè idem Ort.
Priamus Hectori pater, & Memnoni patruus Lugd.
per fratrem Tithonum.

244. *Didicitq; Achilles & diis natos mori.*

Multo melius veriusque nostrar, * *& deâ.* Nam Mss.
parente saltem dea genitus Memnon, vti & A- Par.
chilles.

256. *Quo plura possis, plura patienter feras.*

*Quid cade dirâ nobilem clari ducis
Aspergis umbram?*

Hæc parum inter se nexa, si legendo continues.
Personis diuidere malim: PYR. *Quo plura p.p.p.*
feras. AGA. *Quid cade d.*

266. *-Troia nos tumidos facis*

Nimum ac feroces.

Imò verò, *timidos.* Vterque affectus ab illa; Fe-
rocia quia vicerât, Timor quia tam potens illa
victa: exemplû scilicet, nihil esse res humanas.

279. *Affligi Phrygas*

*Vinciq; volui: ruere, & equari solo
Etiam arguissem.*

Scribe, arcuissem.

397. *Arctoi Borea dissipat impetus.*

Germana vox in veteri, *Dissicit.*

476. *-- sed mei fati immemor,*

Tam magna timeo vota.

Sententia postulat, *fati memor.* Reuocat se à tam
magnis & felicibus votis Andromacha: & scio,
inquit, aliud esse fatum Troia & Troum.

548. *-- si tamen tecum exigas,*

*Veniam dabis, quòd bella post annos decem,
Totidemq; menses, iam senex miles timet.*

Quid

Quid ais Vlyffe? Bellumne illud ad Troiam decem annorum & decem mensium? exacta putatio: sed alibi nusquam lecta, imò falsa. Nimis iuuat hic liber, *bella post hiemes decem, Totidemq; messes.* Aureola correctio.

552. - *magna res Danaos mouet,*

Futurus Hector. libera nos hoc metu.

In meo, libera Graios metu.

596. *Immiti Vlyssi gaudium ac Danais dabo.*

Eodem, Inuita Vlyssi, bene.

605. *Vt luce caruit, inter extinctos iacet.*

Verficuli huius corruptio, prioribus omnibus fraudi est; quos non est capere, nisi hoc correcto. Bene autem iuuat meus liber: *Vt luce caret, vt inter.* Nam hic sermo & iuratio Andromaches. Ita, inquit, in patria moriar, ita terra meo Hectori leuis esto: vt Astyanax, quem quaris, lucem non videt, vt est inter functos. Et verè iurabat. nam recondebat eum sepulchrum.

699. *Misero datur, quodcunque fortuna datur.*

Sententiam, vt sic dicam, exsensam reformo aptè: *Misera datur, quodcunque fortuna datur.*

Verum, ait, illud beneficium est, quod in miseros confertur: cum das, sine spe recipiendi. Et sanè alia dona, non dona sed hami.

899. *Cum dimicantes lata prospiceres viros.*

Enorme & nimium hoc est, vt Helena cū gaudio adspexerit pugnantes Paridē & Menelaū.

Satis, si absque acri dolore. Itaque assentire

Ort. meo libro scribenti. * *lenta.*

* Mss. 924. *Ignosce Paridi, iudicem * irritum puta,*

Ald. *Habitura causa est.*

Fabricius primus, opinor, *Irritum* istud substi- Bat.
 tuit. vanè. In sentètia nihil vidit. Lux à codice: Par.
iudicè iratū mea Habitura causa est. Dicit Hele- iratū.
 na: Tu licet Parim excuses. at mea causa iudi-
 cem suum habet, & quidem iratum. quem? Me-
 nelaū, què nēpe læsi. In eius nunc ego arbitrio.

947. *Viden' animus ingens latus ut audierit necè?*
 Magis ex lege versus, liber: *Vide ut animus in-*
gens latus audierit. Nam in secunda sede, libe-
 riorem interdum hunc nostrum video: magis
 strictum in quarta

1084. *Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus tegit.*

Describit concursum illum vulgi, omnia, ad
 adspectum Astryanactæi supplicij, occupantis.
 Sed huic menti magis faciet scriptura libri, *fa-*
gus gerit. Vult alium in rupe stetit, alium in
 pinu, lauro, fago.

1117. -- *silicis incussu caput*

Ruptum.

Vetus, *silicis impulsu.*

1145. *Stupet omne vulgus, & ferè cuncti magis*

** Perituram adulant.*

Ald.

Hieronymus Alexander caput huius lectionis Lugd.
 speciosa, sed falsæ. Tu Georgi Fabrici, cur sub- Vt per-
 scriptor? Nihil tibi ego detractum eo: sed pro- itura
 fectò non laudatissima opera tua in hoc quidè laudat
 Poëta, quem sæpius cura tibi innouandi fuit,
 quàm in veteri nitore cõseruandi. Libri prisca
 etiam meus, ** Perituram laudant,* quod versus Ort.
 spernit: sed *Peritura* lege, & rem habes. Per
 πώμην adiunctā narrat & effert. Omne vulgus
 attonitū stetit in forma Cassandre: & eo magis,
 quòd

quòd infitus nobis mos laudādi peritura. Nihil
verius. vel loca suppliciorum nostrorum adi.
Itaque velut parenthesi quadam hæc legenda.

1149. - *omnium mentes tremunt,*

Miserentur ac mirantur.

Suavius, quod in libro : *Mirātur ac miserantur.*

Abeo

AD AGAMEMNONEM.

Vers. 15. *Vbi ille celeri corpus euinctus rotæ.*

Malim, *inuinctus.*

35. *Auo nepotem, (prò nefas) patri virum,*

Natis nepotes miscui.

Ald.

Lugd.

Veteri, **Auo parentem.* Quæ intemperies mu-
tantium ? Historia siue fabula ita depostulat.

Nam Thyestes hæc enūciat, qui Ægistho pater
idem & auus. Ille, quia genuit: iste, quia ex filia.

37. *Sed sera tandem respicit fessos malis*

Post fata demum sortis incestæ fides.

Lege, *Post facta.* itemque, *incertæ*: hac mente.

Oraculum hæc scelera elocutum nobis; sed in-
credulis, donec fides incertæ dictioni ab euētis.

52. *An deceat hoc te, respice: at matrem decet.*

Ald.

Lugd.

Distinguo & scribo, *An deceat hoc te? *respice ad
matrem: decet* Ambigis, ô Ægilthe, inquit, an
scelus te deceat? matrem cogita, & quomodo
natus sis: decet. Scelere conceptus, quid edas
nisi scelus?

84. *Quæq; superbos urit Erinny,*

Tumidas semper comitata domos.

Vetus, *Nimias semper.*

104. *Felix, mediæ quisquis turba*

Parte quietus.

Ipse, Sorte quietus.

130. Proin quid est? da tempus ac spatium tibi.

Muto, Proin quidquid est, da tempus. sic, vt prima vox exaudiatur vnifyllaba.

147. Cui vltima est fortuna, quid dubium timet? Litterula mutata illustro, dubiã. Qui in extrema sorte media non timet, nihil euenire peius potest.

208. Hunc fraude nunc conaris insanã aggredi. Noster, conaris & furto aggredi. verè & eleganter. Furta enim, de fallaci quouis & insidianti facto, Latinis dicta.

235. Tu nos pericli socia, tu Leda sata

Comitare: tantum sanguinem reddet tibi

Ignauus iste ductor.

Cæci hic interpretes. nos distinctiuncula expeditimus: Comitare tantum, sanguinem r. tibi. Ait Ægisthus: At tu, ô Clytæmnestra, non ducem te discrimini præbe, sed sociam tantum: faxo vt Agamemnon hic tuus breui nobis det cruorem. Altero abhinc versu scribito, vultus languido obtutu stupet.

254. Effusa circum pellicum quanto venit

Turba apparatu sola sed longè eminent

Tenetq; regem famula veridici dei.

Primum velim, Affusa. deinde est in libro, turbâ sed longè eminent: amœnè, nisi damnet versus.

Scribas ex eodem, Tenetq; regnum.

316. -- tu quoque nostros

Thebana manus comitare choros.

Nonne magis ἑπιεικῶν, Thebais hospes comitare?

Ita meus liber; & scio mutatum imperitis.

334. -- *cum Titanas* -*Fulmine misso fregere dei.*Noster *Fulmine victos videre dei.*427. *Aurata primas prora signauit vias.*Liber, *prora designat.*468. *Cum Luna subito conditur, stella cadunt,*Idem, *stella latent, quod verius. & sequenti ver-
su, * tollitur, calum perit, sine copula.*

Ort.

Ald.

478. *Libycusq; arenas auster, ac Syrtes agit.*Idem, *ad Syrtes. suo & bono sensu.*504. *Sed trunca toto puppis Ionio natat.*

Ald.

In nostro, ** sed fracta toto.*

Lugd.

524. *Vehit ista Danaos classis & Troas simul.*Eodem est, *& Troas vehit: iteratione eiusdem
verbi hic apposita.*548. -- *tandem horream**Aliena inerti tela mitti dexterâ?*Meus habet, *tene horream.* Muto faciem oratio-
nis, & scribo: *tene horreâ? Aliena i. t. mittis dexte-
râ.* Ad Palladem auertit Ajax, & ego te, inquit,
timeam? quæ nec tuum quidem telum in me
torques. Nam Iouis hoc est fulmen.573. -- *iam timent terram rates,**Voluuntq; maris: cedit in luctum furor.*

Ort.

Liber: *maluntq; maria, * cecidit in lucem furor.*Prius verum & clarum. alterius sententia hæc.
Sub lucem demum defisse, vt solet, tempestatê.621. -- *restitit annis**Troia bis quinis,**Vnius noctis peritura fato.*Idem *peritura furto.* quæ notio verbi suprâ mi-
hi notata.

625. *Fatale munus Danaum traximus nostrâ
Creduli dextrâ.*

Euariat codex, * *Danaumq; fatale munus duximus nostrâ.*

Ort.
Ald.
Lugd.

671. *Non qua tectis Bistonis ales,
Residens siluis, impia diri
Furta mariti garrula deflet.*

Hirundinem intelligi clarum est, sed eâne in siluis: imò domuum assidua cultrix. Bene igitur liber: *Residens summis: & mox, garrula narrat.*

685. *Tristis lacerat brachia tecum,
Quæ turrita turbâ parenti
Pectore rauco concita, buxum
Ferit, ut Phrygium lugeat Atym.*

Scio de Tibia hæc accipi posse, quæ Gallorum propria, & sæpe ex buxo. Tamẽ liber occultiorẽ ritum præit, dum scribit: *Pectora rauco concita buxo Ferit.* Fanatici enim isti in simulato hoc cluctu pectora sibi tundere soliti, pinu, aut buxo. Claudian. *Cymbala ferre licet, pectusq; illidere pinu.* Lampridius in Commodo: *Isiacos verè pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.* Statius lib. x. - *quatit ille sacras in pectora pinus, Sanguineosq; rotat crines.*

760. *Ardentq; pallentes gena.*

Veteri, *Turgentq;.*

778. *Coniuxq; pariter obuios illi tulit
Gressus.*

Placet magis scriptum: *Et festa coniux obuios.*

Vult eam læto habitu obuiam isse marito.

817. -- *candida Phæbe.*

Liber, *pallida.*

914. *Quos anime demens refugis? externos fugis?
Domus timenda est.*

Electræ ad fratrem verba sunt, quem domo amolitur: haud paullo tamen melius concepta in nostro: *Quid anime dementes refugis externos metus?*

937. *Et ista demum palma Pisai Iouis
Velamen eadem praestet.*

Liber: *Et ista donum, verissimè. Palmam significat sibi datam præmium ludis.*

961. EL. *Nobis: quis iste est alter Agamemnon tuus?
Idem, Vobis.*

963. *Regina frangam. EL. mitius interea mihi
Tu vidua loquere, vir caret vita tuus.*

Ort. *Liber hic contractior, & nescit alterum totum versum. Sic ille continuat & legit: EL. *Citiùs interea mihi Ediffere ubi sit gnatus.* Sanè vulgata illa, quæ sita & frigidula: vt multa in hoc colloquio.

1006. *Vt paria fata Troicis tulerit malis.*

Liber melius, *lueret malis.* Superest mihi vltimus labor

OCTAVIA.

Vers. 41. *En qui ora Tanais primus imposuit iugo.
Legebamus, Tamesis. Criticus diuinus, Britânis.*

47. *-- nec graues luctus valet
Irâ coacta tegere crudelis viri.
Secreta refugit semper.*

Distingue: *Irâ coacta tegere crudelis viri Secreta refugit semper.* Id est, Auersa à viro, spernit & fugit cum eo esse sola: quod amant tamen nuptæ.

100. *Toleranda quâuis patiar: haud unquâ queant*

Nisi morte tristi nostra finire mala.

Ineptè. Exaggerare mala sua vult Octavia: hic sermo attenuat. Scribo, *Toleranda quæuis*: hac mente: Vis coërceri à me animum & linguam Nutrix? possim. si modò ea feram, quæ alius ferat. At nostra mala intoleranda, & quæ finiat sola illa omnium finis.

114. *Et morte gaudet auctor infanda necis.*

Malim, *Et sorte*. vt partem sortemque Britannici dicat abisse ad paricidam.

134. *Emergere vndis, & fer auxilium tua.*

Credam purius (etsi quam multa hic impura) *Emergere te vndis.*

149. -- *Criminis factus reus.*

Emendavi alibi, *facti reus*. adiuuat nunc liber, in quo, * *facti*.

Ort.

207. *Aureus idem fulsit in imbri.*

De Ioue, qui liquidus ob Danaëm. Aptius ergo liber: * *fluxit*.

Ort.

248. *Vtinam suorum facinorum poenas luat*

Nero: * *ipse diuo Domitio genitus patre,*

Orbis tyrannus.

Ort.

infi-

Belle. laudatum scilicet ire vult Neronis patrem & stirpẽ: imò depressum. Atqui & Diuum Domitium facit, falsò. Liber meus; Nero nisi duo. Nos optimè: Nero *infitiuus*, *Domitio g. p.* Hoc ei obiicit. nec ex stirpe quidem Cæsarea esse, sed fraude muliebri infiticism, cùm verus ei pater Domitius.

269. -- *prodidit lapsam domum.*

Scribe etiam libro, *perdidit*.

458. NE. *Despectus ensis faciat. SE. hoc absit nefas.*

Minatur Nero facturum se, vt scita sua & iussa non populi consensus firmet, sed ensis. Sed duplicet adiuncta vox ensi: & scribam, *Detectus ensis siue conspectus*. Nam in vrbe & toga, gladij recti ac conditi.

482. *Inuidia tristis victa consensu pio
Cessit senatus, Equitis accensus fauor,
Plebiq; votū est, atque iudicium patrum.
Tu pacis auctor, generis humani arbiter.*

Cōfusa hæc sic digeris licet: *Consensu pio Cessit: Senatus, Equitis accensus fauor: Plebiq; votis atque iudicio patrum Tu pacis auctor*. Quod scripsi, *votis*: à libro est. in aliis nos adminiculati.

569. *Vix sustinere possit hos thalamos deus
Videre, populi sancta nec pietas sinat.*

Mss. Lectionem veterem recipe; **dolor videre populi,*
Ald. *sancta nec.*

Par. 579. SE. *Negare durum est. NE. Principem cogi*
Lugd. *nefas.*

Baf. Imò, *Necare*. Id enim minatur Nero anteriore
Ort. versu, ferro se expressurum, quod precibus nequiret. Statim * *Remittat ipse, non Permittat*, est in libro.

657. *Socerum diri miseranda viri
Potes hæc demens sperare memor?
Hos ad thalamos seruata diu
Victima tandem funesta cades?*

Altero versu omnino legendum, *Potes, heu, demens*: & interrogatoriæ notæ delendæ. Quem tamen Socerum intelligit? Si rectum est, censeam Appium Silanum: qui pater L. Iunij Silani, desponsi Octauia. Et hic enim, & ille, interempti.

terempti. Octaviae igitur vaticinantur eundem exitum. Sed profecto nescio an eligam, *Sociam diri*, hoc sensu: Sperare o demens potes sociam te futuram Iunij Silani tui viri: & quidem matandam (quod olim illi factum) ipso die novarum nuptiarum.

682. *Affigat humo violenta manus*

Similes nimium vultus domine.

Scribo, *Affligat.*

722. *Diducta subito patuit ingenti mihi*

Tellus hiatu lata, quod praeceps toros

Cerno iugales.

Distinguo, *Tellus hiatu: lata quod praeceps.* illuc delata praeceps.

729. *Irrupit intra tecta tum trepidus mea*

Ensemq; iugulo condidit sauum Nero.

Malo, *trepidus meus.* de Nerone.

749. *Iugulo quod enssem condidit Princeps tuus.*

Malo, *Princeps tuo.*

791. *Quaecumque claro marmore effigies stetit,*

Aut ara fulgens, ora Poppæa gerens.

Non negitem Aras etiam positas Poppææ: sed nunquid illæ os eius gerebāt, quod Poëta addit? haud putem. Coniecturā nostrā, credo, approbes: *Aut ara fulgens.* Quæcunque statua, inquit, aut è marmore illi facta, aut ex ære, corrui.

794. -- *Membra per partes trahunt,*

Diducta laqueis.

Non *Diducta*, sed * *Deducta*. Nam is mos ut Ort. restem laqueosque statuis altioribus iniicerēt, & detraherent. Satyricus: - *descendunt statua, restemq; sequuntur.* Nota.

796. -- *verba conueniunt feris*

Immista factis, qua timor recipit meus.

Sopire flammis Principis sedem parant.

Diffindere hæc non dubitem, & Personam indere, sic: *Immista factis.* CHO. *qua timor recipit meus?* NVN. *Sopire flammis.* Interloquitur ad hæc noua & inopinata Chorus. & quid timidus, inquit, audio?

808. *Lesi tristes dabitis pœnas*
Sanguine vestro.

Conuenientius scribas, *Leui tristes.* O læui & malè prouidi *Quirites*, luetis & eluetis sanguine vestro hæc facta.

850. *Abstrahere nostris coniugem caram thoris.*
Liber, coniugem tantam, probo.

858. -- PR. *sine qui sentem arguat?*
NE. *Populi furor.* PR. *quis regere dementes valet?*
NE. *Quis concitare potuit?* PR. *haud quæquã reor.*
NE. *Mulier, dedit, &c.*

Omnia hæc, quia subtiliora, confusa corrupta. Primum lege, *Qui concitare potuit.* Deinde: PR. *Haudquaquam reor, Mulier.* hæc sententia. Quid admisit Octauia? Populus ob eã insaniuit. Quis populum possit regere? illa ipsa, quæ concitare. At non puto in feminam id cadere: cui animus quidem nocendi, non tamen vires. Lentè examina mi Raphaelengi: probabis.

869. *Vel pœna que tam sera damnatam premit.*

Etiã hic hærebis, sine manu emendatrice.

Nos putamus ad Neronem hæc referenda, sic:

NER. *Vel pœna, que tam sera.* Responso, quæ pœdet à Præfecti verbis vltimis. Dixerat ille,

Timore

Timore feminas frangi pronas alioqui ad malum. Imò pœna eam premet potius, ait Nero: iusta, etsi fera.

892. -- *flentem, miseram*

Cernere possis.

Liber, * *possunt.* aptè ad priora.

Mss.

977. *Vrbe est nostra mitior Aulis,*

Et Maurorum Barbara tellus

Scio Pœnos liberos Saturno immolasse, atque ita humanas hostias fecisse. Nec tamen id factū hic tangitur. addit enim, *Hospitis illic caede litatur.* At nusquam lectum de hospitibus in Mauritania siue Africa vulgò quidem immolatis. Fidenter rescribo, *Et Taurorum.* Ad Tauros & Scythiæ populos, & in iis Dianæ inhospitam aram allusum; quæ tibi nota.

Habes, mi Raphaelengi, qua inter legendum, ut fit, ad oras notaueram mei libri: sed notaueram mihi. Nam describere hæc aut digrere in alienum usum, nec cogitavi unquam ἐν ὀνειροῖς. Tu tamen impulisti & impetrafti. cui si hæc ad editionem quam parvas aliquid seruient, (quod spero imò confido) scopum meum attigi, nec profectò ἄλιον βέλῳ ἐκφυγε χειρὸς. Vale. Scripsi Lugduni in Batauis, Nonis Octob. cld. Id. LXXXVII.

FRANCISCI F. F.

RAPHELENGII

AD

TRAGŌEDIAS,

QVÆ

L. ANNÆO SENECÆ

TRIBVNTVR.

Notæ.

AD MEDEAM.

A Vspicabor à Medea, manu ductorem sequutus Lipsium: sed dum me ipsum in hoc proscenium prodeuntem cōsidero, adeò totus despero, vt veniam potius mihi petendam putem quàm applausum. At verò, iacta alea est, eatur. Versu 160. *Tunc est probanda si locū virtus habet.* Nutricis mentem non capio, nisi dixerit, vt indicant manifestè manuscriptus vterque, & excusus Lurætiæ, *Nunc est probanda,* &c. Si, inquit, vllum apud te (Medeam alloquitur) virtus locum habet, commoda iam occasio se offert probandi: inmota patiente & æquo animo iniurias perfer.

199. -- *vade veloci viâ,*

Monstrumq; sauum, horribile iam dudū auhe.

Fabriciana lectio est, *Monstrum superbum, nostram bonam puto.*

265. *Prorsusq; vestropurus à cœtu stetit.*

Ms. Bas. Par. *Proculq;.*

294. ME. *Nimis est, & ex hoc aliquid abscindas licet.*

CR. *Et ipsa propera. capite supplicium lues;
Clarus prius quàm Phœbus adtollat diem,
Nisi cedis Isthmo.*

Optimi Ortelij optimus codex verba hæc, *Et ipsa propera*, Medæ, vt & præcedentem versum; sequentia Creonti tribuit: optimè, meo iudicio, iuuante modò emēdatiuncula, vt scribatur, *Et ipsa propero.* Petierat Medea aliquantulum moræ parando exilio: diem vnum concessit Creo, tum illa, *Nimum, inquit, tribuit,*
cum

cum in rem meam etiam sit fugam accelerare.

516. *Hinc rex & illinc. ME. est & his maior metus,*
Medea.

Liber Ortelij & exemplar Parisiense, *Est & hic maior metus.* Quod facit vt totus eam in sententiã Reuerendi P. Antonij Del Rio, legentis, *Est & hinc, &c.* Sic etiam supra versu

436. *non timor vincit virum.*

Malim quod idem ille vir annotat, *vicit.*

549. *si hic natos amat,*

Bene est, tenetur, vulneri patuit locus.

Lugduni editus, -- *sic, natos amat, &c.* emphasi quadam hoc loco non absona.

748. *Vos quoque, urnis quas foratis irritus ludit labor,*

Danaides, coite.

Suavius videri possit, *Vosq;*, quas urnis, quod in editionibus Veneta & Parisiensi. Sensus vtrumque admittit.

818. -- *urat serpens*

Flamma medullas. --

Manuscripti & Par. *repens.* quod idem se reperisse ait Del Rio; vt & versu

826. -- *& viuacis*

Fulgura flamma de cognato

Phaëtonte tuli. --

Pro *cognato, flammato.* Sed leuiuscula hæc; vti etiam ista versu

866. *Frenare nescit iras*

Medea. --

Fabricius, *non scit.* &

892. *Medea, præceps quasibet terras pete.*

Basil. sedes.

949. *Iam iam meo rapiuntur euulsi sinu.*

Libri scripti Reuerendi P. Del Rio, & mei bene, auulsi.

970. *- uictimâ manes tuos*

Placamus istâ. ---

Iidem, Placemus.

975. *Tuum quoque ipse corpus hinc mecum auehe.*

Mss. & Par. auehe.

AD THEBAIDA.

Verf. 69. *Vis hanc petamus.*

Ortelij codex, *Vis hanc? petamus.* Itidem & postea versu 71.

Quod non notassem, nisi constitisset mihi de insigni istius libri adcuracione in obseruatione interpunctorum:

114. *-- ubi sauum est mare?*

Duc ubi sit altis prærutum saxis iugum.

Fidenter distinctionem immuto, ac scribo:

-- ubi sauum est mare,

Duc, ubi sit altis, & c. quamuis contra librorum consensum.

221. *Ego laticis haustu satior?*

Credam peccatum in legem metri. Edidissim,

Et laticis haustu satior? si mecum libri.

274. *- si quod etiamnum est tamen,*

Qui facere possunt, dedimus.

Scriptus Ortelij clarius paulum,

- Si quod & nunc est tamen,

Qui facere possint, dedimus.

330. *-- magister iuris & amoris pij*

Ego sum?

Rectè: amoris erga prolem aut fratrem, vel parentes. non minus tamen elegans existimem, *iuris & moris*. Ius ad scriptam legem referas, morem ad natam.

443. -- *in omnis ruat*

Vnam iuuentus. --

Mss. Paris. Bas.

Vnà iuuentus.

Mox versu

448. *Mea membra passim spargite.* --

Idem,

Sparsim spargite.

645. 10. *Ne metue, pœnas & quidē soluet graues,*

Regnabit: hæc est pœna, si dubitas, auo

Patriq; crede.

Personam Polynicis interfecit scriptus cum Lugdunensi, ad istum modum: *Regnabit.*

PO. *hæc est pœna? 10. Si dubitas, &c.*

Neutrum malè.

654. PO. *Regnare non vult, esse qui inuisus timet.*

Simul ista mundi conditor posuit Deus,

Odium atque regnum. regis & magni reor,

Odia ista premere. multa dominantē vetat

Amor suorum; plus in iratos licet.

10. *Qui vult amari, languidâ regnet manu.*

Inuisa nunquam imperia retinentur diu.

Præcepta meliùs imperi reges dabunt;

Exsilia tu dispone. PO. pro regno velim

Patriam, penates, coniugem flammis dare.

Primùm corrigo, *regis at magni reor*: inde quæ sequuntur, ita concinno, *iuuantibus ex parte* libris scriptis:

- plus in iratos licet.

Qui vult amari, languida regnet manu.

10. Inuisa nunquam imperia retinentur diu.

PO. Præcepta melius imperi reges dabunt;

Exsilia tu dispone. pro regno velim, &c.

Sic omnino adsuadet mens auctoris: certè tyranni. qui præcedentia legat, mecum sentiet.

AD HERCVLEM

FVRENTEM.

Verf. 23. Pariterq; natus astra promissa occupet.

In cuius ortu mundus impendit diem.

Sic in Medea,

Vxor impendit animam marito.

Et aliàs sæpe: est tamen, & suo sensu, in Orteliano ac Parisiensi, impedit diem.

123. Mouenda iam sunt bella, clarescit dies;

Ortuq; Titan lucidus croceo subit.

Conlocatio istæ horum versuum à Lipsij partim libro est, partim ab Ortelij, qui in plurimis conformis Lipsiano.

180. Rota præcipitis vertitur anni.

Manuscriptus vterque, voluitur.

210. - antè quam latam domum

Contingat, aliud iussus ad bellum meat.

Manuscripti & Parisiensis, ad bellum exeat.

268. Cadmeæ proles, atque Ophionius cinis.

Ita edidi motus auctoritate Fabricij: factum nollem, cum in omnibus libris reperiam, cuius atque Ophionius. quod quâ ad versum, quâ ad sensum, melius.

273. -- fertq; qua ferri vetat.

Fert ipse ille tyrannidem, qui aliis libertatis assertor.

asseritor. Libri omnes, Lugdunēsi excepto, fieri.

430. *Sceptroq; nostro potior est famulus tibi?*

Rectē Reuerendus Del Rio, Sceptronē.

454. *Non monstra, sauas Phœbus aut timuit feras.*

Quidam, nec malē:

Num monstra, sauas Phœbus aut timuit feras?

463. *Verūmne cerno corpus, an fallor tuā*

Deceptus umbrā? --

Ortelianus hunc ipsum versum hic suggerit quem Lipsianus:

Teneon' in auras editum? an vana fruor.

Aut valdē ego fallor, aut Poëta ad hunc modum scripsit:

Verūmne cerno corpus? an vana fruor

Deceptus umbrā? --

Nec equidem vulgarem editionem omnino damno: tamen umbræ & corporis antithesim non absurdam censeo.

767. -- *concaua lucent gena.*

Ossa atque pellis Charon totus est. Non aliter manuscripti, Parisiensis etiam & Basileensis. Sic Plautus *Aulularia*: *Quin exta inspicere in sole etiam vino licet: Ita is pellucet quasi laterna Punicæ.* Nil itaque me mouet vir doctus, qui mauult: *-concaua squallent gena.*

815. *Resumit animos victus, & vastas furens*

Quassat catenas: penè vectorem abstulit.

Ortelij liber, *victus.* idem & Ms. alter cum excuso Parisiis, *victorem.* Nullo periculo vtrunque admitti possit.

859. -- *cum mæstus sibi quisque sensit*

Obrutum tota caput esse terra.

Qui præcedentia legat, non grauatè manuscri-
ptum meum, atque item Antonij Del Rio se-
quatur: in quis, *sentit.*

916. *Trucis antra Zeti, nobiles Dirces aquas.*

Omnes quidem, quotquot vidi, *Ceti. Emenda-
nit Del Rio, Zeti.*

941. *- quis diem retro fugat?*

Aldinus, Fabricianus, & Parisiensis, *quid.*

968. *- Saxa cum siluis feram.*

Alij, *traham.*

973. *In calum Olympus tertio positus gradu
Perueniat, aut mittatur, --*

Mss. Paris. Lugd.

Perueniet aut mittetur.

Mox versu

976. *-- gigantes arma pestiferi mouent.
Basil. pestifera.*

1255. *--- quisquis in toto fuit*

Rex seuus orbe, manibus aut aris nocens.

Alij, *-- aut armis nocens.*

A D H E R C V L E M

O E T Æ V M.

22. *Vidi regentem fata. --*

Iouem Stygium.

At libri, Aldinus, Lugdunensis, Basileensis,
Vidi silentum fata.

46. *-- terra defecit gradum.*

Mutant viri docti. nihil ego: cum apud me præ-
ponderet sensus consensus librorum.

144. *Num Titana ferunt te Rhodope tulit.*

Lugduni editus:

Num Titana ferum te Rhodope tulit?

Rectè mea opinione. Querit Chorus quis iste sit Hercules & cuias; aliquis ne de Titanū genere, & in rupe quapiam seu monte genitus, Rhodope scilicet aut Atho.

156. *Non illum poterunt figere cuspides.*

Si respicias ad historiam, non ineptè conueniat quod in manuscriptis, & Parisiensi, librisque Del Rio, poterant.

180. *--alias flere ruinas*

Mea fata iubent.--

Malim ego:

Me fata iubent.

Grauiora passa sum, inquit, grauius etiam mihi lugendum.

231. *--nec seruit inops,*

Casus animo qui tulit a quo.

Verba ista,

nec seruit inops, adpositè iuuandæ sententiæ è Lugdunensi adposuisse me puto.

273. *- quod iubes fiat nefas Reperi.*

Mss. Paris. *fieri*. Lubeat distinguere:

--- *quod iubes fiat (vel fieri) nefas?* ac inde tanquam ad se conuersa, *Reperi, &c.*

384. *Est aliquid Hydrâ potius.--*

Bene qui *peius*. Sed an hoc potius τῶν *potius* (quod Ort. Par. Fab. repræsentant) iudicent alij.

310. *Pares eramus: non erit votis opus.*

Magis mihi arrideat si substituatur: *Pares eramus*. Exhortatur se ipsam, aut potius dolorem suum Deianira animat ad audendum insanum quod facinus.

378. *Vbique caluit, sed leui caluit face.*

Ille verò leui face caluit, qui amore captus ad leues cedit colos? verius *breui*, vt supra.

Breuique in illas arsit Alcides face.

Possit tamen eadē significatione intelligi, *leui*.
546. -- *neruo, precor, Grauiore profer.*

Libri ferè omnes, è numero.

566. *Nunc congeratur virus, vt vestis bibat.*

Ita emendauit monitu doctissimi Lipsij, antè erat, *congregetur*: in manuscripto, *aggregetur*.

Legebam ego, *irrigstur*.

684. *Medium cali dum sulcat iter.*

Omnes, *pergit*, aut, *peragrat*.

703. *Fertur rapido Regina gradu.*

Monet maximus Lipsius in suo esse, *Fertur medio*. Fortean fuerit *trepido*: vel tale quid. bonum tamen *rapido*.

753. *Vrit lues Nessesæ.*--

Quo ad sententiam præclare, inquit Del Rio, in veteribus libris, *Vrit lues nescio quæ*. quod & ego in Ort. reperi. iuuo paulum emendatione etiam versum: *Vrit lues nescio quæ*.

799. -- *qualis impressa fugax*

Taurus bipenni.--

Eia ergo fugax taurus, atq; illi similis Hercules? Absit, *ferox* ille potius. Quamuis alioqui insulsa quam plurima occurrat in hac Tragœdia, quæ tædiũ & nausæa pariunt legèti; sanè mihi.

848. -- *tolle fulminibus socer*

Nurum scelestam.--

Mss. Paris. *redde*. corruptũ fortè fuerit è *perde*.

872. *Coite gentes: saxa & incensas faces*

Iaculetur orbis.--

Liber Ortelij:

Colligite gentes saxa: vnde quis colligat, Coniycite gentes saxa, &c.

900. *Nemo nocens sibi ipse pœnas irrogat.*

Facilè credam: tamen non istæc mens Deianiræ. Verùm cum dixisset Nutrix, si te ipsa damnas, etiam nocentem insimul te fateris. Nihil illa negat, imò, Ita est, inquit, nam *Nemo innocens sibi ipse pœnas irrogat.* Ita enim lego.

949. *Vacet vna Danais, has ego explebo vices.*

Quin iam vacat vna; illa scilicet quæ sola pia. Restitue igitur, *Vacat.* Ita Furente:

Deest vna numero Danais, explebo nefas.

1060. *Et serpens latebras fugit*

Tunc oblita veneni.

Glyconicum facit secundum versum Lugdunensis, qui præfert, *Tunc oblita mali sui.*

1071. *Increuit Tityi iecur,*

Dum cantus volucres tenet.

Placet *volucrem*, vt in Ortelij libro. Vulturem Tityi carnificè puta. Quamuis Thyeste dicatur Tityus visceribus atras pascere effossis aues.

1143. -- *Vincula excutiet patri,*

Calumq; reddet.--

Ald. Lugd. Bas. *Caloq;* eodem sensu.

1169. - *non truci vultu Gigas*

Pindo cadauer obruit toto meum.

Nec absurdè, Gyges, vt supra, *qui tumidus Gyges supra Thessalicos constitit aggeres.* nam qui ibi Gyas substituunt, frustra sunt. In Apollodori Bibliotheca quòd *Ἰλίου* legerunt, ego emēdē *Ἰλίου*.

1261. *Quacunque pestis sine quacunque es fera.*

Palàm timeres. -

Timendi vox hoc loco, vt puto, haud conuenit; nec tamen quid substituā habeo, nec quidpiam iuuant libri. Aliquando cogitavi substituere *venires*: sed non arridet.

1380. *Scythia gemente, flebilis gemitus mihi
Non excidisset. --*

Restitutio istius loci debetur Reuerendo viro Ant. Del Rio: cuius Aduersaria, si lubet, consulte. Antè erat, *gementem*.

1392. -- *Et quidquid furit.*

Ita omnes quotquot vidi editiones: nec ineptè, sunt qui ingerant, *quidquid fuit*.

1420. *Prò lux acerba, pro capax scelerum dolor!*

E coniectura ferè corrigam, *prò capax scelerum dies!* Ecce post, *Vnus*, inquit, *eripiet dies Parentem utrumque.*

1448. *Cogis fateri: parce, Et hanc vocem occupa.*

Aut nullus mihi sensus, aut nullo modo conuenit hic versus Herculi. Conlocandus est, inquam, sub persona Hylli, post versum 1457. *Conpesce diras genitor irarum minas.*

1559. *Æacumq; inter geminosq; Cretas,*

Fata discernens.

Libri Ant. Del Rio, & cum iis Ortelij codex, *Facta*: non malè. facta scilicet fontum discernens: quod enim quisque fecit, patitur.

1626. *Vltraq; totos porrigit ramos nemus.*

Res postulat, *totum*.

1703. -- *nec aras impias quisquam inquinet.*

Nemo neget impias aras poëticas dici: nemo tamen rectè scribi etiam posse, *impius*.

1978. *Inferna vinco rursus Alcides loca.*

Legebam ego, *linguo*, cum ecce eadem penè
mente in Orteliano reperio, *vito*.

1981. -- *miseramens incredula est.*

In sola editione Lugdunensi inuenire cõtingit,
est credula. Falsè. Prona enim est timori semper
in peius fides.

A D T H Y E S T E N.

9. *Aut pœnâ Tityi, semper adcrescens iecur
Visceribus atras pascit effissis aues?*

Præit mihi ad saniozem, vt opinor, lectionem
liber Lipsij. ille enim hemistichio auctior.

Aut pœna Tityi, qui specu vasto patens.

Illud ego fidenter adsumo genuinum esse; ex-
pungendum verò quod hactenus luctitatur,
semper adcrescens iecur. Adscriptum enim fuit à
Glossariis, desumptum ex Hippolyti illo loco.

Mcumq; pœna semper adcrescat iecur. Tibullus:

Porrectusq; nouem Titius per iugera terra,

Affiduas atro viscera pascit aues.

122. *Pifcaq; decies turribus inclitas.*

Non displicet Reuerendo Del Rio, *curribus*,
nec mihi *curfibus*: propter certamina Olympi-
ca, interim nihil hic prorsus mutandum.

146. *Diuisusq; tuâ esi Tantale dexterâ, &*

155. *Inludis patulis arbor hiatibus.*

Omnes libri, præter excusum Lipsiæ: *Diuisusq;*
& *Adludit*.

284. *Quod est in isto scelere præcipuum nefas,*

Hoc ipse faciat:--

Manuscripti, *faciet*.

427. *Deficte gressum.*

Mss. *Reflecte.*

438. *Æstus resistens.*

Ms. *Bal. resurgens.*

439. *-mentem inpetit.*

Mss. Ald. Par. Lugd. *impedit.*

444. *Miser esse mauult esse qui felix potest.*

Liber Reuerendi Del Rio,

Miser esse mauis esse qui felix potest?

738. *Oblitus in quem fureret.*

Mss. Par. Bas. *rueret.*

754. *Erepta uiuis exta pectoribus tremunt.*

Nonnulli librorum, *Eiecta.* Fortean fuerit, *Ex-*

secta. Medea; -- *& rauca strigis*

Exsecta uina viscera.

783. -- *uerterit cursus licet*

Sibi ipse Titan, obuuium ducens iter.

Non minus conueniat quod in utroque manu-
scripto, Parisiensi item editione & Basileensi,
cursus.

974. *Si iam meis gaudere felici datur.*

Auctior voce, *filiis.* Ortelij liber. quod recipi
queat si expungatur, *felici.*

1017. *Phlegethon arenas igneus totas agens.*

Ausim penè iurare, scripsisse Senecā nostrum,
toftas. licet quidem aliquo modo defendi pos-
sit lectio vulgata.

AD OEDIPVM.

18. *Est maius aliud patre mactato nefas?*

Prò misera pietas! eloqui fatum pudet.

Interferit Iocastæ personā liber Lugdunensis,
cuius priorem versum facit, sequentes rursus
Oedipi: quod non absurdè factum quis dicat;

quamuis nec malè conuenire iste versus flu-
ciantanti Oedipi menti posse videatur.

152. *Perbibit pestem latebroſa ſerpens.*

Acutè emendat Reuerendus Del Rio *Perdidit.*

192. -- *tunc amplexu*

Frigida preſſo ſaxa fatigant,

Quos liberior domus elato

Cuſtode ſinit, petitis fontes

Aliturq; ſitis latice ingeſto.

Manuſcriptus, & editio Fabriciana, *iamq; am-
plexu*: quod amplector. Cetera ita diſtinguo:

-- *iamq; amplexu*

Frigida preſſo ſaxa fatigant,

Quos liberior domus elato

Cuſtode ſinit, petitis fontes,

Aliturq; ſitis latice ingeſto.

261. *Faciaturq; (num quid grauius optari poteſt?)*

Quidquid ego fugi. ---

Aptius ſit, mea opinione, nam quid.

425. *Veſte cùm longa regeres leones.*

Manuſcriptus meus cùm libris Del Rio, *tegeres;*

quam vocem longa veſtis exigit.

455. *Viuaces hederas ramus tenet.*

Opinor fuiſſe *remus*. Huc facit Ouidius *Meta-
morph. lib. 3. verſ. 644.*

Impediunt hederæ remos, &c.

472. *Senſere terræ Zedacum feroces.*

Emendat Del Rio *Zacurum*, ſeu potius *Sacurū*.

ſed vereor vt contra leges verſus. Num fortè, *re*

Dacum? Nihil affirmo, in re crepera; maximè

quū nil iuuèt libri. Qui nihilo minus in nomi-

nibus Geographicis plerunq; peccāt; qua inſci-

tia exscriptorū, qua incuria: nec enim denominationes locorū norant, nec nosse laborabant.

619. *Tandem vocatus saepe pudibundum extulit*

Caput. --

Nec dictio istaec, *extulit*, hoc loco mihi placet; nec mutare tamen quid audeam. Sensus tale quid postulat; sequentia repudiant. Si mecum libri, censeam legendum: *saepe pudibundū oculis*
Caput. Ecce enim subnectit - *atque ab omni desideret turba procul, Celatq; semet.*

873. *Congerite ciues saxa in infandum caput.*

Omnes excusi, præter eum qui Lipsiæ, *infestum*, quod propius accedit ad *incestum*. qualiter se reperisse in scriptis testatur Del Rio.

883. *Gratare matri liberis aucta domo.*

Iidem libri Del Rio, *auctam domum.*

917. *Predicta postquam fata, & infandū genus*

Deprendit. --

Bene manuscriptus uterque & editio Parisina, *scelus.*

954. *-- Subitus an vultus grauat*

Perfusus imber. --

Idem, Profusus.

1030. *Non si ipse mundum concitans diuim sator.*

Mss. Ald. Lugd. Par. Bas. *diuum pater.*

1052. *-- lubricos ponens gradus.*

Idem, ponens pedes.

AD HIPPOLYTVM

seu

PHÆDRAM.

3. *Qua saxa solo Carpeneito*

Subiecta iacent; quaq; Thriasi

Vallibus amnis rapida currens

Verberat undâ.--

Ortelianus, *Thiasis*. repono, *Thriasis*. Campus enim *Thriasis* in Attica notus. At quod in ea solum *Carpeneitum*, aut, vt plures libri præferunt, *Carpanetum*; quis fluuius *Mæader* aut *Melanes*; quis *Acarnan* mons, & quæ silua *Philipis*: haud dum reperi: siue quòd nominum istorum memoria cum rebus interierit, siue quòd corrupta sint ab exscriptoribus, siue quòd noster, vt alias assolet, mirũ delectetur longinquorũ locorum appellationibus, ad horrorem vel mirationem audientibus incutiendum.

22. *Vbi per glareas lenis Ilissus,*

Vbi Mæander super &quales

Labitur agros.--

Magnæ turbelæ hic in re nulla. Primùm aurea illa correctio Lipsij, qua restituit *glareas* pro *glacies*, quamuis is ipse in manuscripto suo istũ versum non esse dicat: atque idem affirmet de libris suis *Del Rio*: ego etiam in manuscriptis & *Parisiensi* non repererim: vnde aliquomodo inducor vt exulare posse eum asseuerem. Verũ de sequenti versu quid iudicem, non habeo: nam nec *Mæandrum*, nec *Melanem* in Attica agnosco. Præterea Manuscripti mei habent, *inaquales*: ex quo quidam colligunt scribendum, *per inaquales*. Sed quorsum tot verba in re futili?

110. *Adiudicatam præsidem terra deam.*

In quibusdam *Adiudicare*. ex quo coniciias, *Adiudicate*.

148. --teneri crede Lethæo abditum

Thesæa profundo, ferre perpetuam Stygem.
Ortelianus, Aldinus, & Basileensis suggerunt:
tamentu crede, &c.

196. *Deum esse Amorem, turpiter vitio fauens*
Finxit libido.--

Fauēs ego lectioni scriptæ, *turpis & vitio fauēs.*
Nec absone illi qui *furens* præferunt.

202. *Regnumq; tantū minimus in superos habet.*
Non dissentio ab iis quibus placet è *superis.*

237. *Resistat ille; seq; mulcendum dabit;*
Castosq; ritus venere non casta exuet.

Tenebræ obortæ mihi hic erant: tribuebantur
enim istæc omnia in omnibus libris Nutrici:
& iam legebam:

Recipiet ille; seq; mulcendum dabit:
Castosq; ritus venere non casta exues?

Discussit tenebellas istas feliciter Doctorum
Sol Lipsius.

340. *Venere instincti quàm magna gerunt*
Grege pro toto bella iuuenti!

Manuscriptus meus:
Suscipit audax Grege pro toto bella iuuentus.

457. *Arborq; celso vertice euincit nemus.*
Libri Del Rio euincet.

504 --*niueo corpus Ismeno fouet.*

Ita emédauit Fabricius, cui *Ilisso* aut *Elisso* pa-
gnare contra legem versus videbatur: quum ta-
men & *Ilissus* in Attica (in qua hæc geri fin-
guntur) fluuius sit, haud *Ismenus*: & syllaba
prima etiam produci possit, si deriuetur à Gre-
co *ἑλισσ* G, quo *Pausanias* & alij vrūtur, teste

Geographorum Rege Ortelio. Optimè nihilo minus eiusdem Ortelij liber, *niueo corpus in riuo fouet*. Qui præcedentia & sequentia considerabit, mecum sentiet.

635. *Satisne dixit precibus admotis agam.*

Scriptus meus cum libris Ant. Del Rio, *dixi*.

690. -- *& tamen tacitum diu*

Crimen biformis partus exhibuit nota.

Melius lib. vet. Mart. Ant. Del Rio, *biformi*.

759. *Stella cum ventis agitata longos*

Corripit ignes.

Liber meus, atque Ant. Del Rio, *Porrigit*.

Sic Troade:

Et stella longâ semitam flammâ trahens.

Antonij Del Rio consule Aduersaria.

1098. -- *truncus ambusta sude*

Medium per ignem stipite eiectò tenet.

Dubitavi aliquando an non scripserit, *erecto*. At Lugdunensis editio non omnino malè *inieccto* substituit.

1203. *aquoris abscondit sinu.*

Lege, *condit*. respuit Dactylum ista regione Trochaicus versus.

1258. -- *ne metue qui manes regis,*

Casti venimus.

Res & versus efflagitant, *Casti redimus*.

1296. -- *fortis hic dextra locus:*

Hic laua frenis docta moderandos manus;

Ponenda: laui lateris agnosco notas.

Tantum non apud me præponderat Orteliani codicis lectio, *fortis hic humeri locus: Hic dextra frenis, &c.*

192. *Ite ite inertes, debitos manibus meis*

Auferte honores.

Manifestè peccatum in legē versus. Nec aliud suggerunt libri. Si audaci mihi liceat esse, reponam - *debitosq; manibus*; ut è glossa irrepserit *to meis*. Nisi fortè ad manus, id est, res gestas; *roburi, &c.* referas sensum, non manes; ut pòst, *qua minor merces potest Tanta dari virtuti?*

236. *Vt alia sileam merita, non vnus satis*

Hector fuisset.

Rarò fido lectioni Basileensis; hic ferè faciam. in eo reperi, *Vt alia sileam multa.*

306. -- *iàm x̄e flammatum geris*

Amore solito pectus, & veneris noua?

Mss. Bas. *Amore subito.*

491. SE. *Hæc causa multos vna ab interitu arcuit,*

Credi perisse. vix spei quicquam est super.

Graue pondus illum, magna nobilitas premit.

AN. *Ne prodat aliquis. SEN. amoue testes doli.*

AN. *Si quæret hostis. SEN. vrbe in euerfa*

per It.

Confusa hæc & turbida: at quæ feliciter ad hunc modum conciano:

SE. *Hæc causa multos vna ab interitu arcuit.*

Credi perisse. AN. vix spei quicquam est super.

Graue pondus illum, magna nobilitas, premit.

SEN. *Ne prodat aliquis, amoue testes doli.*

AN. *Si quæret hostis. SEN. vrbe in euerfa per It.*

Consilium reperit ipsa Andromacha; ipsa præ pauore detrectat. Virget senex & trepidantem animat.

580. *Verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui
Quodcunque celas, adiget inuitam dolor.*

Minimè verò in eorum sententiam eo qui malunt, *mortis cruciatu*, quod nec libri quos vidi, præferunt: nec patitur versus: Et sanè haud credam Vlyssè tã articulatè pensitasse quid minaretur, vt mortè distingueret à cruciatu mortis.

587. *Et quicquid audet victor iratus tumens.
VLY. Stulta est fides celare quod prodas
statim.*

AN. *Animosa nullos mater admittit metus.*

VLY. *Hic ipse, quo nunc contumax per-
stas amor.*

Consulere paruis liberis Danaos monet.

Variant libri, Manuscripti versum secundum ignorant: Excusi agnoscunt, sed cum sequentibus Vlyssis faciunt. Ego sic dispono: &, nec fallor, bene:

*Et quicquid audet victor iratus tumens,
Animosa nullos mater admittit metus.*

VLY. *Stulta est fides celare quod prodas statim.*

Hic ipse, &c.

Possit etiam illæsa sententia abesse versus ille qui in manuscriptis abest, *Stulta est fides.*

838. *An ferax varij lapidis Carystos?*

Scaligeri, summi critici, hæc lectio: pro qua faciunt manuscripti mei cum editione Lutetiana. Malunt alij *rari lapidis*, causa metri, cum tamen versu 1053. huiusce Tragœdiæ etiam dactylum sede secunda reperire sit in Sapphico.

1040. *- tenuit querelas*

Et vir & Pyrrha, mare cum viderent.

Errorem videre videor: quem tamē non tollo.
Nam si emendem. *Et vir & coniux, &c.* possit
intelligi quod *Pyrrha* irrepisse è glossa: tamen au-
daciā istam non assūmo.

1104. --sponte dissiluit suā

In media Priami regna--

Libri Mart. Antonij Del Rio, *dissiluit.*

1115. *Et ora & illas nobilis patris notas.*

Manuscriptus meus, *nobiles.*

1136. --tali nubat *Hermione* face.

Manuscripti, & Basil. Paris. *tali nubat Hermione
modo.*

AD AGAMEMNONEM.

203. *Mors misera non est conmori cum quo velis.*

Ingenuè fateor, nō intelligo: & minus, *qui cum,*

quod à Fabricio: aut, *quo cum,* quod ab Anton.

Del Rio. Ferè scribam, *Mors misera non est cum*

mori cum quo velis. quo, id est, aliquo, quopiam,

vsitatè. Ad hunc sensum illa ipsa versu præce-

dent, --*per se pereundo virum.* & *Medea, -tra-*

here cum pereas, libet. Omnis item ille in Troade

Chorus cuius initium, *Dulce mœrenti, &c.*

270. *Ignota tibi sunt iura regnorum haud noua.*

Gratior mihi lectio libri Orteliani, *aut noua?*

505. *Nil ratio & usus audet in magnis malis.*

Sunt qui malint, *ars cessit malis:* & multis ex-

emplis lectionem eam firmant. Nolui ego dis-

cedere à librorum consensu: maximè cum per-

usitatum id nostro huic Senecæ sit immiscere

sparsum sententiolas.

512. --*quisquis ad Troiam iacet,*

Felix vocatur: cadere qui meruit manu-

Quem

Quem fama seruat, victa quæ tellus premit.
 Scriptus meus, qui potuit manu. & pro, premit,
 libri omnes, excepto Fabriciano, tegit.

600. *Vrbe cum totâ populos cadentes,*
Hostica muros populante flamma,
Indemitum bellum perrumpet omne.

Liceat feliciter emendare, aut saltem placito
 errore labi: Emendem ego, inquam:

Vrbe cum tota populo cadente,
Hostica muros populante flamma,
Indomitus bellum perrumpet omne.

669. *Ramo cantat querula Edonis.*

Ald. Lugd. Bas. *tristis ædon.*

854. *Audiuit sonitum crepitante flamma.*

Acutè restituit Reuerendus Del Rio, *lamna.*

Sunt & qui malint, *silua.*

AD OCTAVIAM.

34. *Fulgore primo captus & facili bono*
Fallax aula.--

Facili, interpretantur, inconstanti: haud male
 tamen legatur, *fragili.*

52. -- *mutat inmitis dolor*

Consilia nostra.--

Exemplaria Ortelianum & Aldinum, *mittit.* ill
 est, reicit, spernit.

89. *Spernit superbos humilesq; simul.*

Melius existimem consuli verui, si emēdetur,
summos, vel superos.

287. *Quid virginitas, castusq; pudor?*

Magis decorè omittit verū istū codex Ortelij.
 Et certè inepte in maritata laudetur virginitas.

309. - *Hoc quoque nostra*

Videre nefas secula.

Si vera est lectio Manuscriptorum & Parisien-
sis Lugdunensisque editionum, *Hac quoque na-
ti Videre nefas secula:* Collatio fuerit istius secu-
li cum præcedentis. Protulit enim crudelitatis
filiæ in parentem exemplum chorus; iam filij.

406.

-- quod sequi cursu feras

Auderet acres, fluctibus tectis graues

Extrahere pisces rete; vel calamo leui

Decipere volucres; premere subiectos ingo

Tauros feroces. ---

Vnicum tantum exemplar videre contigit, (cu-
sum anno cdo. Io. xvii.) in quo ea verba quæ
inferi vult vir doctus: *Decipere volucres crate:
ceruos aut leuis Tenere laqueo: premere subiectis,*
&c. Cum verò artem capiendarum siue deci-
piendarum auicularū tam industriè docuerit;
velim etiam addiscere modum laqueis tenendi
ceruos; nisi ille peculiaris fortè gladiatoribus
Laqueariis. Mihi verò probatur editio Fabri-
ciana; imò verò consensus librorū. At si mutan-
dum quid, legam, -- *vel calamo leues Decipere
volucres.* vt antè dixit, *feras acres, graues pisces. &
pòst, tauros feroces.* Calamo verò aut virga visco
illita decipi aues, vel Calepinus docuerit.

458. *Detectus enis faciet.*

Doctissimè ita restituit Lipsius, cum antè esset,
Despectus. Paulo remotiùs emendam ego *Di-
strictus.*

460. *Inuisus & contemptus.*

Aldinum, *Inuitus:* Gryphianum & Ortelij, *In-
uictus.* Si corrigendum aliquid, scribam *Inultus.*

657. -- Socerum diri

Miseranda viri potes hac demens

Sperare memor?

Insigniter hic iuvat nostri Ortelij liber, in illo est, *scelerum diri*, &c. Nec antè mentem Octaviæ assequi poteram.

729. *Inrupit intra tecta tum trepidus meus,*

Ensemq; iugulo condidit seuum Nero.

Proba ista lectio, probata nempe à Lipsio. Antè erat, *tum trepidus mea*. Malebam ego, *tum trepidus meo Ensemq; iugulo*, &c. vt & post versu

749. *Iugulo quòd ensẽm condidit Princeps tuus.*

Corrigo audacter *tuo*.

777. *Quicumque tectis miles exsultat ducis,*

Defendat aulam.

Ad insolentiã & petulantiã *σωματοφουλάκων* referat quis. frustra; verius emendo, *excubat*.

817. *Funerea Roma.*

Tres libri scripti Ant. Del Rio & vnus meus *Funesta*.

847. *Cecidere motus impio ferro duces.*

Vt Reuerendus Del Rio versu 686. loco *feris*, restituit, *feri*: sic ego hic *inpij*.

859. *Horrore victum trepidus adstrinxit rigor.*

Adstringendi verbũ postulare videtur, *vincitũ*.

ATQVE hic esto Notationum nostrarum finis. In quibus breuior si fui, ne mirere. Neque enim operapretium ratus sum, multa verba inpedere. Nam si feliciter emendatum quid à me est seu notatum; veritas conferenti per se elucescet: sin sequius acciderit, prudẽter verò verbis peperc. Lector, si quis es, si non faues; saltẽ ne nimium seuerus carpas. Vale.

L V C T A T I I G R A M M A T I C I

ANTIQUI, (*vt volunt*)

IN SENECAE TRAGOEDIAS

Periochæ,

Replendis pagellis adiectæ.

M E D E A.

I A S O N suadente patruo suo Pelia, naui parata & collecta nobili societate adiit Colchos, pro aureo vellere acquirendo, quem Medea filia regis Colchorum adamauit: cuius auxilio consilioque, defunctus multis periculis, vellus obtinuit. Iasonē ergo Medea, patria & parentibus relictis, secuta est, & eidē nupta fuit. Creon rex Corinthiorū filiam suam traditurus Iasoni Medeam ob maleficia iussit occidi; sed interueniente Iasone, mortis suppliciū est commutatū in exilium. Medea obtentis exilij induciis ad spacium vnus diei, Creūsæ filiaē Creontis iam Iasoni despōsataē, pallā quandā veneno tinctā, carminibusq; consecratā dedit: quam dum tractaret Creūsa, accensus de ea ignis filiam cum patre & palla cōsumpsit: nec Medea hoc cōtenta, proprios filios, quos genuerat Iasoni, in eius cōspectu interfecit, & deinde aufugit per aērē.

' T H E B A I S.

O E D I P V S qui patrem occiderat, & matrem duxerat in vxorē, & ob scelera seipsum excecauerat, (vt in alia habetur Tragœdia) duos filios genuit ex matre, vxore sua, Eteoclem & Polynicen, & filiam Antigonem. Filij adulti patrem expulerunt, & inter se sic regnum diuiserunt, vt vnus vno, alius alio anno regnaret, illo exu-

tante qui non regnaret. Initiò regnauit Eteocles, & vltra tempus pactum tenuit regnum: frater exul vxorem duxit, filiam regis Adraſti, à quo accepto auxilio, fratrem expugnare voluit. Ceciderunt ambo in bello mutuis vulneribus, vt in Statio habetur. Seneca autem non describit finem belli, ſed ſolùm proœmia.

HERCVLES FVRENS.

HERCVLES rex Thebarũ, vir iuſtus apud priſcos habitus eſt, qui derelicto Creonte focero ſuo, qui fuit pater Megaræ, & duobus filiis infantibus, & Amphitryone patre & Alcmena matre, ad regni gubernaculũ, aſſumptiſq; ſecũ Theſeo aliisq; proceribus, ad externas nationes profectus eſt: vt quos ibi ſauos tyrãnos, & quæ monſtra inueniſſet, interficeret, & peſtes à populis remoueret. In qua quidem profectioe quondã ad inferos fabuloſè deſcendiſſe fingitur, & inde deduxiſſe Cerberũ legitur. Cum per longi aui ſpacia, mundũ penè totũ perambulãs, moras traxiſſet, & iam mortuus putaretur; Lycus Thebanus è vili genere ortus, cũ pleriſq; habita cõſpiratione, ſeditioſè caſo Creonte & duobus eius filiis, cũ multa cæde regnũ occupauit, & diadema ſuo capiti impoſuit, Megarã vxorem Herculis ad tãdas iugales ſolicitat, cui vim parabat colluctãti & cõſtãter reſuſcitati. Repentẽ rumor de reuerſione Herculis cũ Theſeo auditus eſt, & magno triumpho ab effuſo vndiq; populo ſuſceptus: cũq; Megarã & Amphitryonẽ luctuofos inſpiceret, cauſã edoctus, Lycum cũ prole ſua, & fautoribus interficit. Iuno ſummo

summo dolore affecta, quòd Hercules illeſus ab inferis redierat, & inde eduxerat Cerberū, timēs ne maiora aggrederetur, ſcilicet cælū, primū ſibi dolores immittit, deinde in furorē verſa, eā ingreditur viā, qua ipſum Herculē in furorem ducat, vt furore captus moriatur. Excitat infernalē Furiā, vt faces accēdat, quibus ipſum in furorem vertit, vt tela in filios & vxores iaciat.

HERCVLES OETÆVS.

EVRYTVS rex Oechaliæ, filiam habet Iolen, quam Hercules adamauit, eamq̄. à patre petiit, quo denegate, terras eius inuaſit, patrē occidit, Iolen abduxit, & ardētius quā vxorē Deianeiram dilexit: quòd cū audiſſet Deianeira, Herculi pallā quandā miſit, tinctam ſanguine Centauri Neſſi, quē Hercules vulnerauerat ſagittis toxicatis. Neſſius autē cū pallā ſanguine imbuſſet, Deianeirę dixit, ſi vnquā ab ea amor Herculis auerteretur, ei pallam mitteret, vt indutus eam, ad eius amorem reuerteretur. Hercules ab vxore miſſam indutus, ſtatim peſte veneni corripitur, ita vt caro eius ab oſſibus euelleretur, palla cuti & oſſibus adhærente: vnde dolore nimio agitated, Lycā, qui pallā apportauerat, interemit. Hercules Philoctete armigero ſuo, arcū & ſagittas tradēs, ſibi ipſe in Oeta ſilua pyrā parauit, in quā aſſūpta pelle leonis & claua, morte implorata, ſeipſū impoſuit: vbi cōſumpto quod in eo mortale fuerat, in cælum translatus eſt.

THYESTES.

ATREVS & Thyeſtes, è Pelope & Hippodamia, fratres fuerunt. Thyeſtes autē adulterium

commisit cū vxore Atrei, propter quod Atreus in odium Thyestis vehementer exarsit: nec contentus quòd occupato regno fratrem egisset in exilium, sed volens in eum crudelius deservire, finxit se velle ei recòciliari, & ab eo filiis in obfides acceptis, partitus cum eo regnū est: quem postea vocavit ad conuiuium: & interfectis filiis obfidibus, dedit eos patri vescendos, & eorum cruorē vino commiscuit, quod dedit ei bibere. Super quo scelere sol indignatus à Mycænis fugit. Conuiuio finito, apportavit patri capita filiorū, nūcians ei quòd residuā partē comederit.

O E D I P V S.

CVM Laius rex Thebarū haberet filiū ex vxore Iocasta, à quo, ex oraculo Phœbi, deberet interfici, & ille matri propriæ subiacere, eum in monte Citherone exposuit, plantis ignito ferro perforatis. Quem quidā pastor inueniens, seni alendū dedit Corinthio, qui puerum detulit ad reginā, quæ eum adoptauit. Sic educatus in domo regis Polybi, putauit se filiū eius & reginæ Meropis. Adultus autē, audito quòd occisurus patrē esset, & ducturus matrē in vxorē, sponte iuit in exilium, in quo verū patrē casu quodam occidit: postea temporis progressu reginā Thebarū viduam duxit vxorē, nesciens quòd mater eius esset. Cum autem pestis tam bestias quàm homines regni sui vastaret, consulit Creontem fratrem Iocastæ coniugis suæ, qui dixit ex oraculo Phœbi, esse regnū purgandū illius exilio, qui regē Laium interfecisset. Cum autē nesciret se illum esse, adiit vatem Tiresiam: qui ex

reuelatione deorum infernalium, pandit Oedipum esse, qui regem interfecerit Laium, & matrem duxerit in vxorem.

HIPPOLYTUS.

HIPPOLYTUS filius Thesei, ex regina Amazonum Antiope, quem Phædra nouerca, vxor Thesei, adamauit: qui dum recusaret eam cognoscere, ab ea falsi criminis delatus, in exilium mittitur. In fuga territus à marino monstro, præcipitatus inter saxa, exspirauit. Phædra seipsam præ dolore interfecit.

T R O A D E S.

TROIA bello decennali euerfa, inde cùm Græci vellent ad sua remeare, vento contrario classis eorum detinetur. Noctu appâret Achilles Talhybio, arguens Græcos, quòd redire vellent, inferiis sibi debitis nondum celebratis, præcepitq. vt Polyxena Priami & Hecubæ filia occideretur ad suum tumulū. Quam cùm Pyrrhus Achillis filius ab Agamemnone peteret, rex se difficilem exhibuit, eo quòd optauerat eam sibi concubinam Tandem vates Calchas super detentione Graiæ classis consultus, dixit Polyxenā Achilli immolandā, & Astyanacten paruum Hectoris & Andromachæ filium occidendum, quem à matre absconditū reddi compulit Vlyses, & eum de altissima turri præcipitauit. Pyrrhus verò Polyxenam de gremio matris ereptam ad patris tumulum occidit.

A G A M E M N O N.

A T R E V S Thyestis frater genuit Agamemnonem & Menelaū, qui vxores duxerant duas
soro-

forores filias Tyndarei & Lędę, Clytemnęstrę & Helenam. E Clytemnęstra Agamemnon genuit Orestem & Electrę. Sed cum Agamemnon profectus esset dux Gręcorũ ad bellum Troianum, Clytemnęstra adamauit Ægisthũ, quem Thyestes ex Pelopeia filia sua genuit : Agamęnon etiam alias mulieres adamauit, & bello finito Cassandrę filiam regis Priami coniugem accepit. Vnde Clytemnęstra indignata cum Ægisto mortę Agamemnoni machinata est: quę, dum vestes exueret, Ægisthus vocatus in societatem cędis, gladio perfodit, cumque nondum mortuus, vindictam anhelaret, Clytemnęstra securi arrepta, caput eius diuidit. Volebat etiam filium Orestem occidere, sed Electra ipsum subtraxit, & cuidã Strophio custodiendum tradidit. Clytemnęstra Electrę carceri mancipauit, & Cassandram iussit interfici.

OCTAVIA.

CLAVDIVS Imperator ex vxore Messallina, quam postea occidit, filium habuit Britannicum dictũ, & filiam nomine Octauiam. Postea cum Agrippinam fratris sui vxorę sibi nuptiis copulasset, Octauię Neroni priuigno suo dedit vxorem, quem post se, suggerente Agrippina, regnare voluit, Britannicum filium imperij faciens exsortę. Nero post Claudium imperans, Octauiam repudiavit, & vxorem aliam duxit Poppęam. Suscitato populi tumultu, propter repudium Octauię, Nero in populum defauit. Octauiam relegauit, & in exilio tandem pręcepit interfici.

FINIS.

